UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri Ioh. Eckij ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,|| super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ca - thenas qui facis ut pateant celesti -

a regna be - a - tis. De sancto paulo.

A - e - via. versus. Tu - es uas elec -

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3800. 79 II (1) c 92

HOMILIARVM DOCTISSIMI VIri D. Iohannis Eckij, gnauiſſimè fidem catholicam atque adeo ueritatem Euangelicam cõtra hæreticos aſſerentis, ſuper Euangelia de tempore à Paſcha uſque ad Aduentum,

TOMVS, II.

Monrij Abdinghoff ordinis s. Benedicti. paderborn

Si quid unquam legiſſe iuuit, hoc iuuerit.

ANNO M. D. XXXIIII.
menſe Martio.

Simonlari doctrina inſignis noſtra tempeſtate Ioannes Eckius.

167

INDEX HOMILIARVM TOMI SECVNDI

secundū dominicas & folia.

Dominica resurrectiōis Euang. Cū transisset sab. Mar. 16 Homiliæ quinq; 1.
Quarta & quinta sunt de resurrectione nostra.

In secūdis feriis Paschæ. Eu. Duo ex discipulis. Lucæ. 24. Homiliæ duæ 33

In tertijs feriis Paschæ. Euā. Stetit Iesus in medio. Lucę. 24 Homiliæ duæ 49

Dom. octauę Paschæ. Euan. Cū sero esset die illo. Ioh. 20 Homiliæ sex 64
Quinta & sexta sunt de clauibus.

Dom. II. post Pascha. Euan. Ego sum pastor bonꝰ. Ioh. 10 Homiliæ duæ 99

Dom. III. post pascha. Euan Modicum & iam non uidebitis me. Iohannis. 16. Homilia una 117

Dom. IIII. post Pascha. Euā. Vado ad eū q misit. Iohan. 16. Homiliæ quatuor 126

Domi. V. post Pascha. Euan. Si quid perieritis. Iohan. 16 Homiliæ tres 154

In diebus Rogationū. Euā. Quis uestrum habebit. Luc. 11 Homiliæ sex 171
Quatuor sunt de oratione.

Dom. post Ascensiōis. Euā. Cū uenerit paraclitus. Ioh. 15 Homiliæ duæ 211

In secūda homilia prolixe tractatur materia hæresis, & quō intentio, ꝓtestatio, ignorantia &c. non excuser.

In die sacrosctā Pēnec. Euā. Cū uenerit paraclitus. Ioh. 14 Homiliæ duæ 235

Feria secunda pente. Euāg. Sic deus dilexit mundū. Ioh. 3. Homiliæ duæ 250

Feria tertia pente. Euange. Qui nō intrat p ostiū. Ioh. 10 Homiliæ tres 262

Dom. sctissimę trinitatis. Eu. Erat hō ex pharisæis. Iohan. 3 Homiliæ tres 283

Dom. II. post penteco. Euā. Homo quidā erat diues. Lu. 16 Homiliæ quatuor 306

Dom. III. post pente. Euan. Homo qdā fecit cœnā. Luc. 14 Homiliæ tres 335

Dom. IIII post pen. Euang. Erāt appropinquātes. Luc. 15 Homiliæ tres 357

Dom. V. post pente. Euang. Estote misericordes. Lucæ. 6 Homiliæ tres 376
Prima est de eleemosyna.

Dom. VI. post Pent. Euang. Cum turbæ irruerent. Lucæ 5 Homiliæ tres 392

Do. VII. post ferias pent. Eu. Nisi abundauerit. Matthæi. 5. Homiliæ quatuor 419
Vltimæ homiliæ sunt de ira.

Dom.VIII. post pent. Euan.
Iterū cum turba multa Marci 8. Homiliæ duæ 443
Dom.IX. post pent. Euang.
Attēdite à falsis prophetis. Matth.7. Homiliæ tres. 456
Multa hic de hæresibus.
Dom.X. post pent. Euange.
Homo qdā erat diues. Lu.16. Homiliæ duæ 476
Dom.XI. post pente. Euan.
Videns ciuitatem Lucæ .19 Homiliæ duæ 490
De excidio Hierosolymitano
Dom.XII. post pent. Euan.
Dixit ad q̄sdā qui in se. Luc.18 Homiliæ tres 506
Vltima homilia ē de decimis.
Do.XIII. post se.pen. Euā.
Exiēs Iesus de finibus Matt.7 Homiliæ duæ 526
Dom.XIIII. post pen. Euan.
Beati oculi qui uident. Luc.10 Homiliæ tres 538
Secunda homilia est de dilectione proximi
Dom.XV. post pent. Euang.
Dū iret Iesus in Ierusal. Lu.17 Homilia una 562
Domi.XVI. post pent. Euā.
Nemo pōt duobus do. Mat.6 Homiliæ tres 570
Dom.XVII. post pent. Euā
Ibat Iesus in ciuitatē quæ dicitur Naim. Lucæ.7 Homiliæ duæ 592
Dom.XVIII. post pent. Eu.
Cum introisset Iesus. Luc.14. Homilia una 606
Dom.XIX. post pent. Euā.
Accesserūt ad Iesum. Mat.22 Homiliæ tres 613. (corrigatur ibidem numerus)
Duæ homiliæ de dilectiōe deī
Dom.XX. à se. pent. Euan.
Ascendens Iesus in nauiculā. Matth.22. Homiliæ duæ. 636
Domi.XXI. post pent. Euā.
Simile est regnum cælorum homini regi, q̄ nup. Mat. 22. Homiliæ quatuor 650.
Dom.XXII. post pent. Eu.
Erat quidā regulus. Iohan.4 Homilia una 675
Dom.XXIII. post pēt. Euā.
Simile &c. regi, qui uoluit ratio. Mat.18. Homiliæ. tres. 685
Vltima est de inuidia
Dom.XXIIII. post pē Euā.
Abeuntes pharisæi. Matth.22 Homilia una 702
Adiecta est tractatus de supremo dominio & seruiture, quē aliâs peculiari libello extēdi
Dom. XXV. post pent. Euā.
Loquēte Iesu ad turbas. Mat. 9. Homiliæ duæ 727
Dom. Vltima ante aduentū.
Euang. Cum uideritis abominationem. Matt. 24. Homiliæ quatuor 742
Insunt de tempore Antichr̄i. multa.
Sūma homiliarū Tomi secundi 107.
Omnes sunt. 103. homiliæ.

NOTABILIVM SENTENTIA-rum Tomi . II. Homiliarum D. Iohannis Eckij, Index.

Aaronis virga quid significet 271
Absoluere pōt pctōr. 94.95
Adā significat hoiem 552
Adam 655
Adiutorē seu cooperatorē suscipere 413
Amare rē vnā pl⁹ altera 367
Amor dei 621.⁊ deiñ
Amor proximi 545.⁊ deiñ.
Amicos veros hr̄e rarū 172
Amen 158
Aiam ponere pro ouibus. 102
Angeli apparuerūt vespe. 64
Angeli offerunt orationes nostras 187
Angelis se homo cōmēdet 312
Angeli sunt oues et amici dei 365
Angeli lętant̄ super nos 368
Angeli circa sepulchrū Christi 8
Antichristi figura 753
Antichr̄s nō diu regnab. 754
Antichr̄i aduētū p̄cedēt 743
Antichr̄i templum vbi 747
Antichr̄s natus Judę⁹ 746
Antichr̄s q̄diu regnabit. 755
Anthropophagi quomodo resurgent 26
Apl̄orum iustitia 420.⁊ deiñ
Apostolorū clausę ianuę 64
Apostoli beati, qr̄ Christū viderunt 539.⁊ deiñ
Apostoli testes Chr̄i 56.214
Apostoli bis receperunt spiritum sanctum 77.⁊ deiñ
Apostoli confirmati 73
Apostoli semisacerdotes i cœna 89
Apl̄i gaudētes de Chr̄o 124
Apostoli tristes 128
Apostoli non poterant portare verbum Christi 143
Apl̄i nihil petier̄t a Chr̄o 164
Appropinquare deo 358
Arrius magnus hęreticus et seditiosus 244. et deiñ
Arbor bona fruct⁹ bon⁹ 471
Athanasi⁹ cōstās in fide. 246
Attentio in or̄one 197.198
Attentio ad verba, sensum, finem ibidem
Aures q̄d significant 530
Auari. 311.345.346.574.578.579.591
Baptismus magnifaciendus 287
Baptismi virtus 297
Baptismi figurę 300
Baptismus puerorum 290
Baptismus non reiteret̄ 290
Beati egrediuntur videre damnatos 281
Beati i hac vita quō. 540.541
Bñdictio dei vtilis 447.448
Blasphemia cōsistit in tribus. 643.644
Carnes prohibito tempore comedere 458
Carthusianorum laus 448
Casus reseruati 90.91
Catholici vnde dicantur. 452
Cautio quā debemus 485
Cęcorum duces 394. et deiñ
Cęcitas bona 352. (ibi linea 19. ꝑ sanctitas, cęcitas legi posset, nisi primitiuum exemplar repugnaret.)
Cēturionis fides maior q̄ re

guli 677
Census Cęsarꝫ Romani 703
Cœna qd significet 337
Ceremonię ecclesię 528
Cerdonis cuiusdā exēplū 518
Charitas dei, vide Amor.
Charitatis fructus 630
Charitatis laus 630
Character baptismi 294. (cuius pagellę vers. 4. a fine, vide num ꝑ charitate, charactere legi possit, tametsi archetypon repugnet)
Christus pro apostolis nō rogauit, quō 168
Christi promissiones 81
Christꝰ potēs opere ⁊ sermone 39
Chr̄m oportuit pati 42
Chr̄s testimōiū habet ex Moyse ⁊ prophetis. 44. ⁊ deiñ
Chr̄s cur stetit in medio 50
Chr̄s ostēdit manꝰ ⁊ latꝰ 55
Chr̄s quō resurgēs cōedit 58
Chr̄s cur cicatrices tenuit 68
Chr̄s missus ē a spū sctō. 71
Christus missus a patre, misit discipulos 73
Christꝰ est apostolus apostolorum 72
Chr̄s insufflauit in discip. 75.
Christꝰ est pastor, ouis, ianua 100. ⁊ deinceps
Christꝰ cur nō dedit spm̄sanctū in terris viuens 131
Christum oculis vidisse nō cupiamus 134
Chr̄s aplis nō dixit oīa 144
Chr̄s ē mediator noster 159
Chr̄s parabolis vsus 166
Chr̄s orauit diligenter 184
Christus venit ad cuiusq; mortem 243
Christus venit in iustificationem nostram 254
Christi aduentus duplex 253
Christi sepulchrum 7
Christus quomodo egreditur ⁊ ingreditur 279
Christus loquitur sine scriptura 299. 300
Christus solus ascendit in cęlum 302. 303
Christi symbolum serpēs ęneus 303. ⁊ deinceps
Chr̄s est homo ⁊ leo 336
Christus diligēter quęrit perditam ouem 362. 368
Christus portat ouem in humeris 363
Chr̄s cum gaudio passus 364
Chr̄s impleuit legē de ira 427
Christus fleuit 491
Christus eiecit de templo vendentes 504
Chr̄s suspexit ⁊ ingemuit 531
Chr̄s quō nos respicit 564
Chr̄s apparuit in Galilęa 13
Chr̄i tāgere erat efficax 599
Christus est filius dei 634
Christi ciuitas 638
Christus sanatos non retinuit penes se 647
Christꝰ semper habet seruos euangelicos 652
Christus semper mittit prędicatores 663
Christus nunquam restitit potestati. 704. ⁊ deiñ
Christus iuit ad filiā Jairi, nō reguli 729. 730
Christi imago Cęsareę 732
Christus hic ⁊ illic 765. 766
Christiani moniti ante excidiū Jerusalem 494
Christiani mō sunt pauci 576
Christiani soluant tributa et redditus 707. ⁊ deinceps

Christianorũ libertas non pugnat cum obedientia 708
Christiani fugiẽt tempore Antichristi 750
Claustrales mali 19
Claustra ꝛ monasteria diripere 232.ꝛ deinceps
Claues apostolorum 87
Claues Christi 89
Claues sacerdotales 93. 94. 642.646
Cœmeteria extra oppid 594
Colligere bonos ꝛ malos 669
Coicare sicut ab antiquo 51
Cõpellere hoies ad bonũ 354.
Confessionem nõ esse liberam cuiuis ad audiẽdũ. 90.ꝛ deiñ
Cõfessio ẽ a Chro instituta. 93
Consulere nunorem 445
Consultatio villicorum 478
Consiliũ Judęorũ impiũ 703
Conuiuari 309.ꝛ deiñ
Contemptus dei, peccatũ 514.
Cogitationes malę ascendũt in corda, bonę descendũt 55
Conserui sumus omnes 692
Corrigere alium quis debeat. 102.ꝛ deinceps
Corpus 588
Coronatio regum 192
Curtisani aliqui maligni 107
Curiositas mala 346

Damnati vellent consanguineos damnari 331
Dãnatorũ pœna dupler 472
Debitores sumus omnes 483
Decem leprosi 563
Decias dare ẽ vtile 519.ꝛ deiñ
Decimarum causę ibidẽ
Decima minuta ibidẽ
Deliberare 478
Desertum significat cęlũ 361
Deus irascitur non decimantibus ibidẽ
Deꝰ punit nõ decimãtes ibi.
Deus videt, deus odit, deꝰ punit 170
Deus videt oĩa opera nr̃a 170
Deus dat panem, pisces ꝛ oua 179.ꝛ deinceps
Dei cã aliq̃d facere. 251 ꝛ deiñ
Dei magnꝰ amor erga nos ibi.
Dei bonitas ibidem
Deus vocat multos 338
Dei lictores 690
Deus habet nomina creaturarum 659
Deum nemo odit 573
Deum contemnere ibi.
Deo cõfidendũ est 588.ꝛ deiñ
Deꝰ sup oĩa diligendus 621
Diabolus maxime tentat moriturum 248
Diabolus iudicatus a sancto spiritu 141
Diabolum sustinere 572
Diabolꝰ venit ad mortẽ Christi 248
Diabolus fur 282
Diabolus odit charitatẽ 632
Diabolꝰ spoliaut hoiem 553
Dies tres mystice significant 445.446
Digitus dei 530
Discipuli in Emaus receperũt sacramentum 47
Diuitię 576
Diuites non retineant frumenta 448
Diues epulo 308
Diuites non oẽs mali 308
Diues epulo fuit in inferno, ꝙ Lutherum 329.ꝛ deiñ
Docere secundum capacitatẽ auditorum 144.
Dominiorum distinctio et origo 708.ꝛ deiñ
Donec 694.

Ecclesię magnitudo contra Lutherum 61
Ecclesiam deserere ⁊ fugere 109.⁊ deinceps
Ecclesia habet bonos et malos 669
Eccl. iudicat de scpturis 462
Ecclesia significata per mulierem 373
Ecclesiā persequi 414
Ecclesia non est apud hęreticos 576
Ecclesia parit filios 123
Ecclesię fides vera 147
Ecclesia ex Chro, sicut Eua ex Adam 655
Ecclesiam ingredi 509
Ecclesię psecutiões. 141.⁊ de.
Ecclesię erunt desertę 746
Eleemosyna 378.⁊ deinceps
Eleemosynā repēdit deꝰ 448
Eleemosyna de male quęsitis. 489
Eliseus sanauit Naamā 194
Emaus hodie Nicopolis 36
Enoch et Elias contra Antichristum 762.763
Epheta 530
Euagatio mentis in oratione. 198.⁊ deinceps
Euangelium excellit legē 541
Euticetis error 58
Exaltans se hūiliabitur 518
Exaudiri ad volūtatē, et exaudiri ad salutē. 161.⁊ deinc.
Exaudit nos deus aliquādo, aliquādo non 161. 162
Exauduntur aliqñ mali 161
Excusationem quęrere in peccatis, malum 342.⁊ deiñ
Fides euacuabitur in patria 166
Fides sola inutilis 474
Fides vera 180
Fides pcedat intelligētiā 229
Fides crescit 680
Fidem relinquere 743.⁊ de.
Fideles iudicabuntur 255
Fructibꝰ quē agnoscere 466
Fugere pestem 111
Fugere ex ciuitate Lutherana ibidem
Fugere in hyeme vel sab. 752
Fures pmittere in patib. 695
Futura certo pdicere acsi essent pterita 149
Galilęa qd significet 20
Gaudium mundanum 122
Gaudiū bonorū ⁊ malorū 123
Gaudium super petrā 368
Genua flectere in orone 189
Gentiles facti oues 115
Giezitę qui 270
Habitus qd sit in alo 198
Hyercei symbolum 343
Hęreticorū baptisma valz 290
Hęreticorū excusatiões 223
Hęreticorum spinę 468
Hęretici quęrūt spelūcas. 61
Hęretici fugiūt disputationes 615
Hęretici dispgūt sicut lupi 111
Hęr. oēs quemūt in fine. 469
Hęretici fiūt ex duobus 220
Hęretici nō reuocāt ex alo. 221
Hęreticus scienter 224
Hęretici sunt leprosi. 565
Hęreticos iudicat ecclesia 223
Hęretici moriuntur in pertinacia 226
Hęretici sunt vespertiliões 230
Hęretici sup oīa contēnunt pęlatos ecclesię 233
Hęret. non veniūt ad lucē 257
Hęretici sunt cęci 263
Hęretici carent sanitate Chri sto 265
Hęretici sunt latrones 270

Heret. cōburāt. 470. 473. 667
Heretici olim pre se ferebant honestatem vite 459
Heretici sunt falsi pphete 231
Here. licētiose hodie viuūt 230
Hereticorum fides vacua charitate 255
Heresis venit ex superbia et auaritia 225. 232
Heresis Arriana infecit imperatores ⁊ reges 245
Heresibus ab initio est resistēdū 468. vide Neochristia.
Honorare vicissim 610
Hore septem mystice 681
Humilitas 514. 612
Hypocrita malus 705
Ieiunare ē salubre 512
Ieiuni hois sputum 512
Ierusalē excidium. 592. ⁊ deiñ
Iesus nomen sanctum 160
Ignorātia ificit aliqñ actū. 213
Imago dei in anima 371
Incredulitas punita. 138 ⁊ de.
Infātib⁹ pdest aliqñ mori 499
Infirmos ⁊ defectuosos nō cōtemnere 31
Infirmari ex visione dei 78
Infirmitas prouenit multis ex causis 639
Infernales pœne 325
Intelligentia nostra parua 79
Intentio triplex 197
Intentio bona differt ab intētione recta 219
Intrusi 271
Inuidia diu durans 635. 636
Inuidia est diabolicum peccatum 695. ⁊ deiñ
Inuidia deo displicet ibidem
Inuidia pctm̄ sine volupt. ibi.
Inuidia nemini parcit ibidē.
Inuidia potest esse bona ibi.
Inuidus orat, Pr̄ noster ibid.
Iob vxor cur seruata 162
Ira est cōtra humanam naturam 436. ⁊ deiñ
Ira nocet corpori, ibidem
Ira quādo est peccatū, ibidē.
Irasci debet aliquando magistratus ibidē
Iubileus 486
Iudeis nō pmittēda vsur. 551
Iudei occiderūt pphetas 665
Iudeorū zelus malus 217
Iudei miseri 517
Iudei occisi in Ierusalē ⁊ venditi 493
Iudei vocati añ gentes 668
Iudei maligni 635
Iudeorum proximi 551
Iudeor. sacrificia cessarūt 742
Iudei increduli 738
Iudiciū ecclesie cōtra hereticos 223. ⁊ deiñ
Iurisdictio ecclesiasticorū. 90
Laborare debem⁹ 587
Lazari ⁊ epulonis differentia 317. ⁊ deinceps
Lazari parabola fuit factū 316
Lazarus pauper 308
Letania sanctorum 156. 157
Liberū arbitriū in nobis, 640
Limbus patrum 315
Lingua faciliter peccat 320
Litere obligatiōis nostre deo 485 ⁊ deinceps
Lucas iuit in Emaus 35
Lupi 108. 111
Lux mūdi, in lucem venire, lucem odire 256. ⁊ deiñ
Lutherus fenestrā aperuit nequitie 258
Luther commendat confessionem 94
Luther docet latā viam. 231
Luther aduersatur magistratibus 268

Magistratus irascatur aliquando 432
Magistratus a deo institutus 708. & deinceps
Magistratus venerandus etiam malus 713
Magistratui fidelem esse & obedientem 716
Magistratui pendere tributa & vectigalia 717
Magistratus durus 714
Mali hic præmiabuntur 322
Mali sunt tolerandi 670
Mammon 577
Manus leuare in oſone 189
Mandata seruare 236
Mandata dei nō æqualia 618
Mandatum magnum 618
Mandata Judæorum 423
Manichæi 53.276
Maria intercedit p nob. 159
Mariæ plures 5
Mare huius mūdi 401
Marcus euangelista 3.4
Martyres gauisi in martyrio 364
Matrimonia licita 349
Mēdici aliqñ male petunt 311
Mercenarij triplices 105
Meum & tuum 710
Miracula sunt testimonia dei. 286.287
Miracula Antichristi 759
Missa Germanica 202
Misericordia dei 384.477
Misericordem esse. 377. & deiñ
Mysteria nō reuelanda 146
Monica 664
Monachi mali 19
Monasteria & ecclesias diripere 232
Moneta Judæorum 706
Mors triplex dānatorū 315
Mortui sciunt de vitis 328
Mortuos deflere 597
Mortui tres resuscitati significant 602. & deinceps
Mortuis tibicines conducere 735
Mors impij mala 315
Mortuorum comitari exequias 595
Moysen audire 332
Mulierum dolor in partu 123
Mulier hemorroissa 731
Mundus comœdia & theatrū dei 321
Murmurare aduersꝰ deū. 535
Nasci ex carne 293
Nauicula Petri 402 414.
Neutrales in fide pessimi 575
Neochristiani communicāt sub vtraq; specie 47
Neochristiani diuitijs elati, bella querunt 52
Neochristiani nihil volūt pati 44
Neochristiani negāt spūs nocte apparere 54.
Neochristiani iactitant ecclesiā suam in angulis 61
Neochristiani clamant ꝺ pœnitentiam sicut Judei 86
Neochristianorum stulta confessio & absolutio 93
Neochristiani per vim prohibent missam 111
Neochristiani ieiuniū & preces reiiciunt 105
Neochristiani ꝓtradicunt clauibus ecclesiæ 88.646
Neochristiani scindunt in plures sectas 112
Neochristiani male verterūt missam in Germanicum 202
Neochristianorum excusationes inualidæ 223
Neochristiani quod quærunt

inueniunt 179
Neochristiani prędantur ꝛ rapiunt velut lupi 112.113
Neochristiani obicē ponūt cōtra gratiam spūssancti 228
Neochristiani diripiunt ecclesias ꝛ monasteria 232.233
Neochristianorū fructus pessimi 466.766
Neochristianorum ordinationes nouę fruolę et mandata impia 224.ꝛ deinc.
Neochristiani iactitāt principes 245
Neochr̄iani sunt pigri Christiani 255
Neochristiani nō habent probam charitatis 242
Neochristianorum fides mortua, sine charitate, sine opere 543.ꝛ deiñ
Neochristiani nō veniunt ad lucem 258
Neochristiani nolunt nos catholicos intelligere 298.299
Neochr̄iani sunt cęci 396
Neochristiani non veniūt ad cœnam Christi 452
Neochristiani incedūt per viam latam 458
Neochristianorum arca communis 233.467
Neochr̄iani sunt versuti, diligentes in hęresibus 488
Neochristiani non tm̄ sapiunt quantum Judęus 543
Neochristiani nō sunt manuales 475
Neochristiani nihil volūt acceptare vltra scp̄turas secundum ipsos intellectas 561
Neochr. cereos nō accēdunt, sed reseruant pauperibus sicut Judas 579
Neochr̄iani victi disputando non cedunt 615
Neochr̄ianorū hospites 637
Neochr̄iani Antichr̄o adhęrebunt 754.ꝛ deiñ
Neochr̄iani sunt vesani 654
Neochristianorum prędicatores missi a diabolo 74
Neoch. latrones ꝛ lanij 74
Neoch. instabiles 231.ꝛ deiñ
Neochr̄iani mendaces 239
Neoch. fures ꝛ latrones 278
Neoch. nō missi a deo 340
Neochristi. sunt falsi ꝓphetę 463.654.656.717
Nicodemus 285
Nox legis 407.ꝛ deiñ
Numerus beatorum 353.356
Nuptię Chr̄i triplices. 654.655.660
Nuptias negligere 665
Nuptialis vestis 672
Oblatio Christianorū cessabit 743
Oblatio in altari 429
Oculi discipulorum tenebātur in via 37
Oculi eorum aperti 46
Oculi quid significant in scriptura 397
Oculos habere 513
Oleū ꝛ vinum infundere 558
Opera bona merētur 22.274
Opera meliora verbis 39
Opa bona publice facere. 358
Opa sine charitate. 628.ꝛ de.
Orare pseuerāter 175.ꝛ deiñ
Oratio communis 188
Orans apud se 510
Oratio meritoria ꝛ impetratoria 208.ꝛ deinceps
Oratio multiplex 208
Oro nō semp exaudit 207
Orare p̄ces nō intellectas 201

Oro vocalis qñ necessari. 194
Orandi noua forma 159
Orauit Chrs sepe 183. ⁊ deiñ
Oronis fructꝰ ⁊ vtilitas. ibid.
Orare in fine pdicatiōis 191
Orare pro imperatore et statibus 191
Orare est facile 193
Oratio nō mutat voluntatem dei 193.194
Oro breuis publicani 516
Ordinationes Neochristianorum 223
Ostium dei 174.264
Ostiarius 264
Ouile 115.266
Ouis est Christianus 267
Ouis non audit pastorem falsum 278
Ouis quid significat 360.361
Ouis etiā ē peccator 278.279
Parabolę quomodo tractandę 486
Parabolis vti 165. ⁊ de.
Parochialia iura nemo arripiat 90
Pastoris signa ⁊ officiū 272
Pastor non fugiat 106. ⁊ deiñ
Pastor oues cognoscit 113
Pater maior me est 244
Pater prouideat filijs 549
Paucitas nō semp laudat 460
Paulini insigne factum 584
Paupes non oēs beant 308
Pauperes infirmi non contemnendi 312
Pauperes non audientes, nō audiuntur 320
Pauperē plebē grauare 556
Pax vobis 52
Pax est laudabilis 52
Pax placet deo 66
Pax vtilis 66
Pax varia 52.53
Pacem bis dedit Chrs 70
Peccata redimere 309
Peccati damna 553.554
Peccatorum pœna 500
Peccata remittere 86
Peccata redeunt in recidiuantem 700.701
Peccare, peccatum continuare, et pctūm excusare 342
Peccati grauitatem agnoscere 690
Peccatorē non despicere 359
Peccatum grāde malum. 687
Peccatorem vendere 688
Pctm̄ cur infinite puniat 626
Pectus tundere 189 516
Pœna damnatorum 472
Pœnitentia 86
Peregrinatio bonorum 37.38
Peregrinos hospitari 46
Personarum acceptio 679
Pertinax in hęresi 220.224
Petite ⁊ dabitur vobis 177
Petite, quęrite, pulsate 178
Petro adnūciata resurrect. 12
Philautia 507
Phariseus 509
Pharisęi non oēs mali. 284. et deinceps
Phariseorū error 421
Philippum interrogauit Christus 412
Pigri deo inuisi 585.587
Piscatio diuersa apud Lucā ⁊ Johannem 416. ⁊ deiñ
Pisces quid significant 454
Pisces aliqui mali 412
Ptās sacerdotalis duplex 88
Pręcepta, vide mandata.
Prędicator vtat scriptura proprie ⁊ (vt aiūt) in forma. 409
Prędicatores debent esse missi 73
Prędicatores attēdant capa-

citatem audítorũ 144
Prędicare verbum dei, non ſu um 239
Prędicare ſine fructu 240.241
Prędicationes fugere 259
Prędicatores ſcripturas affe rant 664
Prędicatores veri qui ſint 401.ꝛ deinceps
Prędicat. vtãr reti Petri. 409
Prędicator nõ ſupbiat 410
Prędicator adiutorem accire poteſt 413
Prędicator ppẽ populũ 454
Prędicatiõe meliorẽ fieri 616
Prælati intruſi 271
Princeps huiꝰ mundi 247
Principes adhęrebunt Anti chriſto 749
Prophętę falſi 458.ꝛ deiñ
Prophętę aliqui mali 96
Prophętę vſq; ad Johã. 461.
Prophętę interpretes ſcriptu re 461
Prophętię ſuper deſtructione Jeruſalem 493
Profunditas 405
Proprietas et dñium rerũ. 710
Prudentię ppię inniti 150
Punit deus per homines q̃ ne ſciunt ſe eſſe virgã dei 501
Punit deꝰ tarde filios 502

RAtionẽ ſępe accipere bo num 685
Rationem reddere deo 480
Reconciliari fratri 430
Rectores reip. vide mgr̃atus.
Refectio populi quid ſignifi cet 451
Regnum cęlorum 124. 653
Reges a deo inſtituti 711
Reguluꝰ venit ad Chr̃m 676
Regeneratio myſtica 287
Regula de exemplis et para bolis 486
Regula de mutis et inanima tis 296
Regula de pmiſſiõibus Chri ſti 81
Regula in omni oratione 162
Remittere peccatum, propriũ dei 86
Reſurrectio mulieris 29
Reſurrectio mutilatorum 30
Reſurrectio ſimultanea omni um 31.32
Reſurrectio Chriſti myſtice expoſita 16.ꝛ deiñ
Reſurrectionis dies ſanctiſſi ma 21
Reſurrectio pueri 29
Reſurrectio hermaphrodito rum 30
Reſurrectio vtilis 22.ꝛ deiñ
Reſurrectio Chriſti cauſa no ſtrę reſurrectionis. ibidem.
Reſurrectio hominũ quomo do 24.ꝛ deiñ
Reſurrectio in ẽ ętate fiet 28
Rete prędicationis 412
Rogationum ſeptimana 155

SAcerdotes pauci 523
Sacerdos abſoluit 87
Sacerdoti ſe oſtendere 565
Sacerdotũ ordinatio 77. 83
Sacerdotalis poteſtas du pler 88
Sacerdotes non omnes audi ant confeſſionem 90
Sacerdos communis perſona eccleſię 96
Sacerdotalis dignitas 97
Sacerdotibꝰ debẽt victꝰ 105
Sacerdotes mali non conte mnantur 106
Sacerdotum malitia, ruina po puli 504
Sacrilegi 584

Saducęis impositum a Christo silentium 614
Samaritanus 557.⁊ deiñ
Sāctorum reliquię 732
Sancti exaudiunt̄ a deo 161
Sanctos inuocare pro temporalibus quale 590
Scp̄turā iudicat ecclesia.462
Scripturas scrutari 544
Seditio est mala 717.⁊ deiñ
Seditiosos punit deꝰ ibidē
Senes fient iuuenes in resurrectione 28
Sepultura antecessorū 595
Sermonē Chr̄i seruare 236
Seruitus hominū.708.⁊ deiñ
Serui a deo missi 338.⁊ deiñ
Seruitꝰ venit ex pctō 721
Seruire duobus dñis 575
Sigillū non sit lucrosum 721
Simoniaci 270
Simulatio qñ est pctm̄ 45
Sinus Abraę 314
Solicitū esse pro tp̄alibꝰ.574
Somnus mortuorum 736
Spes.181. Spūssanctus 236
Spūs sanctꝰ a filio ꝓcedit 153
Spūs ꝟitatꝫ 213 Spū nasci 293
Spiritussanctus bis datꝰ apostolis 77.⁊ deinceps
Spm̄sanctū recipe. 130.⁊ deiñ
Spūssancti officiū 136
Spūssanctus docet ecclesiam 147.151.240
Spūssanctꝰ docet oēm ꝟitatē, clarificat Christum ibidē
Spirituum apparitio 54
Sputo vti in baptis. pueri 536
Subditi q̄d tenent̄ dñis 712
Suffraganei 103.104
Superbia pharisaica 510
Superiores, vide magistratꝰ.
Superstitiones varię 352
Suspicio qñ sit pctm̄ 390
Tenebrę exteriores.674
Testamentum vetus fuit figurale 166
Testamētū vetꝰ fuit bonū 42
Templum in Jerusalem nō reędificabitur 747
Teloneū defraudantes 720
Telonarius 359
Thomas apostolus absens ordinatus 93
Tributum imponere 718
Tributa Romanorum 703
Tribulati inuocant deū 351
Tribulatorum remediū 324
Trinitas nobiscum māsionem facit 237
Tutela angelorū petēda 312
Verbi dei septem proprietates 447
Uerbum significat rem 59
Ueritatem facere 258.261
Ueritas nō semp̄ dicenda.426
Uestes ouiū in lupis.112.⁊ de.
Uestium vanitas 309
Uia mundi periculosa 261
Uillā emer.345 Uisiōe terreri (54
Uocatio dei varia 351
Uox dei 246 Usurarū 346.691
Uxorem Job cur illęsam reliquit diabolus 162

Ad lectorem.

In fine paginæ 347. lege, sint. Pag. 383. lin. 7. expūge, panis. Folio M M. corrige nūerū aliquot colūnarū. Pa. 705. insere in locū uacuū his literis, καρδιαγνώστην, si modo tuus liber eiꝰ mēdi particeps fuerit. Nō em̄ om̄ibus inest id uitij. Reliq̊rū ad nos spectantiū doctus lector admoneri nō eget. nā indocto nil satis bñ fieri pōt.

REVEREN=

DO IN CHRISTO PATRI

& domino D. Gerwico Plarer, *Abbati celebris monasterij montis* S. Martini de Vineis, *sereniß.* Romanorum, Hungariæ & Boëmiæ *regis consiliario, literarum & literatorum Mecœnati,*

IOHANNES MENTZINGERVS *philosophiæ professor, & theologiæ auditor, salutem precatur & felicitatem.*

DEVM immortalem, quantum habet hoc & laudis & dignitatis, Reuerende in CHRISTO pater, quũ de quocunq; studiorum in uniuersum omnium bonarum'q; artium genere, tum uero de pietatis maxime ꝓfectu, & hoc quidẽ seculo p̃cipue bene mereri, q; tũ omniũ maxime beneficiorũ laus apparet amplior, & dignitas splendidior, quũ necessitas maior exigit, quam quis neget nũc esse grauissimã in sacrosanctæ theologię totius'q; pietatis studiis, qui modo uideat nihil esse in ijs quod nõ in dubiũ uocẽt, & in cõtrouersia ponãt homines quidam corrupti mente & reprobi, ut inquit Apostolus, circa fidẽ? quoꝝ tamen iam insipientia paulatim manifesta fit, & est omnibus, dum non desunt qui partim conatus eorum infringant, partim ad resistendum alios fortiter exhortent. In quorum numero R. parernitas tua sibi quoq; locũ uendicârit facilè præcipuum, quando nec laboribus ullis, neque conatibus parcit in hoc, ut tandem hæreses quæ nostris ijsce temporibus enatæ sunt, euellantur, ecclesiaque Christi denuo repurgetur. Id adeo uel hoc uno omnium manifestissime declaratum est, cum R. P. T. excellentiss-

mum Theologum Iohannem Eckium, præceptorem nostrum obseruandissimum, qui ab hinc triennio Christianissimorum Bauariæ ducum iussu sermones aduersus Lutheranos per circulum anni in lingua Germanorum uernacula edidisset, feliciter est adhortata, ut disceret illos latine loqui, & in latinum uerteret. Vnde & opus hoc ueluti unice ad te pertinere, & studiosi doctiq; omnes plurimum se tibi debere fateantur. Quamuis enim ad hanc latinam editionem iam antea Reuerendissimus in Christo pater & princeps D. Albertus Cardinalis Moguntin⁹ Elector &c. ipsiusq; germanus frater & princeps illustrissimus Ioachimus Marchio Brandenburgen. itidem Elector, Reuerendissimus quoq; in Christo pater & D. D. Philippus à Flershaim Spirensis Episcopus, D. Eckium nostrum adhortati sunt, eandem serio ab ipso expostulãtes, tua tamen R. P. illum alioquin laboribus theologicis obrutum & grauiter occupatum tandem persuasit, imò (ut uerius dicã) impulit & adegit. Atq; merito quidem R. P. tuæ paruit ille, neq; uel restitit diutius, uel de suscipiẽdo prosequendoq; labore longius dubitauit, eo q; R. P. tua tum in Imperialibus comitijs, tum quoq; in Sueuici fœderis plurimis conuentibus prælatorum multorum nomine interfit, nunc uero sereniss. etiam Romanorum regis consilijs adsit. Qua igitur prudentia quamq; solerti ẽ R. P. tua in rebus omnibus ingenio, nunquam sane tam operose latinam illam editionem ab Eckio exegisset, nisi eandem quamplurimis fore utilissimam perspexisset. Vnde quid reliquum esse dicamus, nisi ut docti omnes & q̃tquot laborem illum sibi usui fore cognoscẽt (plurimum autem conducet omnibus catholicis) grarias habeant & agant P. tuæ lõge maximas, quòd tuis monitis primum, deinde impulsibus opus hoc in lucem prodierit.

Cæterum quòd ad me attinet, nemo sane nisi iniquus rerum omniũ æstimator & iudex, temeritatis me alicui⁹ reprehendet in translationis huius suscepto labore, quando ipse uirium mearum & tenuitatis non ignarus, noui me non eum esse, qui fesso succurram, humeros q; subijciã Atlanti. Vnde & datum mihi negocium illud primũ recusare cœpi, imparem me tanto ratus esse labori. Deinde uero ob multas serias & honestissimas causas eo lubẽtius cõ

sensi, quòd animum mihi quoq; addebat Socrates. Is enim cuidam cupienti quidem ire ad Olympia, sed molesto longi itineris labore deterrito persuasurus profectionem, obiecit q̃ domi sæpenumero totos prope dies ambularet, nunc ante prandium, rursus post cœnam. si itaq; domesticas illas ambulationes proferret ad quinq; séx ue dies, futurum ut facilime perueniret Olympia. Quo dicto docere utiq; uoluit uir ingentosus, idipsum quod homines in adeundis terret laboribus, imaginationem potius esse q̃ laborem. Hinc igitur ego quoq; recepto animo, ipse mecum laboris quidem & negocij tum prolixitatem expendi, tum difficultatem: sed tamen uicissim considerauí ubique ualere ingenium, modo quis intenderit, sedulitate q̃que quantulacunq; futurum, ut laboris immensitatem fallerem. Maxime uero omnium cum perspexissem innumeros penè p̃ceptoris illius nostri labores, & eos maximos, iam publice theologiã accuratissime & diligentissime prælegendo, iam ad populum declamando, iam uero subinde alia ex alijs pro fide catholica meditando & scribendo, præter reliquam illam lectionem frequentissimam planè que continuam. Vnde quantum utilitatis uniuersæ ecclesiæ, quantum fructus studiosis doctisq; omnibus, quantum gloriæ & laudis gymnasio nostro accedat, quis est obsecro qui ignoret? Acceptis itaq; ex suo ipsius autographo sanctorum patrum allegationibus, subij laborem hunc extyrocinium feci, suo tamen iudicio & correctioni omnia subiiciens. Inde quoq; quid profectus mihi meisq; theologicis studijs accesserit, non est huius loci referre. Equidē bonis omnibus, & catholicis hominib⁹, quorquot hac nostra opera utentibus, uelim eam esse utilissimam, neq; grauabor de cætero, si modo per occupationes licuerit, simili labore subleuare præceptorē, ut ille noua semper meditetur, pro S. Romanæ & apostolicæ ecclesiæ incremento, fideiq; Christianæ & fidelium omnium ædificatione. Sed nunc tam feliciter ualeat R. P. tua, & mea hæc scripta in optimam partem suscipiat, simulq; sibi me habeat commendatum. Datum Ingolstadij, in ipsis feriis Paschalibus,

Anno M. D. XXXIII.

TOMVS

SECVNDVS HOMILIA-
rum super Euangelia de tempore, à die
dominicæ
Resurrectionis
usq; ad
Aduentum domini,
adiunctis nonnullis sermonibus
De
Oratione,
Eleemosyna &
Obedientia magistratuum &c.

EVANGELIVM

IN DIE SANCTO PASCHAE,
Marci. XVI.



IN illo tempore: Cū trāsisset sabbatū, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salomę emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Et ualde mane una sabbatorum ueniūt ad monumētum, orto iam sole. & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet no

Matth. 28
Luce. 24
Johan. 20.

bis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, uiderunt reuolutum lapidem. erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumētum, uiderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? surrexit, nō est hic. ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam. ibi eū uidebitis, sicut dixit uobis.

Matth. 28 Luc. 24

HOMILIA PRIMA.

Hieron:

DIci non potest, quanta animi alacritate, quanta cum lætitia sanctissimus pater Hieronymus hodie exultat, cum in tam sancta festiuitate in hæc uerba erumpit: Post sabbata tristia felix irradiat dies, qui primatum in diebus tenet, luce prima in eo lucescente, & domino meo cum triumpho resurgente atq; dicente: Hæc est dies quam fecit dominus. exultemus & lætemur in ea. At nos de tantæ diei solennitate deinceps dicturi, nunc solummodo exponamus euangelium, ubi tamen prius adhuc gestientem sancti patris spiritum, animumq; exultātem uobis paulo apertius declarauerimus. Ille ēm super caput hoc scribens, primo statim limine sic inquit:

Psalm. 117

Hieron.

Nunc aromatibus redolentibus cum sponsa & adolescentibus, quæ currunt post eam, conspergimus librum & cubiculum mentis nostræ, nunc introducit nos rex in cellaria sua. nunc surgit amica Maria, hyems abiit, pluuia recessit, flores uisi sunt in terra, uox turturis audita ē in terra nostra, uineæ florentes odorem dederunt, rediit sponsus de umbra sub qua dormiuit in meridie. Quod si tam lætabundus optimi patris exultauit calamus, quanto feruentior illius animus fuit? quanto spiritus extitit ardentior alacriorq;

Cant. 1

¶ Sed nos iam textum euangelicum adgrediamur.

Vbi primo statim loco considera, cur tandem hodierno die, qui dierum omnium longe sanctissimus est, euangelium ex Marco, non quolibet alio legatur euangelista. Eius rei rationem perspecturus, ad memoriam reuoca uisionem illam propheticam Iezechielis, qua uidit iste in spiritu facies quatuor animalium, hominis, leonis, uituli & aquilæ. Idem non paulo perspicacius uidit sanctus Iohannes, conspicatus animalia hæc plena esse undique oculis, eademq; dare honorem, gloriam & benedictionem sedenti super thronum. Per hæc autem communi omnium doctorum consensu quatuor iutelliguntur euangelistæ, à quibus etiam quatuor illa descripta euangelia rantum recepta sunt ab ecclesia, non sine numine & instinctu spiritus sancti. Sic factum est ut istæ quatuor animalium figuræ, & ante Hieronymum & post illum semper tribuerentur quatuor euangelistis (Augustinus singular. tract. trigesimo septimo super Iohannem, & de consensu euangelistarum libro primo, capite sexto.) Quia facies hominis Matthæum designat, figura leonis Marcum repræsentat, Lucam uitulus exprimit, in aspectu aquilæ Iohannes intelligitur, sicut late super hoc differit Hieronymus, scribens super Iezechielem, & in præfatione Glossæ super Matthæum, similiter & Gregorius super Iezechielem. Ambrosius in prologo Lucę. At nos hic cæteros mittimus, tãtum leonem adsumimus, qui Marcum designat, eo quòd in illo uox auditur rugientis leonis in deserto, uox inquam clamantis in deserto, Parate uiam domino. Et sicut ille euangelium suum inde inchoauit, ita totum proprietatibus adcommodauit leonis, quod ad longum hic diduci posset. Quia autem animalium facile robustissimum est leo, iuxta dictum Sapientis, recte illi comparatur CHRISTVS, qui sicubi aliâs, certe in resurrectione fortitudinem suam omnium manifestissime declarauit. Vt iam, sicut olim Philistæi ænigma soluentes, Samsoni dixerunt, Quid melle suauius? quid leone fortius? nos quoque optimo iure dicere possumus, quis fortior est & robustior leone illo nostro CHRISTO domino,

Iezech. 1
Apoc. 4
Augustin.
Iezech. 1 Homili. 4
Marci. 1.
Prouc. 30.
Iudic. 14.

qui deuicta morte de diabolo triumphans, ipsas etiam inferorum portas confregit, sicut in spiritu uidit Iohannes quando dixit: Ecce uicit leo de tribu Iuda.

Apoca. 5

¶ Potest idem ex leonis natura cognosci. sicut enim ille apertis dormire solet oculis, ita leo noster Christus, cum secundum naturam humanam obdormisceret, triduum totum in sepulchro recumbens, uigilauit tamen secundū diuinitatem. Deinde cum leæna enixa est leunculos suos, illi non secus ac si demortui essent, altissimum dormiūt: tandemq; peracto triduo, superueniente leone, totisq; uiribus conquiescente, uegetari incipiunt & se mouere. Ad eundem nanq; modum leo hic noster tertia à morte sua die nos liberauit in resurrectione gloriosa, iuxta illud Oseæ: Viuificabit nos post duos dies. in die tertia suscitabit nos. Quia igitur nomine & aspectu leonis iā olim Marcus designatus est ab Iezechiele, & deinceps à Iohanne, Christusq; adeo fortitudinis suæ specimen summum instar leonis in sua resurrectione exhibuit, cōsulto uisum est spiritui sancto, per uniuersam ecclesiam illud Marci euangelium in hoc solenni die legi debere.

Gregorius. Homi. 4 sup Ieze.

Oseę. 6

2 ¶ Quod transisse iam sabbatum Marcus dicit, manifestius liquet ex Luca. siquidē sepulto iam domino in die Parasceues, statim mulieres inuiserunt sepulchrum, & quomodo in eo repositus esset dominus. deinde domum reuersæ, paratis aromatibus, interquieuerunt per sabbatum. erat enim magnus dies ille sabbati propter festiuitatem Paschæ, quamobrem nihil in eo operari poterant. Sed quia festum ex uespera durabat in uesperā, finitæ festiuitatis uespero, coēmerunt aromata, ut ea haberēt summo mane alterius diei parata ad ungendum corpus dñicum, ut habet quædam glossa Bedæ. Nam quis dubitet illas, quo erant feruore, quaq; ardentissima erga Christū dilectione, nisi sabbati prohibitæ fuissent magnitudine & insigni sanctimonia, iam antea corpus domini peruncturas fuisse, maxime q̄ cum in fide adhuc non satis essent perfectæ circa diuinam omnipotentiam Christi, illū quē nil nisi hominem purum credebant, ex more Iudæorum etiam quantocyus ungere properabant? Non sic autē uirgo mater Maria, quæ & illuminata erat in fide, & ideo

Lucę. 23

Matth. 28

Beda.

certam filij sui resurrectionem expectabat.

¶ Idcirco & euangelista tres illas hic nominatim exprimit mulieres, Mariã Magdalenam, Mariam Iacobi, matrẽ scilicet Iacobi apostoli, quam aliâs Mariam Cleophæ uocat Iohannes, sororem illam uirginis matris, cui filij fuerunt, Iacobus minor, Simon & Iudas & Ioseph (quamuis aliqui contendant Mariam Zebedæi, fuisse Mariam Iacobi à Iacobo maiore appellatam.) Et Mariam Salomę, scilicet filiam, qui maritus fuit Annæ. illa autem contracto cum Zebedæo piscatore marrimonio, mater facta est duorum apostolorum Iohannis & Iacobi maioris. Et has quidem tres hic Marcus commemorat. Matthæus duarũ tantũ meminit, Iohannes unius, Lucas plane nullius. Vnde constat, euangelistas illas tantum nominatim appellasse mulieres, quæ & præcipuæ & feruentiores cæteris in charitate & dilectione dei fuere. nam plures earum fuisse quis ambigat? Martham quoq; interfuisse huic põpæ quis neget? Omnes autem illæ emerunt aromata, ut ueniẽtes ungerent Iesum ex more Iudęorum, qui honorem huiusmodi defunctis quos amauerant, deferre solebant, ne statim tabe & putredine absumerentur. Didicerant q; hoc illi à Ioseph, qui patrem suum Iacob optimis & preciosissimis aromatibus perunxit. Nunc uero, ut reliqua sacra, ita hæc quoque funebria interciderunt, præcipue inter neochristianos, qui quantulum obsecro est quod tũ sanctis in cælo, tum ipsi deo impendunt cultus & honoris? Aliter longe maiores nostri, & qui adhuc uiuunt catholici boni, sentiunt, qui bona magna q; resurrectionis futuræ spe, iusta, exequias & cætera funebria sacra, mortuis diligenter impendunt.

Iohan. 19

Gene. 50

3. ¶ Porro euangelista narrare pergit, quomodo mulieres istæ uenerint ad monumentum in quadam die sabbati, prima uidelicet illa à sabbato. quæ nobis iam dies est dominica: id q; ualde mane. iamprimum orto sole. Sed & hic diuersum narrare uidentur euangelistæ, dum Matthæus uenisse eas dicit uesperi, Lucas ualde mane, Iohannes cum adhuc tenebræ essent, Marcus hic orto iam sole. Nec tamen alicuius contrarietatis insimulandus est spiritus sanctus: atq; ideo concordiam illorum Augustinus

Matth. 28
Lucę. 24.
Johan. 20.
Marc. 16.

Aug.c.24 in libro tertio de consensu euangelistarum, sic parat & persuadere conat, ut dicat mulieres uesperi quidem unguenta parasse, ac deinde noctu egressas simul cum aurora exurgente peruenisse ad monumentum: non tamen quòd iam tum sol fuerit ortus, sed quia aurora tunc cælo rutilabat ab alto. Et sic omnes euangelistæ rem eandem diuersis tantum uerbis descripserunt. Matthæus enim cum dicit, Vespere sabbati quæ lucescit in prima sabbati, satis manifeste ostendit, quoniam non uelit proprie eas uenisse uesperi, sed in illa uespera, quæ iam lucere incipit ad diem solis, quem nos dominicum iam dicimus: & ideo de uespera sic loquitur, ut de nocte tota, sedulitatem per hoc monstrare uolens mulierũ, quæ tam curiosam super unguentis diligẽtiam habuerunt, ut ea pararẽt uesperi, uel in ijs parãdis totam etiam absumpserint noctem. Et hoc

Hieronym. est quod Hieronymus dicit, factum id esse diluculo, quod inter tenebras noctis & diei claritatem tempus intermedium est, quo salus generi humano uenit diuinitus.

¶ In ipso etiam tum itinere loquebantur mulieres ad inuicem, dicentes: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Tam illas inconsideratas feruor efficiebat charitatis, ut iam nil nisi Christum cogitarent, immemores lapidis, qui infigniter magnus erat. Quamuis id quoque dispensatione diuina factum credi potest, ut sic ab omni suspicione immunis haberetur resurrectio Christi, dum & lapide magno præmunitum, & militari custodia circunseptum sepulchrum illius fuisse constaret. Videntes autem illæ & respicientes, ecce subito intuentur reuo-

Matth.28 lutum lapidem, idq; teste Matthæo, ab angelo, præuio tamen magno terræ motu. descendens enim angelus, & lapidem reuoluit, & super illum sedit. Non tamen hic suspiceris tu fecisse hoc angelum in obsequium Christi, ut sic ille reserato surgere & exire posset sepulchro. nanq; ille & iam ante resurrexerat, & angelici ministerij beneficio in hoc nõ indigebat, qui propria uirtute resurrexit: eadẽq;

Psalm.29 uirtute deinde ascendit in cælum, iuxta illud psalmi: Exaltare domine in uirtute tua. Quid quòd Christ⁹, ipsa dei

1.Corin.1 Philip.2 uirtus (ut inquit Paulus) existens, nullo hic opus habere potuit angelorum obsequio? Aut cur tandem tanti feciſ-

set Paulus cognitionem dei & uirtutem resurrectionis, si in hac Christus adiutus fuisset ab angelis? Neque temere est quicquid est, quod in spiritu iam olim præuiderat Dauid ruinam inferni, confractasq; portas illius, & uectes dirutos, dum ipsum fortem & potentem uocat, dominúmque uirtutum & regem gloriæ. Credendum itaque cuilibet Christiano est, non aliter CHRISTVM clauso resurrexisse sepulchro, sicut ex intemerato natus est uirginis utero, & clausis ad discipulos suos foribus ingressus est. Psalm. 23 Iohan. 20

4. ¶ Tandem quoq; ingressæ sunt mulieres in monumentum, quod quo potuerit modo fieri, esset quidē dubitatio aliqua, si sepulchrum Christi fuisset tale, cuiusmodi iam nostra sunt ex effosso terræ aggere: sed alia longe illius ratio extitit, ut impleretur prophetia Isaiæ, quæ dicit: Quia erit sepulchrum eius gloriosum. forma autem sepulchri Christi huiusmodi fuit: Primum omnium cauerna ibi quędam fuit in petram incisa, ad octo pedum longitudinem simul & latitudinem, ad eam ingressus patuit per humilem ianuam ab oriente: post ingressum ad dexteram, uersus septentrionem in pariete, altitudine trium spithamarum à terra sepulchrum fuit in petram excisum, in quo positus est dominus. foramini autem quo patebat ingressus, lapis iste magnus aduolutus erat. Atque sic cōstat dictum illud à Beda, Quoniam introeuntes mulieres in domum illam rotundam, quæ in petra est excisa, uiderunt angelum sedentem ad meridianam partem loci illius, ubi positum fuerat corpus Iesu. Quando igitur audis intrasse mulieres in monumentū, intellige ingressas eas in cryptam siue cauatam cameram illam, in qua sepulchrum erat in petra excisum totum: totumq; opacum & sine fenestris, sicut adhuc in hodiernū diem cernitur, & lampades in ea uidentur ardentes Hierosolymis. Isaię. 11 Forma sepulchri dominici. Beda. Matth. 28

¶ Matthæus porro unicum tantum angelum commemorat, qui & insederit lapidi, quem reuoluerat ab ostio. Marcus meminit angeli cuiusdam, qui sederit in ipso mō numēro ad dexteram. Lucas angelos duos commemorat, eosq; stantes. Iohānes refert, Mariā Magdalenā angelos duos uidisse sedēres, alterum ad caput, ad pedes alterum. Marci. 16. Lucę. 24 Iohan. 20

Augu.de consen.euā. li.3.c.24. Conciliaturus ista Augustinus, dicit angelum unum extra monumentum fuisse, de quo Matthæus scribit: alium in ipso sedisse sepulchro, sicut Marcus commeminit: qui tamen ambo mulieribus illis aperte resurrectionem domini annunciârunt: non aliꝫ utiqꝫ, q̃ q̃s Lucas etiam & Iohannes commemorant. Idem deinde intellectum proponit illius, quomodo unus apud Matthæum & Marcum fuerit angelus: & quòd lapis reuolutus in crypta ipsa iacuerit, super quem & angelus sedit iuxta Matthæum: idqꝫ ad dextram, teste Marco. Sed quid multa? cum constat, quia nato domino, angelus unus pastoribus apparuit, adnun-

Luc 2. cians eis natiuitatem Messiæ, & statim postea multitudo quoqꝫ uisa, auditaqꝫ est angelorum psallentium, pie credẽdum est, etiam hic in dominica resurrectione, complures apparuisse angelos, nuncios resurrectionis tam splendidæ & glorioſæ, quando & ipse tum Christus à monumẽto non abfuit, & mulieres ac Maria Magdalena maxime curioſæ & nimium solicitæ circuncursitabant, ne angelis quidem subinde uisis interquiescentes, sempérque metuentes, ne à ludęis furtim sublatum esset corpus domini.

Johan.20 Et ut maxime primum sederint angeli, sicut Iohannes refert, tamen ĩdem surgere statim potuerunt, ut uerũ sit quod Lucas commemorat, quoniam modis omnibus credere debemus, istas angelorum apparitiones factas esse singulas, ita ut singuli euangelistæ pro se quisque peculiare aliquid ex historia sint complexi: quorum si scripta singula coniungas, iam totum simul habeas historiæ filum iusto ordine contextum. Sic multis in locis testatur

Augu.li.1. de conse. Euan. c.7 Augustinus morem hunc fuisse euangelistis, ut quod unꝰ intermisit, idipsum suppleuerint aliꝫ. Quod si nanque multi angeli apparuerunt Iacob in ipsa uia iam ex Mesopotamia reuertenti domum, quando dicebat, Hæc sunt

Gene.32 castra dei: quanto rectius credi & potest & debet, plures angelos ad Christum etiam ueniſse post resurrectionem suam? Cui cum adfuerint in deserto, quando cum diabolo congrediebatur, quanto magis nunc triumphatori

Matth.4 astiterunt ex tanta præcipue angelorum multitudine, de qua Daniel: Millia, inquit, millium ministrabãt ei, & de-

Danie.7 cies centena millia assistebãt ei. Vt iã nulla oñino sit hic

uel leuiter saltem suspicanda euãgelistarũ contrarietas, in tam exiguo præsertim numero angelorum: quoniam exprimi uerbis non potest, quãtum angeli sint gauisi de resurrectione Christi domini regis q; sui, & de ruina aduersarij. Atq; sic deinceps cæteros etiam angelos gaudij huius uoluerunt esse participes, sicut nunc quoque lætabunda concinit ecclesia: In resurrectione tua Christe Alleluia, cælum & terra lætentur Alleluia. Eccleſia.

¶ Et nobis igitur quoque gloriosæ resurrectionis suæ gaudia concedere dignetur Christus, quatenus sic nos eri am lætt resurgentes in die nouissimo, post hanc uitã ab ipso illam suscipere mereamur æternam, Amen

HOMILIA SECVNDA IN DIE sancto Paschæ.

ECce adest nobis dominus noster Iesus Christus, à cõfractis inferorum portis triumphator & uictor robustissimus, dicens: Ego soporatus sum & exurrexi, quia dominus suscepit me. Ecce mulieres quoque nihil tamen magnum, nihil dignum adhuc deitate Iesu sapientes, adsident sepulchro, & emunt unguenta, ut ait Theophylactus, eadem illi ut mortuo & sepulto parant, cui diem solennem & gaudia constituere debebant, tanquam triumphatori de morte fortissimo: quoniam deus probauit eum & cognouit, nec sessioncm illius tantum, sed & resurrectionem nouit, hoc est, glorificationẽ, quæ sibi ut merito suo debebatur, ita data est. Venerunt ad monumentum mulieres. ingressæ sunt in illud. uiderunt lapidem illum magnum reuolutum. conspexerunt insuper adolescentem à dextris sedentem, amictum stola & ueste prælonga. Adolescens hic, angelus dei fuit, in adsumpto corpore uisibili uisus. & adolescens quidem apparuit, designaturus post resurrectionem in beatis oñibus ætatem fore iuuenilem, uegetam, semper q; florentẽ, qa erunt illi sicut angeli dei. Eò pertinet, quod etiã Christus transfiguratus in ueste alba apparuit. erat eñ uestimentum illius candidum sicut nix. Psalm. 3 Theoph. Psalm. 135 Matth. 28 Marc. 9

¶ Sed quid hoc, inquies forsitan, sibi uult, quòd ubi primum cælo delapsus angelus super lapidẽ sedit, factus

est aspectus eius sicut fulgur? Hoc nimirum, quia custodes uolebat deterrere: mulieribus autem lætus apparuit, quoniam illas ueniebat consolari. Sicq; angeli corporibus dominantur adsumptis, ut possint ea pro suo lubitu transmutare. Quomodo habitu hortulani Magdalenæ uisus est dominus, & duobus discipulis euntibus in Emaus facie peregrini. Quamuis autem forma corporis adsumpta apparebant angeli, tamen exterritæ sunt per hoc mulieres, & de facto illo multum admiratæ. lapis, quem iamiam ante ostium uiderant monumenti, reuolutus erat. sanctum CHRISTI corpus in sepulchro non inueniebatur, tantum fasciæ aderant & sudaria. adfidebat hic angelus, magnus & ardens erat mulierum animus in dilectione CHRISTI. sed quod eis acciderat, magnum erat & insolitum. unde expauescebant, super iis nimirum, ut inquit Hieronymus, quæ nec oculus uiderat unquam, neque audierat auris, neque in cor ullius unquam hominis ascenderat.

Johan. 20 Lucę. 24

Hieronym. 1. Corin. 2

2. ¶ Videns igitur angelus expauescere ex uisione mulieris, ait illis: Nolite expauescere, idq; sane signum angeli boni extitit, cuiusmodi apparitio etiam Zachariæ uisa est, cui & dixit angelus: Noli timere Zacharia, exaudita est oratio tua. sic Gabriel loquutus est ad Mariam: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominum. Ita hic angelus mulieres quoque consolatus est, iussitq; nihil metuere. quasi dicere uellet: Paueant illi qui non amant aduĕtum supernorum ciuium, pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem quum piæ sitis, quum Christum ametis, ut quid expauescitis? Sic principio, inquit Theophylactus, eas à metu liberat, deinde bonum illud de resurrectione nũcium adfert. Vide autem quàm prudenter, integre & proprie angelus mulieribus loquens, paucis adeo uerbis, plurima complectitur. Primum omnium eis animum, adfectumq; bonum parit, dum dicit, Nolite expauescere. deinde obsequium illarum erga Christum commemorat, inquiens: Quia Iesum quęritis. & ne hic quoque aliquis maneret scrupus, addit, Nazarenum. neq; crucem domini sui reformidans, citra pudorem sub-

Lucę. 1

Gregor⁹.

Theoph. Pulcherrima huius contextus explicatio

dit, crucifixũ. iam enim glorificata crux fuerat, iam mor
te CHRISTI erat cohonestata, in qua ille salutem totius
generis humani opatus erat, quẽ ad modum Paulus quo-
que pacificata per Christum esse omnia scribit in cælo &
super terram in sanguine illi⁹. Sed ne inquisitio uestra sit
fiatq; fruſtra, en nũcium quod uobis nouum adfero &
lætum. Surrexit ille, id ut adeo uobis probem manife-
ste, ecce non est hic. in eius rei fidem & argumentum,
ipsæ quoque uenite & uidere locum, in quo positus ille à
Ioſepho & Nicodemo fuit. Et sicut illius nunciꝰ ego uo-
bis angelus & apostolus aduenio, denuncians uobis glo
riosam CHRISTI resurrectionem: ita uicissim uos abi-
te, & nunciæ atque adeo apostolæ estote Petro & fratri-
bus cæteris. Et in signum illius certum, ecce præce-
det uos in Galilæam. gaudete itaque, quia ibi eum adhuc
corporaliter etiam uidebitis. Omnia autem hæc ne dif-
feratis credere, quoniam & ipse prædixit uobis. Tu hic
mihi considera, quàm lætum, quamq; festiuum & alacre
sit illud nuncium angelorum, qui deum immortalem,
perturbata mulierum pectora, animosq; tristes, quanto,
quamq; subito & inspe rato gaudio, responso isto unico
perfuderunt: ut sic qui iam è monumento suo resurrexe
rat dominus, in illaꝝ etiam cordibus resurgeret. Nolite
expauescere, inquit angelus, quia mœrore uos confectas
uideo. nolite perturbari amplius, quia quem amissum pu
tabatis, quem quærebatis, ille iam à uobis inuentus est,
ait Hieronymus. Ecce autem quantũ & quot parasangis
distat iuquisitio uestra ab inuento. Quæritis enim cruci-
fixum, & illum desideratis ungere. Non eget ille iam
unctione uestra. surrexit etenim, & uiuit iam potenter
ac prævalide. multum uos de illo doluistis, parantes un-
guenta. quinimo iam gaudete, quoniam resurrexit ille.
Impleta nũc est propheria Dauidis, Ad uesperum de-
morabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Surrexit iam,
non est hic. Ac si aperte dicat: Quid quæritis uiuentem
cum mortuis? Promisit enim illi deus corporis sui con-
seruationem, & ab omni putredine immunitatem, sicut
in persona eius Dauid dixit ad dominum: Non dabis
sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi

ponderetu literam in alijs etiam simulter.

Hieron.

Psalm. 29

Psalm. 15

feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cũ uultu tuo.

3. ¶ Cum iam reſurrectionem CHRISTI mulieribus denunciaſſet angelus, & radicem illam crucis amarã euanuiſſe, florem uero uitæ cum fructibus erupiſſe prædixiſſet, ut inquit Hieronymus, iamq; cõſtaret, quia hic nõ eẽt per præſentiam corporis, qui tamen nuſquam deerat p præſentiam maieſtatis, deinceps ille mulieribus quædã tanti miraculi præbet argumenta. Nam & locum cõmonſtrat, quo à Ioſepho & Nicodemo poſitus erat, ibi præter faſcias & ſudarium nihil cõparebat. & idẽ quod uiderint denunciare iubet diſcipulis CHRISTI & Petro, quos ille præceſſurus ſit in Galilæam. Mulieribus, inquit Hieronymus, dicitur ut adnuncient apoſtolis: quia per mulierẽ mors adnunciata eſt, per mulieres uita reſurgens.

Hieron. Beda. Pulchre. Hieron.

¶ Sed hic iam muſſitantem quendam audio, ſecumq; tacito obmurmurantem: Cur tandem præ cæteris apoſtolis ſolum hic cõmemorat Petrum euangeliſta? huic non ego, ſed ſanctus reſpõdebit Gregorius, ſic dicens: Quia ſi hunc angelus nominatim nõ exprimeret, qui magiſtrum negauerat, uenire inter diſcipulos nõ auderet. Quis eñ dubiter Petrum iam nunc ſeipſum etiam indignum apoſtolatu reputaſſe, qui ꝓprium abnegauerat magiſtrum? Et tamen hic nos docet angelus, atq; per angelum Chriſtus, magnum quoddam & pctõribus omnibus qui priſtinæ uitæ pœnitentia ducuntur, obſeruandum myſterium, quod uno uerbo cõplexus eſt Hieronymus, quũ ait: Pcta, pcta inquam nõ nocent, quando nõ placent. Addit igitur angelus, & Petro: quoniam hic aliâs mulieribus non credidiſſet, dixiſſet potius, Equidem iam illius nõ ſum diſcipulus, quem etiam negaui. Quapropter omnis illa pcti ſui abſolutio, totiusq; negationis remiſſio quid putas fuit aliud, quàm ſi angelus mulierib⁹ dixiſſet iſtud, quod Paulus ad Corinthios: Obſecro, inquit, uos, ut confirmetis illum in charitate ne forte abundãtiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.

Hieron. 2. Corin 2

¶ Nõ deſunt qui aliam adhuc reddant eius rei rationẽ, quod addidit angelus, & Petro: hanc ſcilicet, qa per hoc inſinuare uoluerit Petrum cæteris apoſtolis excellentiorem dignioremq; eſſe, dum eum ab illis ſeparauit. Sic

Theophylactus dicit: Petrum ab alijs discipulis, ut præcipuum segregat angelus, ac ob excellentiam nominat præ alijs, sicut statim deinceps illũ cõmunem uniuersæ ecclesiæ præfecit pastorem. Audis Luthere? Theoph.

4. ¶ Denunciauit itaq; angelus per mulieres discipulis Christi & Petro, qa præcessurus eos sit ille in Galileã. Quo uerbo qd sibi uoluerit angelus, quærunt hic doctores. Marcus enim trinam etiam Christi referens apparitionem, idipsum nõ commemorat. Ad hæc hodierno die discipulis decem apparuit quidem, sed nõ in Galilæa, uerũ in Ierusalem. tantum autem hæc ab illa distabat, autore Augustino, ut non potuerant discipuli unius diei itinere à Galilæa uenire Hierosolymam. Neq; uero dici potest, dominum in spatio octidui cuiquam apparuisse in Galilæa, eo quòd octauo deniq; ab hinc die apparuit Thomæ, qui tũc in Ierusalem erat cum cæteris fratribus. Quid quòd apparitio ista aliquanto tempore post facta nõ est? siquidem Iohannes refert Christum tertio apparuisse discipulis suis ad mare Tiberiadis: ubi tamen nõ omnes, sed tantum septem adfuere discipuli, inter quos adhuc Nathanael quoq; fuit, & ipse non apostolus, si modo nõ alij adfuerint inter septem istos extra gregem apostolorum. Quid igitur sibi uult quod de Galilæa prænunciat angelus? qui si de Ierusalem (ubi nõ semel suis apparuit Christus) dixisset, nõne lætius hoc eis fuisset? Marc. 16 Aug. li. 3 de conse. euã. c. vlt. Galilea. Johan. 21

¶ Iam igitur ad hæc omnia respõsionem meditemur, & adferamus, si tamen prius uerbum illud Hieronymi super hoc attendendum uobis ꝓposuerimus, Quia breuis hæc sententia est in syllabis, sed ingens in quantitate ꝓmissionis. Siquidem hic Augustinus cõmemorat illud ad literam quoque esse impletum, sicut clare testatur Matthæus, qui non reticuit apostolos undecim abijsse in Galilæam super montem quò ire iusserat eos dominus. Id licet diu post resurrectionem factum sit, quid tamen hoc interest, modo de facto cõstet? eo maxime, quòd angelus etiam locum tm̃, non tempus eis designauit, nec numerũ apparitionis illius præscripsit, nihil addens primó ne, an tertio, aut quarto, futura esset. Tantum Galilæam nominauit angelus, & in ea apparituru illis Christũ prædixit. Hieron. Augustin.

Quod & factum est, sicut Matthæi testatur euangelium. Quod si quæris, cur Galilææ tantum meminerit angelus, & illius quæ in ea facta est apparitionis, cæteras oēs tacuit, quæ & citius illa & propinquius acciderūt, ad hoc quoque respōdeo & dico, colligi id facile posse, quia Christus antea discipulis suis septies apparuit iuxtam certam historicæ euangelicæ fidem, antequam uideretur ab illis in Galilæa, sicut eis hic promiserat angelus. Eius autem ratio reddi potest, quoniam septem illæ apparitiones factę sunt ad fortius cōfirmandā resurrectiōis illius fidē, ut

Actuū.1 testatur Lucas, cum ait: Præbuit ille seipsum uiuum post passionem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Sed quando in Galilæa apparuit illis, iuxta promissum angeli, potestatem dedit eis & promissionem diffundendæ per uniuersum terrarum orbem fidei euangelicæ: sicq; fore, ut & religio sancta dei per apostolos toto mūdo diffunderetur, & ille suam ecclesiam nunquam relinqueret. Potestatē etiam tunc eis contulit prædicandi, baptizandi, administrandi, & singula quæ ab ipso accepissent mandata manu tenendi, quemadmodum promiserat se cum illis man

Matth.28 surum usque ad consummationem seculi.

Augu. vbi supra. Hicodreno Hebraice.

¶ Beatus Augustinus tandem aliam adhuc dat responsionem, dicens: Quia uox ista sit non euangelistæ narrātis, quòd ita factum sit, sed euangelistæ aut narrantis, quòd ita ab angelo & à domino dictum sit, prophetice dictum accipiendum est: quoniam Galilæa Hebræis transmigrationem significat, qua è loco in locum commigratur. Sicq; illud quod angelus dixit, Præcedet uos in Galilæā, designabat fore, ut gratia Christi ex populo Israel aliquando commigraret & transiret ad gentes. A gentibus autem doctrina apostolorum nec susceptа esset, nec credita, nisi prius Christus illos præcessisset in cordibus eorum: atque ideo sequitur, ibi eum uidebitis. Viderunt enim utique dominum in cordibus infidelium, adeo ut obstupuerint inde, sicut de Petro legitur & Iudæis: quoniam CHRISTVM inter gentes inuenturi essent, iuxta

Actuū.10 & 11. Isaiæ.9 uaticinium Isaiæ, quod sic habet: Trans Iordanem Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris, uidit

lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Quæ etiam causa est, quur in Galilæa prædicare cœpit dominus, quum audisset in uinculis detineri Iohannem. Eodem pertinet, quòd etiam prædicandi munus in Galilæa tradidit discipulis, ut sic conuenirent ultima primis. Præterea Galilæa reuelatio exponi solet & dici, tuncque intellectus ille sic sibi constat, quòd CHRISTVS præcessurus eos fuerat in Galilæa, hoc est, in diuinæ maiestatis suæ reuelatione, non secundum humanitatem, sicut in eo cicatrices uulnerum uiderunt & palpârunt, sed secundum diuinitatem. Et merito id quidem, quia iuxta naturam diuinam CHRISTVS lux summa est, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, lux uera quæ lucet etiam in Cimmeriis tenebris: & eò nos præcessit ille, qui tamen nos nunquam dereliquit. fiet autem reuelatio ista diuinitatis suæ, tunc quum iam similes illi facti fuerimus, ipsumq; uidebimus sicuti est. Hæc illa nimirum præcessio spiritalis est, qua Christum uisuri sumus in Galilæa, uera scilicet sui reuelatione, quomodo non uidebunt illum impij & peccatores. auferetur enim impius, ne uideat claritatem domini, sicq; impij non uidebunt lumen,

Matth. 4

Augustin.

Iohan. 1

1. Iohan. 3

¶ Prior tamen intellectus, literæ & contextui huic nõ paulo similior est, quòd angelus dixerit mulieribus, præcessurum dominum discipulos suos in Galilæã, ita ut factum est deinceps: quia illi eum uiderunt in monte, sicut prædixerat eis, & hic per angelum, & alibi apud Iohannem: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Hæc illa CHRISTI uerba etiamnum oportebat impleri: quia certo dictum est ab ipso, Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Nos iam suppliciter dominum deprecemur, quatenus ille nos quoque præcedat in Galilæam, quando commigraturi iam sumus ex hoc mũdo, ut sic nos etiam tunc læti uideamus dominum Iesum Christum in æterna patria. Id adeo nobis concedere dignetur deus æternus & omnipotẽs, in secula benedictus, Amen.

Iohan. 16

Matth. 5

HOMILIA TERTIA IN DIE *sancto paschæ.*

NEmini utiq; Christiano dubium est, omnia hodie sic accidisse, ut euangelica narrat historia. Ve
Gregorius. runtamen res illa gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est, ut audiamus quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiam quæ
Gregorius. nobis sint ex eorum imitatione facienda. Quòd ergo emerunt mulieres aromata, cum'q; illis uenerunt ungere Christum, hoc suo exemplo nos etiam docuerunt, ut in eum qui mortuus est credentes, & odore uirtutum referti, sic cum opinione bonorum operum dominũ quærentes, eodem modo ad monumentum illius cum orationibus ueniamus. Omnino autem mulieres has tres tibi persuade esse cuiuslibet boni Christiani animam, quæ ad Christi sepulchrum properans, triplicia secum ferat aromata siue unguenta sanctarum uirtutum, bonorum ope
Thren. 3 rum & piarum orationum: sic'q; summo mane ueniat ad monumentum illius, uixdum orto sole. Mane surgendũ est, mane ueniendum, in ipsa statim iuuentute, quando bonum est homini portare iugum domini ab adolescen
Beda. tia sua, & tamen ut iam tũc sol ortus sit: quoniam in hoc nobis datur exemplum, illuminata facie, decussis'q; uitio
Psalm. 36 rum tenebris, odorem bonorum operum domino & orationum suauitatem offerre, secũdum quod Dauid iubet: Declina à malo, & fac bonum. Plane enim prius discuti oportet & euanescere tenebras pctõrum, ꝙ illucescat sol iustitiæ in operibus bonis.

Beda. ¶Sepulchrum in quo recumbit dominus, ipsa sancta est scriptura. huic aduolutus est lapis insigniter magnus,
Exo. 24 puta uelamen intellectus legis ueteris secundum literã, quoniam & lex illa tabulis lapideis inscripta fuit. Sic in ueteri etiam testamento lapis ad monumentum Christi positus erat, quia sacramenta Christi abscõdita fuerunt, Iudæos'q; omnes latuerunt. lapidem hunc in hodiernum diem usq; seruant Iudæi, neq; reuoluunt à sepulchro do
2. Corin. 3. mini, dum nequeunt intelligere Christi sacramenta, sub legali ueteris testamenti cortice latentia: quod & Paulus

professus de eis est, dicens: Vsq; in hodiernum diem, cum legitur Moyses, uelamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad dominum, auferetur uelamen. lapis iste quoque à monumento reuolutus nondũ erat duob⁹ illis discipulis, cũ irẽt in Emaus, tantisper dũ aduenies Christus ipse, manus admoueret lapidi huic, inciperet q; à Moyse & prophetis eis explicare scripturas omnes, quæ de se erant. Nunc uero in hunc usque diem lapis iste reuolutus ẽ à sepulchro dominico, quoniam gloria resurrectionis Christi potẽter est manifestata, & per eam pristina mors profligata, uita q; nobis promissa sempiterna: & plane uer̃ est illud Pauli, qa si Christus resurrexit, & nos utiq; resurrecturi sumus. Luce.24. 1. Cor.15

¶ Secundo. Veniunt ad monumentum mulieres, uident reuolutum ab ostio lapidem, ingrediũtur & uident angelum sedentem ibi in albis &c.

¶ Quorsum hæc, inquies? Horsum scilicet, quia animæ sanctæ etiam ingrediuntur in monumentum, se q; consepeliunt Christo, morrificantes quicquid in ipsis est cõcupiscentiæ pravæ, & omnino commortuæ Christo ut Paulus inqt: Mortui estis, & uita uestra ẽ abscõdita cũ Christo in deo. Mortificate ergo mẽbra uestra quæ sunt s. super terram: quia quisquis sic cum Christo unà sepelitur, cum eodem etiã lætus resurget. Sic enim Paulus: Cum Christus, inquit, apparuerit uita uestra, & uos parebitis cum ipso in gloria. Coloss.3

¶ Et q angelum uiderunt, eò pertinet, q homines pij ferentes secum odorem suauitatis & aromata uirtutum, unguenta bonorum operum & sanctæ orationis, intuentur ciues cælor̃, dũ meditãtur & cõcupiscũt in atria dñi. Bernard.

Non absurdum est quod hic Bernardus infert: Sicut angeli in ipso Christi sepulchro etiã post illius resurrectionem uisi sunt, sic iam quoque adsunt quotidie altaribus Christianorum, dum eucharistia cõficitur. Verum quod ad dexteram sedere uisus est angelus, & ipsum mysterio non caret. Quid enim per sinistram, nisi uita præsens, & per dexteram quid aliud, quàm uita perpetua designatur? Quia ergo redemptor noster iam corruptionem carnis superauerat, & uitæ huius euicerat transitum, merito Gregor⁹.

in monumento suo angelus apparuit à dextris, qui nunciare uenerat uitam illius sempiternam: poteratq; sic mulieribus dicere, quod Paulus Romanis: Resurrexit à mortuis Christus, neque iam amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur. quod enim uiuit, uiuit deo. Et conuenientem esse hunc de dextra sensum, ipsa etiam Christi spõsa nos docet, cum ait: Sinistra illius sub capite meo, & dextra eius amplexabit me. Sinistra nanq; dei ecclesia, prosperitatem uidelicet præsentis uitæ, quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit.

Roma.6

Cant.2
Beda.

¶ In hoc etiam angelus stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit, festum adnunciauit nostrum simul & angelorum: nostrum quidem, eo quòd nos illo ad uitam reducti sumus immortalem: angelorum uero, quoniam reuocatis iam hominibus ad cælum, impletæ sunt ruinæ angelorum, quorum pars tertia cum Lucifero corruerat.

Gregori⁹

Psal.109
Apo.12

3. ¶ Dixit autem angelus mulieribus, Nolite expauescere. Matthæus ait, aspectum angeli fuisse instar fulguris. Marcus addit ipsum sedisse hic amictum albis. In fulgure terror timoris est, in niue blandimentum candoris. Hinc patet, CHRISTVM horribilem quidem esse peccatoribus, sed bonis placabilem & mitem, quando etiam angelus qui Christi adnunciauit resurrectionem, gemina specie uisus est.

Beda.

Gregori⁹.

Exodi.13

¶ Eodem pertinet, quòd deus populum Israel præcesserit in deserto, noctu quidem in specie columnę igneæ, interdiu autem nubis candidæ. Noctu exarsit ignis, ignis q terret homines. Nox enim uitam significat malorum, nubes autem impedimentum & obstaculum designat uisionis, & dies uitam bonorum. Sic ergo consolari solent angeli homines pios, & iubere ne quid expauescant, sicut angelus dixit Mariæ, Zachariæ & Gedeoni: Pax tecũ, ne timeas, non morieris. & Danieli, Noli timere uir desiderioꝝ, pax tibi, confortare & esto robustus.

Luce.1
Judic.6
Daniel.10

¶ Præterea ait angelus ad mulieres: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Proh deũm atque hominum fidem, quàm multi quærunt illum Iesum Nazarenũ, hoc est, floridum, quàm diu fortunatè ipsis omnia succedunt, nec

aliqua exercentur tempestatis procella? tunc enim satis quidem quærunt Nazarenum, sed non illum crucifixum: qui tot persequutiones sustinuit, cum sane nō quærunt: sed statim adflante aliqua uel minimæ tentationis & tribulationis aura, deficiunt, & non persœuerant. Vsque adeo delicatuli martyres, ut nil magis habeant in uotis, quàm hic in mundo lætantes & gaudiosos, se tandem quoque regnare cum Christo, non attendentes fieri id nullo modo posse: quia iuxta Paulinum illud, per multas tribulationes ingrediundum est in regnum cælorum. Atque ideo Christus se sequi uolentes, non delicate uiuere & genio iussit indulgere, sed crucem tollere, & sic ipsum sequi. Hoc enim illud est, quod hic angelus dixit mulieribus: IESVM quæritis Nazarenum, crucifixum. Surrexit, inquit angelus, non est hic. Venite & uidete locum, ubi posuerunt eum. Referri hoc commode potest ad religiosos, qui monasteria incolunt. Est enim cœnobium locus, in quo à sanctis patribus repositus est dominus, cum disciplina morum & sanctimonia uitæ. Nunc uero, cum refrixerit charitas multorum, tam in cœnobijs quàm in mundo, surrexit inde CHRISTVS, neque amplius est ille. Adsunt quidem ibi adhuc fasciæ & sudaria, quibus inuolutus fuerat. Inuenias etiam nunc in cœnobijs uirgas, habitus, flagella, funes, coronas, & id genus alia quædam. non deest in illis fucus exterior, uideas in multis hypocrisin magnam & speciem tantum pietatis: uerum non est ibi IESVS, nec aliqua in cordibus eorum charitas uera, nec sancta ordinis disciplina. De malis loquor, bonos (cuiusmodi adhuc utique supersunt non pauci) inculpatos uolo. Quamuis neochristianorum monachi & moniales non CHRISTVM tantum, sed & fascias & sudaria, & ipsum quoque iam amiserunt dominicum sepulchrum: dum monasteria dereliquerunt, in quibus pie & sancte uiuere debebant, seruientes deo, illique soli uiuentes, & omnino mortui mundo: abiecerunt insuper pannos, habitum ordinis sui, cucullam & coronam capitis. Iamque uiuunt in omni peruersitate, & cœno uitiorum prouoluuntur impudentes & perfrictæ frontis, iuxta illud Ieremiæ: Frons mulieris mere-

Matth. 13

Actuū. 14

Luce. 9

Aduersus monachos malos.

Apostatæ.

Jerem. 3.

tricis facta est tibi, & noluisti erubescere. O miserandum genus hominum, profugos monachos, periuros monachos, apostatas & uotifragas nonnas. O uitam, quam uiuunt, extremis deplorandum gemitibus & suspiriis. Sed hæc aliâs.

4. ¶ Neque iis uerbis contentus angelus, insuper illas ablegat: Ite, inquiens, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis. Galilæa, commigrationem sonat, & è loco uno transitum in alium. Vult itaque dominus noster IESVS CHRISTVS præcedere nos in Galilæam, quum iam ipse transmigrârit ab hac uita per supplicium crucis ad gloriam resurrectionis, à cruce in limbum, & rursus ad sepulchrum, à morte ad uitam, à pœna ad gloriam. Et recte Iesus à discipulis suis uidetur in Galilæa: quia & nos resurrectionis illius gloriam post læti uidebimus, si modo à uitiis ad uirtutum celsitudinem transmigremus. Gregorius.

¶ Ita nos quoque docemur hodierna die uitam esse geminam, mortalem hanc & caducam quis est nostrum qui non cognoscat? illam uero immortalem quotusquisque est qui intelligat? CHRISTVS autem qui mediator dei est & hominum, illam subiit & suscepit, neque passiones eius exhorruit: hanc uero resurrectione sua nobis commonstrauit, qui si istam carnis resurrectionem promisisset tantum, neque etiam ipso facto declarasset, non credidissemus ei. Sic autem humiliatus ille ultro mori uoluit, & potenter de morte triumphans, resurrexit. Atque licet solus mortuus sit, solus tamen non surrexit, sed multa insuper corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt cum illo. Et nos igitur sedulo dominum oremus, ut ipsi quoque cum eo resurgamus, & in perpetuum cum ipso uiuamus in cælestibus, Amen. 1. Tim. 2

Plures homilias de sanctimonia et excellentia huius festiuitatis, et gestis diei illius, inuenies parte tertia de festiuitatibus et sanctis.

HOMILIA QVARTA IN

die sancto Paschæ, de resurrectione nostra futura in die nouissimo.

Si credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. 1. Thes. 4

ETsi dies ille solennis omnibus aliis totius anni festiuitatibus longe eminentior est, eo quòd hodierno die dominus Iesus Christus potenter & prævalide triumphauit de diabolo & morte, animaq; adeo illius benedicta ardentissimo quodam desiderio, sicut ante à corpore sanctissimo discesserat in cruce, ita nunc uicissim unita est illi uinculo indissolubili: quoniam qui semel mortuus est, denuóque de morte triumphans surrexit, illi ultra mors nunquam dominabitur. magna enim & immensa huius diei dignitas est, quæ & figuram gerit diei illius sempiternæ semperq; duraturæ, quamobrem festiuitas nostra à sabbato Iudæorum in diem dominicum translata est. tamen uel eo dignius nobis dies iste est celebrandus, maiorique honore colendus, quòd per illam CHRISTI resurrectionem securitas nobis facta est resurrectionis nostræ. Et quamuis fidei nostræ catholicæ articuli plures sint, magni utique & sublimes, cuiusmodi iste est de unitate essentiæ diuinæ, item trinitate personarum, nullus tamen ex omnibus est ad nos pertinentibus, qui tam arduus sit ut iste de resurrectione carnis, quam firmiter in fide nostra profitemur. Nam si ipsi nostram non crederemus resurrectionem esse futuram, sicut omnes penè ethnici non crediderunt, & hæretici Iudæorum Saducæi, atque nonnulli Christiani in Corintho, Vana esset, ut inquit Paulus, omnis fides nostra. Arq; adeo si non resurgũt mortui, ut quid periclitamur omni hora? Si secundum hominem ad bestias pugnaui

Roma. 6

Matth. 22

1. Corin. 15

Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Ita nos quoque dicere poſſumus: Quorſum aſſiduæ noſtræ uigiliæ, quorſum preces pertinebunt, eleemoſynæ & omnia opera bona quid nobis proderunt, ſi non ex morte noſtra reſurgemus? Quin potius edimus, ludimus, potamus? cras enim moriemur. Imò ſi Chriſtus reſurrexit autor noſtræ reſurrectionis, operemur bonum, laboremus diligenter & cum fiducia: quia cũ Chriſto reſurgem⁹ & nos, modo ſic uiuamus, ut tandẽ nos quoq; dormientes deus per Ieſum ad ſe adducat, ſicut a principio ex Pau
1. Theſ. 4. lo dicere cœpimus: Quoniam ſi Chriſtum credimus mortuum & reſurrexiſſe &c.

Aue Maria.

Salue feſta dies, toto uenerabilis æuo.

¶ Breuiter nos iam per hanc homiliam dicere pergamus primum, quomodo Chriſtus per ſuam glorioſam reſurrectionem autor nobis ſit reſurrectionis noſtræ: deinde pauca, quantum licebit per gratiam omnipotẽtis dei, de reſurrectione noſtra.

¶ Principio reſurrectionem Chriſti hodie factam, cauſam eſſe reſurrectionis noſtræ, fundamentum ſane firmum adſero eſſe fidei noſtræ. Id adeo luce clarius ex uer
1. Cor. 15 bis Pauli liquet, quum ait: Si mortui non reſurgunt, neque CHRISTVS reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides ueſtra. Iam itaque quum reſurrexerit à morte Chriſtus, primitiæ dormientium, conſtat quia ſicut ex uno homine (Adam) prouenit peccatum, ita per unum hominem Chriſtum eſt reſurrectio mortuorum. Vnde patet, reſurrectionem CHRISTI noſtræ reſurrectionis eſſe cauſam.
Pſalm. 29. Quod & Gloſſa quædam reſtatur ſuper illud Pſalmi: Ad ueſperam demorabitur fletus, dicens reſurrectionẽ Chriſti in cauſa eſſe, quòd & nos reſurgimus, hic quidem in anima, tunc autem etiam cum corpore. quamuis enim illa quoque futura in nouiſſimo die reſurrectio uirtute fiet diuina, ea tamen uirtus etiam uoci Chriſti communicabi

tur, iuxta illud: Mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. quoniam sic implebitur prophetia Dauidis, dicentis: Dabit uoci suæ uocem uirtutis. Sic dicit Gloſſa quædam ſuper epiſtolam ad Hebræos, Niſi quis credat reſurrectionem illam CHRISTI operari hanc noſtram, nullum habet fundamentum cui ſuperædificet. Quia ergo deus pater omne iudicium dedit filio, & filius uoce ſua ſuſcitabit mortuos: neceſſario ſequit, Chriſtum ſua reſurrectione nobis quoque reſurrectionis noſtræ eſſe autorem. Johan. 5. Pſalm. 67 Heb. 6

2. ¶ Præterea hodiernam illam Chriſti reſurrectionem noſtræ reſurrectionis cauſam eſſe, probatur ex effectu coniũcto: quoniam teſtante Matthæo, ſepulchra mortuorum aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant, reſurrexerunt, & è monumentis exierunt poſt Chriſti reſurrectionem, atq; in ciuitate ſancta apparuerunt multis. Quare manifeſte uirtutis ſuæ potentiam declarauit Chriſtus, nosq; ſimul admonere uoluit, quatenus ex rebus præteritis moueamur pſuadeamurq; ea quæ futura ſunt, credere facilius: & omnino certum habere, quòd ſicut ille tunc reſuſcitauit mortuos quoſdam, ita tempore iudicij nouiſſimi reſuſcitaturus ſit omnes defunctos. Nanque id ſane, licet aliquanto ſerius fiet, fiet tamẽ certo eo ipſo die, quem & extremum nos dicimus, & in hoc iam olim diuina deſtinauit ꝓuidentia, ſecundum illud quod Iob dixit, Non euigilabit homo donec atteraꝰ cælum. An autem ſancti nonnulli iam ante nouiſſimum diem reſurrexerint, præter eos qui hodie cum Chriſto ſurrexerunt patres, non noſtri eſt inſtituti iam ꝓſequi. Matth. 27

¶ Pulchrum eſt quod hic doctores docẽt, planeq; ad oculum ſubijciunt, quomodo reſurrectio Chriſti noſtræ reſurrectionis ſit cauſa. Duplex enim ſuſtentatio, detentio ſiue conſeruatio eſt, animaꝝ quidem in limbo, corporꝫ uero in ipſa terra: in qua ex quibus natum compactumq; erat puluueribus, in eoſdem diſſoluit. id utrunque ex peccato Adæ contractum eſt. CHRISTVS itaque ut animas patrum eriperet, deſcendit in limbum: ut corpora in terris detenta ab hoc uinculo diſſolueret, ipſe tertia die reſurrexit à mortuis. Quod ſi dicis, Chriſtus paſſione ſua reſur-

rectionem nostram promeruit nobis, quid igitur resurrectio illius facit ad nostram hanc? Respondeo uerum esse quidem, quòd passione sua Christus omne bonum promeruit, sicut Paulus dicit nos, quum inimici essemus, reconciliatos esse deo per mortem filij sui. quamuis itaque Christus per passionem suam resurrectionem nobis nostram promeruit, tamen & nostram resurrectionem per suam operatur, sicut ibidem Glossa dicit: Saluati sumus p passionem ab ira, & reconciliati patri, nondum tamen restituti per effectum felicitati. Sicut ergo in Adam omnes mortui sunt, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Reliqua ad resurrectionem Christi pertinentia uide in sermonibus de festo. Nos iam rursus accingimur de uniuersali hominum resurrectione plura dicturi.

Roma. 5

Glossa.

3. ¶Credendum firmiter est omnibus Christianis, singulos homines resurrecturos, idq; omnipotenti uirtute dei. Qui sane fidei nostræ articulus nō minimus est, ab ipso Iuda Thadæo cōstitutus, & in uniuersa scriptura fortissime fundatus. Isaias nanq; dicit, Mortui resurgent, & qui sunt in monumentis, resurgent, idq; secundum Septuaginta. nos enim sic legimus, Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Paulus quoque, Ecce, inqt, mysterium dico, omnes nos resurgemus, sed nō omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Et iterum, Nolo uos ignorare de dormientibus, ut nō cōrristemini sicut gentes quæ spem nō habent. Si em credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Et infra, Etiam dominus ipse in iussu & uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo: & mortui q sunt in Christo, resurgēt primi, deinde & nos. Idem hoc tot retro seculis firmiter credidit unicum illud patientiæ exemplar Iob, adeo ut dicerer, Scio quia redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, rursusq; circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo dominum meum, quem uisurus sum ego ipse & non alius, & oculi mei conspecturi sunt & non alius. reposita est hæc spes in sinu meo. Credidit idipsum iam olim etiam Martha, quæ loquens ad CHRISTVM de Lazaro suo, Scio, inquit, quia resurget

Isaiæ. 26

1. Cori. 15

1. Thes. 4

Iob. 19

Iohan. 11

in nouissimo die. Christus quoq; uenturam prædixit horam, qua omnes qui fuerint tunc in monumentis, audient uocem filij dei. Profecto autem nisi id ita esset, plerique hominum qui uix hoc modo parientiam seruant, qua sunt iniquitate, penè ad insaniam usq; indigne ferrẽt, tam inique multa cõparata esse in terris, adeo multa multis impune licere: quæ tamen aliquando singula puniantur oportet, aliâs clamarent illud propheticum: Vbi est deus iudicij? Constat igitur & satis manifeste patet, omnes homines resurrecturos corpore & anima in nouissimo die, præter eos qui antea miraculose resurrexerunt. Johan. 5 Malac. 2

4. ¶ Quamuis difficile creditu & semper fuerit & sit etiam nunc multis, quomodo in eodẽ plane quo mortuus est corpore, resurrecturus sit homo, tamẽ id sane fide nostra docemur esse uerissimum, quæ nobis subinde ingerit illud angeli: Nõ est impossibile apud deum omne uerbũ. Omnino enim credere hic debemus ipsi Iob, proprie adeo ossa sua, carnem quoq; & pellem commemoranti. Magnum est, nobisq; adeo diligẽter attendendum, q̃ Christi promi sit capillum quoq; non periturũ de capite nostro. Vnde sequitur non satis sibi constare sententiam eorum, qui purârunt materiam quidẽ corporis redituram, sed non in eadem membra in quibus antea fuerunt. Sic Augustinus, quemadmodum, inquit, statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liqueſceret, aut cõtereretur in puluerẽ, aut confunderetur in massam, & eam quis uellet rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ, cui membro statuę redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumerer. Verum tamen hæc ipsa Augustini similitudo non adeo urget me, ut dissuaderi possim, quin credã ex superioribus sacręscripturæ locis illud, q̃d eo maius & excellentius est, quod etiam possit id q̃d minus. At deus per suam omnipotentiam cadauer hominis uel ex quatuor uentis seu partibus terræ congregare põt: an ne singulas materiæ partes singulis partibus corporis (quo quę libet loco prius fuerint) adcommodare nõ poterit? Luc. 1 Luc. 21 Augu. in Enchirid. c. 89. & 11. 22. de ciuitate dei c. 19.

¶ Non est tamen q̃ putes omnem illam humani corporis carnem, quæ in illo per totum uitæ decursum fuerit,

resurrecturã: qm̃ hoc mõ gigantes resurgerẽt omnes homines. Vesq; calor ille naturalis nõ cessat uelad momẽtũ, quin aliquid absumat de uiuente: cui tamen qcquid sic deperit, cõtinuis alimẽtis id rursus restauraẽ. nanq; assiduo ex cibo & potu sanguis nouus nouaq; caro adnasciẽ & adgeneraẽ. Redibit igiẽ in resurrectiõe omnis illa caro quæ ex ipso matris utero sumpta est, quæq; deinceps ex cibo & potu adcreuit ad iustam magnitudinẽ & proportionẽ consequendam. Hinc quicquid supereſt, uel restaurando deperdito à natura deputatum, non est quod simul cũ reliquo corpore resurgat totum. Quorsum enim faceret, ut quis in capite suo etiam resectos sibi per omnẽ uitam capillos iterum secum adferret resurgens? Aut non turpe foret aliquem sic pilosum incedere instar arboris, quę late patentibus tum ramis tum foliis, in omnes partes diffunditur? Sequitur hinc, costam Adæ, unde Eua producta est, non in Adamo, sed in Eua resurrecturam, eo quod costa illa in Adam superflua fuit, quo ad individuum quidẽ, ut in scholis loquimur, sed non quantum ad speciem. Etsi in Adam etiam non abundasset, tamen quia latus illius deus impleuit carne, caro iam illa loco costæ in corpore Adæ resurget.

¶ Quid autem, si homines duo ex eadem materia corpus habuissent? cuiusmodi est quod de antropophagis passim fertur. Et quid si sint homines, qui solis uescantur carnibus humanis? quomodo hic illa constabit resurrectio? aut in utro resurget caro comesa? in uorante ne, an deuorato?

¶ Hic sane sunt qui putent nunquam omnino futurũ, ut homines duo carnem habeant eandem, pertinentẽ ad
Augu. lib. 22. de ciui. dei, ca. 20. 4. Reg. 6. suæ substantiæ ueritatem, eo quo iam nos diximus modo. Quod si tamen, inquit Augustinus, quispiam confectꝰ fame atq; compulsus uescatur cadaueribus hominũ, quod malum aliquoties accidisse & uetus restatur historia, & nostrorum temporũ infelicia experimenta docuerunt: tunc caro etiã illa comesa in eius corpore resurget, qui ipam habuit prius, non qui per alimentum in sui corporis substantiam conuertit. Et si caro illa per omnia sic deperiſſet, ut nusquam aliqua ipsius materia supereſſet, tamẽ de

us, qua est omnipotentia, undecunq; uellet, eandem restauraret, sicut costæ locum in Adam carnibus suppleuit. Designauit id ipsum aperta uisione Iezechiel propheta, etiam contra Augustinum, clare ostendens singula membra suam materiam habitura. uidens enim in spiritu nostræ resurrectiõis formam, sic inquit: Accesserunt ossa ad ossa, unumquodq; ad iuncturam suam. In omnibus aũt ijs multa sibi præseruauit deus, quæ nos miselios latẽt, sicut pro sua tum sapientia, tum omnipotentia, omnia iudicaturus est. Gene. 2. Iezech. 37.

5. ¶ An autẽ singula in homine membra denuo surrectura sint, caput, intestina, uiscera, pulmo, epar, à nõnullis hic ambigi solet. Etsi autem, ut iamiã professi sumus, non omnia hic scire queamus, attamen quantũ ex sacris literis per spiritum sanctum nobis inspiratis, scire licet, omnia utiq; cum homine membra resurgẽt: quia sic Christus dixit capillum etiam de capite nullum periturũ. Et iterũ, numeratos esse capillos capitis nostri. Quod si igitur etiam capilli redibunt, quanto magis cætera membra in quibus plusquàm in capillis positũ est? hoc tamen modo, quem Augustinus etiam adnotauit, quia indecorũ aliquid non erit: sed quicquid futurũ est, hoc decebit. Tãtumq; erit in capite & barba pilorum, quantum formæ corporis erit decorum, testante idipsum Augustino. Sic Rasias uiscera sua utraq; manu proiecit in medium populum, protestatus & deprecatus dominatorem uitæ & spiritus, ut illa sibi restitueret. s. in resurrectione, sicq; sepultus est. Sic sanguis, inquit Ambrosius in quadã homilia de martyrib⁹, resurget in corpore, cæteriq; humores ad complexionem illius pertinentes: quoniam aliàs anima corpus inhabitare non posset, eo quòd sanguis quoque nonnihil habet corpulentum & animæ conducibile, sicut scriptum est: Sanguis eorum pro anima est. Quamobrem præcepit Iudæis deus, ne sanguine uescerentur. Et ille sane sensus est Glossæ super istud Pauli, Mortui resurgent incorrupti, inquit Glossa, sine omni defectu membrorum. Vbi quilibet Christianus pro sui intellectus modulo & capacitate, immensam illam considereret diuinæ maiestatis omnipotentiã, quæ potenter adeo mũ- Luce. 21. Matth. 10. Augu. in Enchirid. c. 90. Aug. de ciuitate li. 22. ca. 15. Ambros. Deut. 12. 1. Cori. 15. Glossa.

dum hunc uniuersum gubernat, pro suo beneplacito omnia disponens. Ipsi honor & gloria in secula seculorū. Amen.

HOMILIA QVINTA ET VLTIma in die sancto de nostra resurrectione.

1. Thes. 4 Si credimus, inquit Paulus, q̄ Iesus mortuus est & resurrexit, & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Ex hoc & consimilibus sacræ scripturæ locis manifeste patet, omnes homines resurrecturos. Et hic quidem circa nostram resurrectionem dubitationes nonnullæ supersunt, eas breuiter explicemus. Principio autem quæri solet, quanam ætate resurrecturus sit homo in die nouissimo. Respondeo & dico primo, nos non agere hic de ætate illa annorum, quæ minutis suppurat̄ à principio ex quo cœpit esse, sed ætatem hic accipimus bonam corporis dispositionem & ualetudinem. Et in hanc
Aug. li. 22. de ciuitate dei. ca. 15 sententiam respondet Augustinus homines resurrecturos in die nouissimo ea corporis firmitate & ætate, in q̄ Christus resurrexit: hoc est, ex communi doctorum consensu, ætate annorum triginta trium & mensium trium. Idq̄ adeo colligit̄ ex illo Pauli dicto, Occurremus omnes
Ephe. 4 in uirum perfectum, in mensurā ętatis plenitudinis Christi. Hinc colligunt doctores, omnes nos resurrecturos ad extremum ea corporum perfectione, qua uel fuerimus uel futuri eramus hoc ipso annorum numero, quo resurrexit Christ⁹. Quisquis igitur nimia sibi senecta confect⁹ uidetur, ne doleat, ne tristet̄. neq̄ enim sic uetulus & mucidus, sed uegetus resurget, qualis fuit in ipso ætatis flore circa annum trigesimum tertium. Sicq̄ tum in paradi
Psalm. 101 so implebitur illud Dauidis, Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Tunc iuuenili aspectu uidebuntur in cælo omnes. Tu ergo qui senio premeris, sępiusq̄ te annis quereris esse grauatum, optas pristinam iuuentutem, desine idipsum facere, teipsum torquere noli. Quinimo bene uiue in omni patientia & benignitate dei, atq̄ repuerasces in resurre-

ctione tua. Nec̃ aliter paruul⁹ qui à baptiſmo ſtatim moritur, reſurget in tali corporis ſui proceritate, ac ſi annũ attigiſſet trigeſimum tertium. Quod ſi quæris, unde corpus tantum tantillus ſibi ſumere poterit paruulus, ego uiciſſim ex te quæro, tuc̃ adeo mihi reſponde, unde factum ſit, q̃ Chriſtus quinque millia hominum quinq̃ panibus ſatiauit & duobus piſcibus. Johan.6

¶ Quamuis autem omnes homines & præcipue boni (quia de damnatis nulla cura) reſurgent in plenitudine ætatis Chriſti, tamen non eadem & æqualis omniũ erit magnitudo. ſuperabit enim alter alterũ corporis proceritate pro ſua quiſq̃ complexione & naturæ diſpoſitiõe. Atq̃ ideo Auguſtinus inquit: Quilibet menſuram ſuam accipiet, quam uel iuuentute ſua habuit, uel habitur⁹ erat ſi ad eandem pertigiſſet. Et licet corona dignitatis ſit ſenectus, propter experientiam rerum multarum & plurimam rationem, quomodo in ſenibus ſapientia eſt, & in multo tempore prudentia: tamen quia beati omnes ſapientiam habituri ſunt & prudentiam, pulchre conuenit illos in florida reſurgere iuuenture: quam ſui quoq̃ ſeculi homines doctiſſimos circa triginta annos definiſſe iam olim, ſatis magnus teſtis extitit Auguſtinus. Quid multa? nulla hic annorum ratio, nullus nec proceritatis, nec breuitatis reſpectus habebitur, ſed ſola iſta plena diſpoſitio triginta trium annorum. Quamobrem proprie adeo Paulus dixit, In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, nec aliquam facit ſtaturæ uel corporis uel longitudinis mentionem. Auguſtin. Proue.16. Job.12 Senectus Auguſtin. Ephe.4.

2. ¶ Porro q̃ ibidem ait Paulus, occurſuros nos Chriſto in uirum perfectum, & alibi etiam inquit conformes fore nos imaginis filij ſui, à nonnullis quęri ſolet, in q̃nã ſexu reſurrecturi ſint omnes homines, eo q̃ teſtante Auguſtino, non defuerunt qui adfirmarent mulieres quoq̃ ſexu uirili eſſe reſurrecturas. ſiquidem ſic in paradiſo ſolũ maſculum ex terra produxit, mulierem ex coſta uiri. Sed diuerſum ſentiunt patres ſancti, attendentes quia natura eſt, non uitium ſexus fœmineus, & q̃ utriuſq̃ ſexus autor eſt deus, uterq̃ etiam ante lapſum fuit in paradiſo terreſtri. itaq̃ in cæleſti etiam erit uterq̃, ubi nullũ por- Roman.8. Aug.li.22. c.17.ciuita Gene.2 Gene.1

ro fieri poterit peccatum. Probat hoc Augustinus ex illo Christi responso, quo Saducæis ipsum de muliere, quæ uiros multo habuerat interrogantibus, non respondit eã in cęlo mulierem amplius non futuram, sed quia nõ crũt
Matth.22 illic nuptiæ neq; coniugium. Quid quòd ex hac domini responsione palam constat, mulieres futuras in cælo? Ait enim quia non nubent, nubere autem mulierum tãtum est. Conueniunt itaq; in hoc iam doctores omnino, quod quia nulla mala & carnalis erit in cælo concupiscentia, ista sexuum diuersitas nihil titillatiõis seu irritatiõis pariet ad libidinem. Solummodo omnes immensam illã dei laudabunt sapientiam & bonitatem.

¶ Cæterum si quis sciolus quærat, quid tunc de hermaphroditis sit futurum, respondeo huiusmodi uitium, qa ex errore naturæ contingit, nullum in cælo, ubi omnes naturæ defectus tum corriguntur, tum uero penitus auferũtur, futurum. Quisquis autem hic hermaphroditus fuerit, is in eo resurget sexu, qui p̃dominari in illo uidebat. Quod si neuter alterũ superet, neq; alter magis præcipuũ habeat altero, is in dignori, puta uirili, resurrecturus est.

3 ¶ Præterea, quia plures adhuc sunt in homine defectus, alij naturę uitio, alij morborum grauitate, alij alium de contracti, quæri potest cuiusmodi illorum etiam futura sit resurrectio. Sane id genus uitia multa sunt. reperias enim homines gibbosos, cæcos, surdos, claudos, bicipites, sedigitos, aut etiam quatuor manus habentes. Respõdetur ergo, quia Paulus ait mortuos resurrecturos incorruptos, eosdem etiam immunes fore ab omni uitio, la
1. Corin.15 be, defectu & membrorum imperfectione. Quicquid ergo tunc erit in quo natura deliquit, id omne autor natu
Aug.c.19. ræ castigabit, defectus omnes perficiet, singulas deformitates naturæ integritati restituet, idq; adeo de resurrectione sanctorum certissimum est, quoniam nihil coinquinatum, nihil inordinatum intrabit in regnum cælorum.

¶ Quod autem ad malos attinet in hoc & consimilib⁹
Apo.21 casibus, iubet nos beatus Augustinus non esse solicitos, ait enim, Fatigare nos nõ debet incerta damnatorum habitudo uel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna
Aug. Enchi.cã.92. damnatio. Sunt tamen ex doctoribus qui dicant, quoniã

nullus apud inferos ordo, sed sempiternus horror inhabitat, opus non esse ut eorum defectus restaurentur, eo quod quantacunq; sint deformitate, satis habeant quo infernum decorent. Nec absurdum est, ut quorum nec cõditio mutatur, nec status, eorum etiam corpora à priori labe non redimantur. Job.10

Verum nos hinc discamus infirmos homines & imbecilles non ridere, non contemnere. quis enim scit qui hic alget & laborat, quomodo habiturus sit illic, quando non mirum uideri debet cuiquam, eum qui hic claudicat, forsan illic rectissimum fore & procerum: & uicissim qui hic bene habet, merasq; rosas spirat & lilia, eum isthic perpetuo cum Lucifero periturum? Discant rursus hic qui egẽt patientia, & spem suam dirigere in deũ: quem sciant quic quid in eis natura intermisit, pensaturum simul & hubertim suppleturum in ipsorum resurrectione: in qua quicquit curuum antea fuerat, rectũ fiat: quicquid in ipsis deficerat, redintegretur. Vnde tandem cum Dauide dicere possint: Tu perfeciſti domine pedem meum sicut ceruorum. Et quis tandem credere nolit, multos qui nunc mundo habentur contemptissimi, tunc pulchriores ornatioresq; futuros plerisque, qui nunc sibi & mundo uidentur pulcherrimi? Psalm.17

4. ¶ Adhuc tamen superest hic dubiũ, an omnes mortui simul sint resurrecturi in die nouissimo. Ad quod respondetur, uerba illa Pauli esse quidem difficilima, cum dicit: Hoc uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt: quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos, qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Ex iis uerbis Apostoli, inquit Hieronymus, errorem istum sibi exuxerunt quidam, ut putarent eos qui imminente iam ultimi iudicij tempore, adhuc in terra superstites uiuerent, non morituros. Verum hoc non ipsa tantum uerba non innuunt, sed aperte etiam repugnat Paulo, qui alibi omnes nos clamat 1.Thes. 4 Hieron y. 1.Cor.15

Roma. 5 morituros, alibi in Adam omnes perhibet mori. Quamuis igitur multa hic dici possent, tamen quia bona eorũ pars scholis est relinquenda, breuiter dicimus: Omnes homines simul in momento & in ictu oculi, ut Paulus ait, resurrecturos, nisi quibusdam à deo ob singularem dignitatem priuilegium aliquod peculiare collatum esset. Hoc

Hieron. addimus propter uirginem matrem, quæ (ut pie credendum est) non longe à morte sua corpore & anima resurrexit, ac forsitan quidam etiam alij sancti. Quod primo loco diximus, confirmat ipsa sancti Pauli autoritas: qui Corinthijs scribit resurrectionem istam in momento futuram, atq; adeo in ictu oculi. Vt iam nulla futura sit hic dilatio, nulla uel minima morula, uno simul omnia tempore fient. Verba autem Pauli ad Thessalonicenses nõ sic intelligenda sunt, quasi alij alijs prius posteriúsue resurgent: sed hic illorum sensus est, q; qui uicturi adhuc sunt tempore iudicij, iamiam futuri ex reliquijs Antichristi, illi nihilo uel citius uel tardius uenturi sunt ad iudicium, quàm qui longo antea tempore sunt demortui, iam'q; dudum pulueribus consumpti. Et quod deinde sequit', eos q in Christo dormierint, resurrecturos primos, id quoque nõ sic accipiendum est, quasi prius alijs sint resurrecturi, sed quia ibi boni prius resurgent, quàm rapiantur obuiã Christo. (ita ut sit ordo non resurrectionis ad resurrectionem, sed resurrectionis ad raptum, quia soli boni rapiẽtur obuiam Christo) Atq; ideo non dixit Paulus, quia postea & nos resurgemus, & cum illis simul obuiam Christo rapiemur: sed hoc unũ euincere uoluit ut persuaderet Iudæis, ne suspicarent' eos, qui ante plura secula defuncti essent, ut Adam, Abel, &c̃. tardiuscule resurrecturos, sed uno omnes momento simul: sic'q; futuꝝ, ut unà etiam rapiantur obuiam Christo in aera. Et omnes igit' & singuli pro se quisq; uno temporis momento resurgent. Sed quo tempore, id sane deus nouit, qui disponit omnia pro beneplacito suo, omnia gubernat pro sapientia sua. Porro quia tunc cælum stabit, & proinde tempus quod latione cæli metimur, nullum erit, non indiget res hæc dubitatione. Tantum nos, quod ut alibi, ita in hac re adprime necessarium est, oremus dominum nostrum Iesum Chri

stum, quatenus dignetur nobis resurrectionem donare omnibus gaudijs plenissimam, postquam nos cum illo in uita uiuamus æterna, Amen.

Nota, in scholis sequutus sum aliam sententiam uerborũ Pauli, quòd loquatur de beatis iam in anima et corpore, qui nihi lominus uenient ad illud uni uersale iudicium.

PRAETEREA DE RESVRRECTI one nostra habes multa parte prima cir ca Dominicam secundam Aduen- tus in materia de iudicio extremo.

FERIA SECVNDA

PASCHAE EVANGELIVM Lucæ XXIIII.



IN illo tẽpore: Duo ex discipulis CHRI STI ibant ipsa die in ca stellũ, quod erat in spa tio stadiorum sexagin ta ab Ierusalem, nomi- ne Emaus, & ipsi loque Marci.16ũ bantur ad inuicem de ijs omnibus quæ acci- derãt. Et factum est dũ fabularentur & secum

quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans, ibat cũ illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoſcerẽt. Et ait ad illos: Qui ſunt ij ſermones quos confertis ad inuicem, ambulantes & eſtis triſtes? Et reſpondẽs unus, cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa ijs diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De IESV Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nũc ſuper hæc oĩa, tertia dies eſt hodie quod hęc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius uenerunt, dicentes
Actuũ. 14 ſe etiam uiſionem angelorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentũ, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum uero non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nõne hæc oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam ſuã? & incipiens à Moyſe & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt ca
Gene. 19 ſtello quo ibant, & ipſe finxit ſe longius ire. Et

coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum domine, quoniã aduesperascit & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

HOMILIA PRIOR.

EVangelium hoc charissimi, quamuis sit longum, tamen quia & meram cõtinet historiam, & illum saluberrimum utiq; Christi sermonem, quem cum discipulis ijs duobus habuit, complectitur, sub breuitate saltem transcurremus. Duo ex discipulis domini abierũt in Emaus, quorum alter tantum nomine explicatur. Cleophas enim erat, alterum, ipsum Lucam doctores credũt fuisse, eo quod ille dum alter ũetiam ex nomine appellauit proprio, se ipsum tacito tamen nomine uoluerit insinuare: quia autore Gregorio, moris est scripturæ sacræ, ut ipsi qui scribunt, sic de se in illa quasi de alijs loquant, sicut Moyses & Iohannes, ipseq; adeo etiam Paulus spiritu sancti instinctu fecerunt. nanq; sic Paulus de se, Scio, inquit, hominem in Christo. & tamen ipsemet erat homo ille. estq; hæc communis doctorum sententia, quamuis Ambrosius alterum istum uocat Ammaon, qua siue au-

Gregor. in præf. Iob. Theoph. sup Lucã Hieron. in epita. paulę. 2. Cori. 12 Ambr. sup Luc. lib. 7 c. 57. 2. lt. 10. c. 107.

toritate, siue fide, nobis non constat. & si in ea quoque re parum positum sit, quando satis est nobis, uerum esse quod Euangelista narrat, duos ex discipulis Christi abiisse in Emaus. Castellum hoc deinde dici cœpit Nicopolis, post excidiũ ipsius sub Marco Antonino Imperatore. & in eodem natus fuit Cleophas iste, qui ideo forsitan ex nomine suo hic exprimitur. In textu porro latino huic distantia castelli huius à Ierusalem stadijs numeratur ab Hercule inuentis. stadium autem maius, pedes continet quingentos uigintiſex: minus, tantum centũ uigintiquinq;, quamuis in hoc ita multum positum non est, nisi quãtum facit ad sensum mysticum. Et tamen hæc stadia sexaginta omnia, quorum fit hic mentio, non duo integra conficiunt miliaria Germanorum. Egressi itaq; discipuli isti duo, Cleophas & Lucas ex Ierusalem, in ipso itinere (ita ut fit) colloquuti sunt super ijs, quæ recens acciderant cum Iesu. Admirabantur enim rem illam, ignari omnino & incerti de cogitatiõe sua. fuit tamẽ hoc in ipsis præclarum magnæ pietatis specimen & exemplar, quòd de sanctis rebus mutua miscebant colloquia, non de leuitatibus & uanitatib⁹ mũdi hui⁹: unde & digni habiti sunt, quibus in ipso itinere appareret Christus. Id nos quoq; facere addecet, hoc cum primis tam sancto tempore.

Beda.

2. ¶ Colloquentibus ergo illis inuicem, & de Christo interrogantibus mutuo, cum adhuc ueram fidem nõ haberent, & tamen ardentes erant Christi amatores, ecce accensurus ille in eis uerum lumen fidei, uenit ad eos ipse, quoniam & ipsi apud semetipsos intus amabant simul & dubitabant, ideóque fidem resurrectionis suæ in cordibus eorum uenit accendere, & simul latenter per præsentiã maiestatis insinuare, quod antea promiserat: Vbicũq; duo uel tres fuerint congregati in noie meo, ibi in mediò eor⁹ sum. Vsq; adeo nõ derelingt dominus suos, etiamsi deficiant in aliquo. solummodo enim si pius sit adfectus, adiuuat ille eos, uiam ostendit, ipse aduenit & dirigit illos. Sic si nostrates neochristiani uere deum amarent, pij essent & synceri, quales se iactant, non desereret eos dominus. Plurimum isti quidem in ore uersant CHRISTVM, deum, euangelium, sed hæc omnia frustra:

Gregorij⁹.

Matth. 18

imò ista quoq; quæ iactant, nihil omnino sunt quàm mera superbia & insolentia, priuatum commodum & insignem temeritatem spirantia. Quibus omnibus dũ abundant, quidnis potius expectent quàm Christum hic certe ad eos (si sic pergant uiuere) non ueniet. Illis autem appropinquans dominus, deinde simul ambulauit cum illis: quorum tamen oculi tenebantur, ne agnoscerent ipsum. Talem enim se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos Gregor. erat in mente: & sicut ipsi de eo dubitabant, ita uicissim se præbuit illis tanquã peregrinum & ignotũ. Quod ipsum significare uolens Marcus, ait illum eis ostensum esse in Marci. 16. alia effigie. Quæres autem, quomodo factum sit, ut oculi istorum præseruati sint, quo minus uiderent Christum. factum id sane esse constat etiam antea sæpius, qa Gene. 19 sic Sodomitæ propter peccata sua puniti sunt: & afflicti, ne apertis etiam oculis duos illos uiderent adolescentes (acrisia.) Sic qui missi erant ad capiendum Eliseum, excæ 4. Reg. 6: cati sunt, ne uiderent quicquam. Simile quid etiam Sapi- Sapi. 19. ens commemorat. Verum hic quomodo id factum sit, manifeste expressum non est, nisi quod Marcus innuit ipũm illis apparuisse in alia effigie: & illud forsan extitit, quòd aspectum eorum fefellit & effugit.

3. ¶ Neq; uero tantum ad eos accessit dominus: alloquutus etiam insuper est, & interrogauit quinam essent sermones, quos mutuo conferebant, non ignarus utique loq eos de doctrina magistri sui, sed ut inde occasionem adriperet increpandi incredulitatem eorum. Ait enim: Qui sunt ĩj sermones, quos confertis adinuicem ambulãtes, & estis tristes? respondit'q; ei alter, Cleophas nomine: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & ignoras quæ facta sunt in illa ĩjs diebus? Quasi dicere uellet, Adeò ne tu ignotus es in Ierusalem, adeo rerum omnium ignarus, ut etiam insigne illud factum nescias, quod ĩjs diebus cõtigit, quod aliorũ nemo ignorat, sed penè pueri in compitis & triuĩjs prædicant? Peregrinum uocat, quoniam is erat in eorum cordibus quidem, simul'q; hic peregrinum dici se uoluit Christus nobis in exemplum, ut oẽs nos incolas, ut Dauid inquit, hospites, aduenas & per- Psalm. 19 egrinos, ut Paulus, profiteamur super terram, agnoscen Heb. 11

tes nullam nos hic habere ciuitatem manentem, sed in-
1. Petri. 2. quirere futuram. Sic nos Petrus quoque admonet, obse-
cro, inquiens, charissimi uos tanquam aduenas & pere-
grinos, abstinete uos à carnalibus desideriis, quæ mili-
tant aduersus animam. O felicem hominem, ò sancta
paschalia festa, illi qui nunc recolit peregrinum esse se,
2. Corin. 5 ac proinde ardenti cælestis patriæ desiderio ducitur: quo
niam quàm diu in hoc corpore sumus & permanemus,
peregrinamur utique à domino. Hoc nimirum est quod
peregrinum se dominus discipulis illis duobus exhibu-
it, ut exemplo suo nos doceret esse peregrinos. De of-
ficijs porro peregrinorum supersedeo hic plura dicere,
eo quòd doctor Kayserspergius materiam illã toto ope-
re tractauit.

4. ¶ Iam denique peregrino narrare occipiunt discipu
li facta de Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in
opere & sermone coram deo & omni populo. In qua
narratiõe, quum multa sint præclara & obseruanda, tum
uero primum hoc est, quod etsi in fide satis obfirmatum
animum nõ habebant, egregium tamen CHRISTO te-
stimonium dabant. Virum enim & quidem potentem
in opere & sermone appellant, simúlque etiam prophe-
Beda. tam, ostendentes per hoc esse in se scintillam adhuc ali-
quam fidei. filium autem dei tacent, uel quòd nondum
perfecte credebant: uel ita soliciti, ne inciderent in ma-
nus Iudæorum persequentium, eo maxime, quòd illum,
Deut. 18 qui cum loquebantur, non agnoscerent. Et tamen ma-
gnum hoc est, quòd prophetam eum confessi sunt, sicut
illum Moyses prophetando uocârat: & merito, quoni-
am præterita, præsentia & futura omnia cognoscebat.
Matth. 11 Quod si uero Iohannes ille Baptista plus quàm propheta
fuit, quanto magis Christus prophetarum omnium do-
minus extitit, cuius instinctu, pphetæ omnes locuti sunt?
Sed hæc Iudæorum erat consuetudo, ut si quando aliquẽ
prẽclare laudaturi essent, & amicum dei designaturi, pro
pheta appellarent: quomodo turbæ CHRISTVM, &
Luce. 7 post illud in quinque panibus exhibitum miraculum, &
in ingressu Ierusalem deinceps, adclamando prophetam
Johan. 6 nuncupârunt.

¶ Addunt deinde potentiam illius in opere & sermone: nomine operis, uirtutem intelligunt miraculorum, quæ ille operatus fuerat, quæ & testimonium dabant suæ diuinitati, iuxta istud Nicodemi, Nemo potest facere signa quæ tu facis, nisi sit deus cum eo. Neque minus potens fuit dominus in uerbo prædicationis, quoniam & turbæ admirabantur stupebántque super doctrina illius: siquidem non, ut scribæ & pharisæi docebat ipse, sed cum autoritate & quasi qui potestatem haberet. Sic ministri principũ & pharisæorũ dicebant, neminem unquam sic loquutũ, ut differebat ipse. Johan.3 Matth.7 Johan.7

¶ Atque ut plenius esset testimoniũ eorũ, inquiunt potentiã istã suam exhibuisse illum coram deo & omni populo. Prædixerat iam olim idipsum Sapiens ille Ecclesiastes de domino, quia inquiens, omne quod uoluerit facier, & sermo illius potestate plenus est. Oportet autẽ esse potentẽ coram deo, & tunc coram populo. quia placere prius debemus deo, deinde danda opera, ut & inter nos sine macula uiuamus, quantum fieri potest, sicut Paulus dicit, prouidentes bona non tantũ coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Turpe enim est ita uiuere aliquem, ut publico à cunctis incessatur odio, ingratus & inuisus omnibus, cuiusmodi est quod de Olibrio uulgo fertur: Molestus deo & hominibus. Hoc modo igitur opus præcedit sermonem, quum nullus etiam sermo doctoris sit firmus, nullaque doctrina ualida, nisi id quod docet, opere etiam ipso declaret ille. prius autem oportet præcedat opus, deinde illuminatio sequetur & cõtemplatio, iuxta illud euangelicũ: Beati mundo corde (at unde ista mundities, nisi ex opere?) quoniam ipsi deũ uidebunt. Ecce finẽ cõtemplationis, in qua ita plane fit, ut in speculo se res habet. speculũ nisi polias & bene extergas, nihil de se emittit lucis & radiorũ. Ecci.8 Theophy. 2.Corin.8 Matth.5

5. ¶ Post plenũ illud de CHRISTO testimoniũ, obprobrium & malignitatem cõmemorant Iudæorũ, dicentes, summos sacerdotes & principes eorũ in mortẽ illum tradidisse ac crucifixisse. Quæ sane causa extitit tristitiæ ipsorũ & mœroris. Atq idipsum sic erat ut dicebant, quia Christũ seniores populi curárunt per Iudã uendi, à mini-

stris capi, tandemq; liberato Barabba, cruci adiudicatum
Matth. 28 damnari & occidi. Vnde Pilatus quoq; dixit. Gens tua &
Johan. 19 pontifices tui tradiderunt te mihi. Deinde aiunt speraſſe
se ex illis redemptionem Israelis, quæ uox est diſperantium & eorum qui seipsos temeritatis arguunt & diffidentiæ: quasi temere sperauerint illum redempturum Israel, qui ipse omnis opis expers fuerit, alienæ redemptionis indigus, quomodo subsannãtes illum Iudæi dixerũt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Verum
Matth. 27 ex hoc iam constat, duos etiam illos discipulos in ista falsa fuisse sententia cum aliis Iudæis omnibus, ut putarent Christum liberaturũ Israelem à temporali iugo & imperio Romanorum, sicq; regem futurũ & regnaturũ in terris, sicut in hodiernum diem de suo Messia cæci & perfi-
Theoph. di credũt Iudæi. Illi igitur quasi sua iam spe frustrati, me-
Beda. rito incedebant tristes: quia & seipsos quodammodo arguebant, quòd in illo redemptionem sperauerant, quem iam mortuum uiderant, neq; resurrecturum sperabant, q̃ tamen, qa innocentem illũ sciebant, optimo iure de ipsius morte contristati doluerunt.

¶ Et tamen aliquam adhuc sibi esse scintillam fidei declarant, dũ diem illũ tertiũ connumerant à facto isto, for-
Matth. 20 sitan rati futurũ, ut sicut prædixerat dominus, ita certo in diem tertiũ resurgeret. Quod si tamen uerba ipsorũ bene ponderas, uidebis esse mera hominũ consilia, & eorũ qdem maxime, q etiam qd agerent ignorabant. Addũt insuper à mulieribus diligenter etiam ingrentibus non inuentũ esse corpus suũ, angelũ tamen illis uisum. Exteritæ sunt mulieres, non qdem ex angelo uiso, sed ob nõ inuentũ corpus dominicũ, putantes ac metuentes furtiuo illud esse sublatũ. Quod ipm quoq; argumentũ fuit infidelitatis, dũ plus horrent & exterrent ex non inuento corpore, quàm uiso angelo gauisæ fuerint ob adnunciationem resurrectionis. Deinceps inferũt q̃sdam ex ipsis,
Johan. 20 Iohannem scilicet & Petrũ, fuisse apud monumentum: omniaq; sic inuenisse, ut renũciatum fuerat à mulieribus. Sicq; etiam isti duo, quem præsentem secũ habebant comitem Iesum, non tamen inuenerũt, qbus ille tamen in habitu peregrini apparuit ob incredulitatem eorũ. Do-

minus noster Iesus Christus nobis quoq; gratiam suam concedere dignetur, qua sustentemur & fulciamur semper: nec unquam in aliquam sanctissimæ fidei dubitationem incidamus, mortis maxime tempore: quin potius ille nos in fide sua confirmet & charitate, ut & ipsi suæ resurrectionis mereamur fieri participes in gaudijs felicitatis æternæ, Idq; adeo potenter præstare dignetur qui est in secula benedictus, Amen.

POSTERIOR HOMILIA
Feriæ secundæ Paschæ.

Discipuli illi duo Lucas & Cleophas, in ipso resurrectionis die egressi Hierosolymam, abierunt in Emaus: ibiq; se illis manifestauit dominus, sed nõ adeo aperte, quin sub peregrini specie eis se ingereret. Arq; dum isti quæ de Iesu Nazareno contigissent in illis diebus, ei enarrarent, de mulieribus etiam quidnam circa monumentum ipsius uidissent, & in ijs omnibus infidelitatem ipsi suam proderent, spem de eo omnes antea conceptam, nunc se amisisse querentes, duriter ab illo increpati, audierunt sibi dici: O stulti & tardi corde ad credenda omnia quæ locuti sunt prophetæ. Et merito stultitiæ eos arguit dominus, quod tandiu cum ipso uersati, nihil adhuc solidi didicissent: poterat q; hic ille dicere eis hæc Pauli uerba, Cum deberetis magistri esse propter tẽpus, rursum indigetis ut uos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum dei: & facti estis quibus lacte opꝰ sit, non solido cibo. Et recte eos primũ stultos uocat & tardos nimium, q scripturam, quæ toties de sua resurrectione loquitur apertissime, intelligere noluerunt. Quid q̃d ex scripturis subinde multa à Christo audierant, nec quicquam obseruarant? Cuiusmodi adhuc plerig; sunt, qui cũ multa audiant, parum tamen intelligunt, boni plane nihil operantur. Heb. 5

2. Increpat deinde ipsos etiam ex eo, q qua fuerint ad credendum tarditate, mulieribus quoq; credere recusarunt, ipsig; adeo Christo & angelis. Hic igitur, ait Beda, Beda.

Beda. nobis nō ulla ſcripturas interpretandi, ſed gemina nos ipſos humiliandi neceſſitas incūbit: qui neque ſcripturas quātū oportet edocti, neq; ad implēda q̄ diſcere forte potuimus, quantum decet, ſumus intenti. Si enim de Chriſto Moyſes & prophetæ omnes loquuti ſunt, atque prædixerunt illum per paſſionem ingreſſurum in gloriam, quo tandem mō fieri poteſt, ut quiſquam Chriſtianus tā ſublimi & ſancto gaudens nomine, nolit tamen neq; ꝑ ſua uirili ſcripturas de CHRISTO prædictas ſcrutari, neq; ad gloriā Chriſti quā appetit, per paſſionē & tribulationem uenire deſiderat?

¶ Fortiter quoque & prævalide hic Manichæorum & quorundam neochriſtianorum errorem explosit dominus, qui uetus teſtamentū recuſant acceptare, nō attenr. Petri. 1. dentes diſcipulos iſtos à CHRISTO per Moyſen & ꝓphetas eſſe edoctos, ſecundum quod & Petrus dicit, De ſalute exquiſierunt atq; ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes quòd uel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones & poſteriores glorias. Ecce tria hic prophetis tribuit Petrus, propheriam de gratia fidelium, deinde de paſſione Chriſti, poſtremo de poſteriori gloria.

2. ¶ Aut nonne (inquit deinceps ad illos dñs) oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam? Multa hic dici poſſent, quomodo oportuiſſet CHRISTVM pati, cum tamen omnis illa neceſſitas ex beneplacito dei profecta ſit & immēſa miſericordia ipſius. Siquidem quum nollet deus uniuerſum hominum genus interire uel ob ſolam hominis dignitatem, qui ad imaginem & ſimilitudinem dei iam olim creatus erat: & eundem tamen nullus purus homo à ſeruitute diaboli liberare & peccatorum uinculis eripere poterat, hinc nimirum factum eſt, quod oportebat filium dei redimere rurſus & ſaluare hominem. Et quamuis deus abſolute ex illa immenſa poteſtate ſua hominem liberare poterat, eo quòd cuncta ſuæ omnipotenAngu. de. trin. lib. 1. ca. 12. tiæ æqualiter ſubiacent, modum tamen ſanandæ miſeriæ noſtræ cōuenientiorem nullum fuiſſe, niſi ut ſic diabolū cū ipſa iuſtitia & æquitate ſuperaret, ſicq; innocen-

ne Christū diabolus occidisset, rursus fieret, ut ille potestate suā super fideles Christi seruos amitteret.

¶ Præterea modus hic redempti hominis, dici nō potest, quantum in nobis ardoris cōcitet & charitatis erga deum, dum illum cōsideramus ꝓ nobis morti traditum. Et rursus nobis deū facit ꝓpitium magis, multoq; in oīnibus donis & muneribus sacris liberaliorē, iuxta illud Pauli: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oīnibus tradidit ipsum, quō non cum illo donauit omnia nobis? Atque ad hunc modum ex omnibus uīs redimendi generis humani, quæ plurimæ esse poterant, una hæc & commodissima & dilectioni diuinæ conuenientissima uisa est, ut Paulus inquit: CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Cum itaq; omnia æque diuinæ subiaceant potestati, poterat deus ille omnipotens plurimis aliīs modis humanæ redemptioni consulere: sed tamen huic nostræ miseriæ sanandæ cōstat alium cōmodiorem nec fuisse, nec esse oportuisse. Aut quis dubitat quo minus ille, qui fecit nos existere de nihilo, reuocare etiam sine morte & passiōe nos potuerit? Veruntamen & hic ille uiā elegit cōmodiorem, secundum q̄d Paulus dicit: Decebat eum ꝓpter quem omnia, & per quē oīnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eoꝝ, per passiōem cōsummare. Et hoc est quod hic ait, oportuisse Christū pati. Hoc etiā, q̄d alibi dixit, Si possibile est, trāseat à me calix iste.

Roma. 8.

Ephe. 5

Augusti.

Gregori⁹. in moral.

Heb. 2

Matth. 26

¶ Ad longum hic doctores declarant, quō CHRISTO passio sua ianua gloriæ fuerit. Quoniā hoc ipso supplicio suo flammeū gladiū à paradisi custodia ademit, suaq; illa humilitate tanta immensam adeo gloriam cōsequutus est: quia propterea deus exaltauit eum, & dedit ei nomen, ut in nomine IESV oīne genu flectatur. Idem cognouit etiam Petrus, inquiens nomen aliud etiam sub cælo datum nō esse hominibus, in q̄ oporteat nos saluos fieri. Vsque adeo enim nobilis & præclara est hominis anima, ut nihil iam tunc ex multis seculis esset super terrā, q̄ redimi potuisset, nisi sola illa Christi passiōe & morte. Idcirco idipsum diligēter fideles præmonuit Petrus, ut cō-

Gene. 3

Philip. 2

Actuū. 4.

siderarent se non corruptibilibus auro uel argento re-
demptos de uana sua conuersatione paternæ traditiõis,
2. Petri. 1. sed precioso sanguine q̃si agni immaculati, Christi. Cũq;
scriptura diuinitus sit inspirata, iuxta istud Petri, Non
uoluntate humana allata est aliquãdo prophetia. sed spi-
ritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et in
illis inter prꝯipua Christi passio manifeste est designata,
sicut in Isaia, Zacharia & Dauide patet. Oportuit igitur
impleri scripturas, testante idipsum domino, quando in
Matth. 26 monte oliueti dixit Petro: Et quõ implebunt scripturæ?

¶ At ubi delicatuli hic nostri sunt martyres, qui etiam
propter Christum nihil, ne minimum quidẽ pati uolunt?
qui uoluptates tantum sectantur & ocia, uanaq; gaudia
mundi? Quibus tamen nõ paulo deteriores sunt neochri-
stiani isti, qui præterquam quod à malo sibi non cauent,
etiam bonum facere contemnunt, rati se tum demũ esse
(liceat mihi in re hac sic loqui) euangeliciſſimos, si feria se
xta & in quadragesima carnes uorent, eo ipso canibus ni
Hebr. 2 hilo inferiores. Audiant isti quid Paulus dicat, Videmus
Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatũ.
Audiant illi dicentem sibi Christum, quod olim dixit fi-
Matth. 20 Iacobi. 1. liis Zebedæi, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus
sum? Audiant insuper Iacobum uelut ex oraculo sic inq-
entem: Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit
deus iis qui diligunt illum. Nemini ex nihilo & uacuo ad
uenit regnum dei, quamuis omnes etiam huius temporis
Roma. 8 passiones, non æquari poterunt gloriæ illi quæ reuelabit
2. Corin. 4 in nobis: quoniam quod in præsenti est momentaneum
& leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimita-
te æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quisquis
igitur es qui hic affligeris, age patiens esto, quoniam ha-
bebis perseuerantiæ tuæ largissimũ remuneratorẽ deũ.

3. ¶ Iam uero incepit à Moyse dominus per omnes
propheras explicare illis omnia quæ de se scripta erant.
Scripsisse enim de Christo Moysen & in aperto atq; con-
fesso est, & uel hinc liquet, quod Iudæis dixit Christus:
Iohan. 5. Quia si Moysi crederetis, fortasse & mihi crederetis, cum
de me scripserit ille sicut & prophetæ. At cur illam tu no

bis lectionem Christi non descripsisti sanctissime Luca, q̃ ipse tibi & Cleophæ arcana sacræ scripturæ reuelauit, ut sic facilius hæreticis obuiare possemus? Verũ hoc beneplacitum fuit coram domino deo, ut sic ipsi urgeremur scrutari scripturas, nosq; simul & intellectum nostrum exercere, ut tandem uitam consequeremur æternam, sicut sapiens in persona sacræ scripturæ ait: Qui me elucidant, uitam æternam habebunt. Eccl. 24.

¶ Habuisse autem Christum ualidissima ex Moyse & prophetis testimonia, ipsa illius testatur transfiguratio, in qua Moyses & Elias uisi sunt in monte, ad designandũ quia ille ex lege (quam Moyses tulit) & prophetis (quos Elias significauit) haberet testimonium. Matth. 17 Marci. 9.

¶ Interea uero dum Christus in scripturis exponendis pergit, adpropinquarunt simul castello, ubi simulabat se dominus longius iturum, eo tantum, quia adhuc in corũ cordibus peregrinus erat à fide. Atq; ideo nulla falsitas hic fuit, dum ille se longius ire finxit, quoniam talem se erga eos exhibuit in corpore, quales ipsi erant in mente. Quomodo potest interdum bonus aliquis simulare se alium quàm sit, sicut Iosue ante ciuitatem Hai simulauit fugam cum suis. Similiter & Dauid coram Achis rege Geth procidens in terram, tundebat fores, sputo coinquinans & conspurcans barbam. Sic Iacob quoq; pellibus circum manus alligatis simulabat se esse Esau. Eo facit quod inqt Sapiens: Est iustus, qui inclinat faciem suam, & fingit nõ uidere se quod ignoratum est. neq; interim tamen fictio talis peccatum est, nisi malo fiat adfectu aut hypocrisi q̃dam, & in impostura aliorum, cuiusmodi hominem fictum fugere solet spiritus sanctus. Gregorius. Iosue. 7 1. Reg. 21 Gene. 27 Eccl. 19 Sapien. 1.

¶ Isq; adeo adfectus bonus, quem hic habuisse dominꝰ legitur de simulato transitu, sic accipiendus est: quia ideo fingebat se longius abiturum, ut fortius isti eum urgerent & inuitarent manere, ut inuitatione ista nonnihil promererentur, & tunc ex merito ille se eis manifestaret. Simulanti enim se progressurum dicebant: Mane nobiscum domine, quoniam adueſperascit, & inclinata est iam dies. Coegerunt autem eum, ut habet textus, ex quo exemplo colligitur, quia proximi ad hospitium nonsolum Gregorii

inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Sic Paulus quoq; Ho-
Heb. 13. spitalitatis, inquit, nolite obliuisci, quia per hanc quidã placuerũt deo, etiam angelis hospitio receptis: sicut Abraam angelos ad se inuitauit, homines esse ratus, & Loth
Gene. 18 et 19 in Sodoma. O homo qui per omnem uitæ tuæ decursum, hospitem hunc ad te nunquam inuitasti, qui à iuuentute deo non seruiisti, inclinata iam die uel tandem in extremo annorum tuorum tempore resipisce, hospitem illũ ad te inuita, dominum tuum Iesum Christum, ut gratiam illius imperres. Clama cum Dauide, Ne reiicias me in tem
Psalm. 70. pore senectutis meæ: cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Sed deum immortalem, quàm pulchrum, quã nouum omnibusq; inuisum neochristianorum euangelium: in quo illi etiam inuenerunt omnino peregrinos esse debere, alienum mendicum nullum fouendum esse.

4. ¶ Et factum est cum recumberet cum eis, accepit panem, benedixit & fregit. Apertiq; sunt oculi eorum. Hic sane morem antiquum suum seruauit domin⁹. simul etiam Christianis reliquit exemplum, ut ante cibum gratias agerent deo, & orarent. Atque aperti tunc sunt oculi eorum, ut eum quem in sacræ scripturæ expositione nõ cognouerant, in panis fractione cognoscerent. Ex audi-
Gregori⁹. ta scripturarum interpretatione illuminati non sunt, & subinde quod audierant facto præstare incipientes illu-
Roma. 8 strauit dominus: quoniam non auditores legis, sed factores iusti sunt coram deo. Quilibet itaq; qui cupit quod audiuit intelligere, festinet idipsum facto præstare. Ecce em̃ isti loquentem dominum, & de scripturis disserentem cognoscere non potuerũt, eundemq; paulo post cum pascerent ac cibarent, cognouerunt.

¶ Dices: Quomodo aperti sunt oculi eorum? an ne in uia nihil uiderunt? Imò oculi eorum tenebantur, quo minus cognoscerent illum: quoniam plurimum apud eos faciebat metus ille & timor horrorq; conceptus ex recenti facto. Ad hæc facit, q̃ Christus eis in quacunq; specie apparere potuit: siquidem Marcus etiam dicit ipsum in alie
Augu. de consensu Euan. li. 3. ca. 25. na specie eis apparuisse. D. Augustinus uir præ cæteris doctoribus in sacris literis illuminat⁹, duo hic pulchra insinuat: alterum, cum ait, Non incõgruenter accipim⁹ hoc

impedimentum in oculis eorum, à sathana factum fuisse, ne agnoscerentur Iesus, quando id meruerunt incredulitate sua. Alterum, quòd tamen hæc à Christo facta est permissio usq; ad sacramentũ panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligantur impedimenta animi ci, ut Christus possit agnosci Neq; enim simplicem hic panem manducarunt, sed benedictionem panis, ipsius sanctissimi corporis Christi consecrationem fuisse, sicut hodie in missa fit. Ecce quomodo in hac sententia est Augustinus, ut putet Christum discipulis illis duobus sacramentum corporis sui dedisse, qui tamen presbyteri non erant, & quidem sub altera specie tantum. Quid igit clamant isti insani (sed quorsum istud? neochristiani dicere uolebam) aduersus ecclesiam catholicam, contendentes laicis etiam hominibus dandam esse eucharistiam sub utraq; specie, cum tamen contrarium hic uideant in Christo? Et sicut hic de fractiõe panis loquitur euangelista, ita deinde moris fuit in primitiua ecclesia, sicut clare idẽ Lucas testatur in Actis apostolorum. Eiusdem sententiæ est & Theophylactus: Oculi, inquiens, eorum qui benedictum panem adsumunt, aperiuntur, ut agnoscant illum. Magnam & ineffabilem uim habet caro domini. Et quidem sub altera tantum specie ipsum dedisse eis hinc collige, quod Lucas inquit, fracto statim pane, illum euanuisse ex oculis eorum. & aliâs nusquam legimus Christum post resurrectionem bibisse cum discipulis suis, tantum comedisse. Atq; ut apud Cornelium meminit Petrus, ipse in cœna dixit dominus: Amodo non bibam de genimine uitis huius uobiscum, usq; in diem illum quo bibam nouũ illud in regno patris mei. Idem quoq; sentit in quadam homilia Chrysostomus, uolens Christum huic Cleophæ & comiti suo ex manu propria dedisse panem, non benedictionis tantum, sed qui sit ipsa sanctificatio. Ne igitur porro oblatrent neochristiani isti aduersus ecclesiã sanctam dei, de utraque specie sacramenti etiam laicis conferenda. Videant potius alteram tantum hic Christum duobus dedisse discipulis, sicuti post alios doctores etiam hic Beda super Lucam sentit.

Augu. in sermo. de verbis Euan. ser. 14.

Actuũ. 2 Theoph.

Luce. 24

Matth. 26

Chrysost.

5 ¶ Simul atq; iam euanuisset dominus, dixerunt discipuli: Nonne cor nostrum ardens erat dum loqueretur in uia? Nimirum sane CHRISTVS cor eorum uerbo suo
Psalm.118 accenderat, quod non parum feruoris habet, uel Dauide attestante: Ignitum eloquium tuum uehementer. Statim quoque surrexerunt & regressi sunt in Ierusalem, ut euangelium illud felicissimum q; nuncium apostolis denun
4. Reg.7 ciarent, & non secus ac leprosi isti dicerent: Hæc est dies boni nunci, si tacuerimus & noluerimus nunciare usque mane, sceleris arguemur. Eamus & nunciemus illud. Inuenerunt q; undecim istos, uti q; etiam inter illos Thomã, atque cum ipsis alios quosdam homines pios congregatos. Cum q; nunciare uellẽt eis apparuisse sibi dominum, præuenti sunt ab ipsis, audierunt q; uisum iam illum esse Simoni Petro. Id quando aut quomodo factum sit, nus-
Beda. quam scriptum legitur. Tantum quia hoc illi iam imminente nocte dixerunt, constat quòd ipso resurrectionis die apparuit ei, ex omnibus uiris, ut testatur, primo. Nec q tacuit idipsum fidelissimuus assecla Petri Paulus, comme morans CHRISTVM mortuum, sepultum q, resurrexisse deinde & apparuisse Cephæ atque alijs undecim. His
1. Cor.15. auditis, illi duo uicissim eis retulerunt quæ acciderant si.
Marci.16 bi, & quomodo dominum cognouerint demum in fractione panis. Verum in omnibus illis Thomas nec mulieribus nec Petro credidit, neque illis duobus. unde Marcus addit, ijs quoque creditum non esse. Nos iam læti gloriosam illam CHRISTI resurrectionem triumphali carmine ueneremur, canentes:

Lactant. *Salue festa dies, toto uenerabilis æuo,*
Qua deus infernum uicit & astra tenet.
Legibus inferni oppressis, super astra meantem
Laudant rite deum, lux, polus, arua, fretum.

FERIA TERTIA

PASCHAE EVANGELIVM

Lucæ.24



IN illo tẽpore: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascẽdũt in corda uestra? uidete manus meas & pedes, quia ego ipse sum. palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. & cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod mãducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, quum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tũc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, et dixit eis: Quoniã sic scriptum Actuũ.17.

est,& sic oportebat Christum pati& resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

HOMILIA PRIMA.

QVia euangelium hoc cũ illo Iohannis uicesimo, quod dominica proxima legetur, unam & eandẽ complectitur historiam, breuiter explicabimus, illud. Colloquentibus inter se mutuo discipulis Christi de resurrectione sua, alijśq; credentibus, Thomas ex omnib⁹ unus nolens credere, abijt: sićq; indignum ipe se fecit, qui dominũ uideret, eo quòd in cõsortio sanctorum inuenit dominus, sicut inquit Dauid: In concilio iustorum & con-
Psalm. 110 gregatione magna opera domini. Et merito quidem, ait euangelista stetisse ibi dominum. Vere enim stetit, qui per passionem mortalitatis amplius se inclinare nõ poterat.
Sapi.18. Stetit, qui totus rectus erat & in cẽlum uersus. Stans inquã in terra, usq; ad cẽlum pertingebat. Stetit hic ille, qui rectitudinem omnem tum ueritatis, tum iustitiæ adimpleuit. Stetit, qui nullam omnino in se curuitatem admisit, qui de omnibus hostibus suis fortissime triumphauit. Loquentibus ergo de CHRISTO discipulis, medius illorum stetit Iesus. Vbi diligenter obseruandum est, tum demum
Beda. Christum in medio discipulorum stetisse, quando de se loquerentur, sicut iam ante omnibus fidelibus promiserat:
Matth.18. Vbicunq; duo uel tres congregati essent in nomine suo, ibi se medium fore. sićq; ad confirmandam fidem nostrã ille etiam corporaliter tunc apparere uoluit. Nećq; uero stetit inter illos tantum, sed eosdem amicissime salutauit: Pax, inquiens, uobis. O salutationem piam, ò uerbũ sanctissimum omnibus merito Christianis obseruandum, in ore semper habendum. Idem illud uale dixerat CHRISTVS ante passionem suam & mortem, iamiam à cœna ul
Johan.14 tima abiturus ad supplicium, dicens: Pacem meam do uo

bis, pacem relinquo uobis. Vnde etiam Paulus didicit, q̃d deinceps in oñibus epistolis suis illis ad quos scribit, hoc primum precatur, Gratia & pax à dño nostro Iesu Christo. Hinc laudatissimus ille episcoporum mos fluxit, q̃ celebrantes sacrum missæ officium, astantem populũ sic salutant: Pax uobis. Hinc etiam est quod sacerdotes omnes prius q̃ eucharistiam sumant, dicunt: Pax dñi sit semp uobiscum. & iterum: Habete uinculũ pacis & charitatis. Sed uos hic mecum dilectissimi in Christo fratres, per ipsum immortalem deum considerate, quantum pietas Christianorum & feruor charitatis defecerit. In primitiua quõdam ecclesia quotquot missæ solennibus aderant, omnes etiam communicabant: & usq; adeo illud stricte obseruabatur, ut omnes qui communicare nolebant, cogebantur templum exire sub cõsecrationẽ sacramenti, & illam immensam altissimi mysterij confectionem: solum enim ad offerenda interfuerunt, & tunc exierunt cum catechumenis. Deinde eò uentum est, ut singulis tantum diebus dominicis communicarent. Neq; hic tamen pietas & deuotio substitit Christianorum: insuper tribus tantummodo festiuitatibus soliti sunt communicare, Paschæ, Pentecostes, & natalis domini. Post hæc sanctissima illa corporis & sanguinis communio ad tempus Paschale solummodo relegata est, quamuis nunc ea hominum peruersitas est, ut ne semel quidem in anno multi Christianorũ, frigidi nimium & aridi, de communione cogitent. Iam uero cum illud uenerabile sacramentũ euidens sit signũ mutuæ inter Christianos charitatis & dilectionis, adeo ut quotquot istud suscipiunt, non tantum toti corpori CHRISTI inferantur, uerum etiam inter se uicissim pacis & charitatis uinculum seruare teneantur irruptum: laudatissima quondam fuit Christianorum consuetudo, ut postquam in missa dixerat sacerdos, Pax domini sit semper uobiscum, mutuo illi sese osculabantur, qui mos adhuc uestigium sui reliquit in ecclesia circa missam pontificis summi, quo celebrante, astantes à summo ad infimum sese mutuo osculantur, semper altero dicente: Pax tecum, respondet alter, & cum spiritu tuo.

De cons. dist. 2. c. tribus. c. omnis ho. c. omnis vtriusque de pœnit. & remiss.

Osculum pacis.

¶ Et quia amice adeo discipulos suos salutauit hic dominus, dicens: Pax uobis, recte hic ponderant doctores pacem illam Christi speciale quoddam esse pignus salutis ac uitæ. Quamobrem & angeli nato statim domino gratiã sublimis donationis huius adnunciârunt pastoribus, eã gaudio canentes: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Neq; id sane cuiquam mirũ uideri debet, quando quicquid in carne operatus est saluator noster, reconciliatio mundi fuit: cuius gratia & homo factus est, & tanta supplicia passus, & ad extremum turpissima morte mortuus, ut sic nos qui per peccatum iram dei ueneramus, illi rursus reconciliaret, iram suam auertendo. & pacem cum ipso mutuam nobis restituendo. Quo nomine à prophera futuri seculi pater & princeps pacis appellatur. & idem penè scribit Paulus ijs, qui ex gentibus uocati sunt ad Christianismum. Memores, inquiens, estote quod aliquando uos eratis gentes in carne. Nunc autem in Christo Iesu, uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. ipse enim pax nostra. ipse enim ueniẽs euangelizauit pacem uobis, quoniam per ipsum accessum habemus ad patrem.

Beda:

Luce. 2

Isaie. 9

Ephe. 2

¶ Multa hic de pace dici possent, quoniam pacem habere debemus cum deo, cum angelis & sanctis dei, pacem etiam cum conscientia nostra & proximis nostris. O cor inquietum & perpetuis procellarum fluctibus iactatum, eius qui in peccatis fluctuat demersus. O quàm uerum est, quod per prophetam dicit dominus, Non est pax impijs. Ille demum pacem ueram habet, cui peccata sunt tecta & remissa, cui deus est propitius & clemens, conscientia pacata & proximus bene conciliatus. Quomodo Paulus ad Philippenses scribens precatur, ut pax dei quæ superat omnem intellectum, custodiat corda eorum. Pax autẽ mũdi huius, ut non semper bona est, ita non raro nocet, sicut zelauit iustus pacem peccatorum uidens. Aut nonne pũtas multos qui temporali iam pace gaudent, efferri & luxuriantibus animis rebus plerunq; secundis, etiam bellum mouere & arma contra ecclesiam, aduersus sacramẽta dei, ipsumq; adeo deum & sanctos in cælestibus? Quid ita? inquies, quoniam nimium sunt fortunati, diuites &

Isaie. 48

Philip. 4.

Psalm. 72.

potentes, hinc libido, neglectus diuinorū, & lasciuia tanta. Quoniam plerunque ita fit, ut cum ualent optime homines, tum lasciuiant & peccent maxime. Cum quibus deinde sic eueniunt omnia, ut Moyses dicit: Incrassatus est dilectus meus, impinguatus, & recalcitrauit, incrassatus. dilatat⁹: dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo saluatori suo. Quanto satius erat & melius hominibus huiusmodi, pacem temporalem nunquam habuisse, ut in pace dei manerēt, sicut in libris Iudicum legere licet, quod deus in terra promissionis populos quosdam reliquit gētilium, quorum assidua infestatione Iudæorum exercerentur animi, neq; omnino elangueſcerēt ocio. Ita enim habet textus: Dimisit eos, ut in ipsis experiretur Israelē, utrum audirent mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Quamuis periculum est, ne & ea ipsa pax temporalis non satis futura sit diuturna, iuxta illud Pauli: Cum dixerint pax & securitas, tunc repētinus eis superueniet interitus: neq; uel minimum à carnalibus suis prædicatoribus adiuuabuntur, de quibus dominus per prophetam dicit: Quoniam ipsi deceperunt populum meum, dicentes, Pax pax. & non est pax.

Deut. 32

Nonnunquam bonum est, pace carere.

Judic. 3

1. Thes. 5

Iezech. 13.

3. ¶ Deinde dicit iterum discipulis, Ego sum. Ecce, proprio dei nomine seipsum uocat, sicut iam supra sæpe fecerat loquens Iudæis: quamobrem lapidare eum cupiebant. simulq; illos hic certos facit, se ueram ipsis pacem adferre, quoniam ipse sit. Neq; tamen incertum est, illis tum sermonem tum aspectum Christi fuisse notissimum: unde cum timore & horrore adficiebantur, merito consolatus est ipsos: Nolite, inquiens, timere. sicut & antea post cœnam dixerat, Confidite, ego uici mundum. Siquidem & ipse quem nihil later, ignarus nō erat quanto timore perculsi essent & commoti. sæpe igitur consolatus est eos, dicens: Non turbetur cor uestrum neq; formidet.

Johan. 8

Johan. 16

Johan. 14

¶ Sequitur in textu: Conturbati & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Quod hæretici, inquit Beda, Manichæi de Christo suspicantur, quod non erat uera caro, sed spiritus erat, hæc prima cogitatio surrexit in cordibus apostolorum. Crediderunt tamen apostoli Chri-

Beda.

stũ dum uiueret, uerum habuisse corpus, neq; carnem fictitiam: sed hoc tantum ipsis uidebatur creditu difficile, quomodo ille cum iam post triduum resurrexisset à mortuis, ueram adhuc carnem haberet. Sed Christus simul & illorum falsas reprimit cogitationes, & perfidum Manichæorum confutat errorem. Tu tamen caue animum inducas, ut credas omnes in hac sententia fuisse apostolos. utiq; enim Petrus id non sensit, cui iam ante apparuerat dominus: neq; illi duo, qui unà abierunt in Emaus: sed tãtum quidam alij exterriti, putauerũt spiritum se uidere, non aliter atq; tunc fecerunt, quando uidebant dominũ
Matth.14. prærereuntẽ se in mari, nanq; & tũc dixerunt, quia phantasma est. Sic etiam puella ista dicente Petrum astare præ
Actuũ.12. foribus, dixerunt alij angelum eius esse, insanam illam prædicantes quæ Petrum esse crederet. Ad eundem modũ etiam hodie quibus boni spiritus apparẽt, horrent, & exterriti uelut lupo priore uiso, consternantur, & summo adficiuntur stupore: tandemq; tamen ad se reuersi, gaudere rursus & lætari incipiunt. Sicut Moyses etiam & Paul⁹
Heb.12 attoniti, obstupuerunt, id ipso Paulo attestante, cum ait:
Exodi.19. Ita terribile erat quod uidebatur, dixit enim Moyses: Exterritus sum & tremebũdus. neq; enim aliter isti etiam cũ horrerent primulum, paulatim tamen ad se redierunt, & gauisi sunt. Sicq; quod hic Lucas commemorat, principio factum esse constat, quando perturbati sunt. Vicissim tamen post consolationem & uisionem domini contigit
Johan.20 quod Iohannes narrat: Quia gauisi sunt discipuli, uiso domino.

¶ Bene autem & circunspecte uir doctissimus ille Hie-
Hieronym. Emser. ronymus Emser, felicis memoriæ obseruauit hic quiddã contra neochristianos: dum admoner ex illo discipulorũ metu & trepidatione colligendum esse, quia & olim spiritus apparuerint hominibus. aliâs enim quomodo apostoli idipsum cogitare & uereri potuissent? Explodendus itaq; & omnibus modis uitandus error est hæreticorum, qui istos, nescio quomodo tumultuarios spiritus uocant, quando magnum est quod per hoc adsumunt uel potius adstruere conantur, quia purgatorium non credunt, omnes etiam historias abnegant & recusant credere, quæ

in apparitionibus spirituum tot modis, támque penè innumeris hominib us acciderunt. Stolidissimi ipsi utique & plane uesani h omines, qui dum apertę ueritati credere nolunt, sua mendacia obtrudere omnibus & persuadere cogitant. Neque mirum etiam quòd purgatorium negant, qui omnibus uniuersæ uitæ tum officijs tum actionibus uiam certam sibi ad inferos sternunt.

4. ¶ Vanam fálsámque istam discipulorum suspicionem iam deinceps dominus uerbis factísque reprehendit. Verbis quidem, cum ait: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? bene sane, inquit, ascendunt, eo quòd illæ non ueniebant desuper: sed ex humana formidine natæ, mentes eorum perturbabant. Factis autem, dum triplici externorum sensuum probatione ipsos ad sui cognitionem reuocat. dicit enim, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Neque interim sine causa manus suas & pedes potius quàm uultum quem æquè nouerant, eos uidere ac recognoscere iubet: ut uisis clauorum signis, quibus cruci erat adfixus, non solum corpus esse quod uidebant, sed ut ipsum domini sui corpus, quod crucifixum nouerant, intelligere possent. Beda.

¶ Atque ut magis adducerentur illud ita credere, corpus in su per suum iam immortale, mortalibus istorũ manibus palpandum exhibuit. Cuius rei mult quidem adsignari possunt ratiões, quibus iuuetur & confirmetur hominum deuotio. Certe enim manus ipsis suas ostendit, quibus tot & tanta operatus fuerat miracula in sanatione ægrotantium, sicut Dauid inquit: Dextera domini fecit uirtutem. Manus hæ nimirum illæ fuerunt, in quibus ipse signa charitatis & dilectionis erga nos suæ immensa conscripsit, sicut in persona sua propheta euangelicus dicit: In manibus meis descripsi te. Manus inquam istæ, quibus nos à morte eripuit, & è quibus nos neminem abripere posse professus est, dicẽs: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Quid multa? aut quid nos immoramur, referendo singula? Manus illas discipulis ostendit, quibus nos obtulit deo patri. Psalm. 117. Isaię. 49. Johan. 10.

¶ Cæterum quia teſtes ipſos reſurrectionis ſuæ facere & inſtituere uolebat, eos etiam adhuc certiores reddidit, inquiens: Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Ecce ut quàm maxime proprium dare poſſent ſuæ reſurrectioni teſtimonium, diligenter ipſos prius in omnibus inſtruit. Teſtem nanq; reſurrectionis dominicæ futurum etiam illum te-
Actuũ. 1 ſtatus eſt Petrus, quiſquis è duobus in locum Iudæ præ-
Actuũ. 2 uaricatoris ſubrogaretur. Sic idem ille Petrus in concione ſua ad Iudæos, Ieſum, inquit inter cætera, quem deus ſuſcitauit, cuius nos teſtes ſumus. Similiter deinde cum
Actuũ. 10. ueniſſet Cæſaream, dixit: Et nos teſtes ſumus omnium eorum quæ fecit. Et hæc omnia merito quidem: quoniam & ipſe dominus abiturus in die aſcenſionis ſuæ, ſic dixerat illis: Vosq; adeo mihi teſtes eritis in Ieruſalem, in lu-
Actuũ. 1. dæa, Samaria, & uſq; ad ultimum terræ.

¶ Sane ueraciſſimi illi teſtes extitere, qui quod teſtati ſunt, uiderant, audierant, palparant. ſicut ſanctus Iohannes maxima utiq; fiducia, auditores deinceps ſuos docuit myſteria fidei & ueritatis quæ ſequantur. ait enim, Quod
1. Johan. 1 fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ contrectauerũt de uerbo uitæ. Et infra: Quod uidimus & teſtamur, adnũciamus uobis. Quod ergo uerbis docuit Chriſtꝰ, idẽ plane factis exprimit, dũ manus eis & pedes oſtendit: utq; dubitatiõis uulnera ſanaret, uulnera ipſis ſua exhibet. Et nos igitur glorioſæ & ſuper omnia benedictæ reſurrectionis ſuæ participes facere dignetur, qui ipſe eſt benedictus in æuum. Amen.

ALTERA HOMILIA SVPER *Euangelium feriæ tertiæ Paſchæ.*

IPſa etiam nocte ſanctiſſima, quæ glorioſum diem reſurrectionis dominicæ inſecuta proxime eſt, dominus noſter Ieſus Chriſtus apparuit diſcipulis ſuis, illisque manus & pedes ſuos oſtendit, uulnera etiam & cicatrices monſtrauit, unde cognoſcerent illum in pro-

prio corpore resurrexisse, eodemq; plane, in quo passus fuerat. neq; tamen sic crediderunt, sed tantum præ gaudio admirati sunt & obstupuerunt attoniti. Quodq; sic ex apostolis quidam nõ crediderunt, factum est (autore Gregorio) dispensatiue, in utilitatem & eruditiõem nostram. certe enim istorum dubitatio nõ tam propria eorum infirmitas, quàm nostra futura firmitas fuit. Sic minus nobis, pfuit Magdalena quæ cito credidit, quàm Thomas dum diu dubitauit: qui eo ipso quòd in tanta ambiguitate etiam cicatrices uulnerum cõtrectauit, uulnera dubitationis à nostris cordibus amputauit. Et tamen aliquantulum ad meliorem frugem reuersi uidentur apostoli, qui quamuis tantæ maiestatis nouitatem nõ intelligebant, tamen iam admirari incipiebant, uidentes se pectoris sui imbecillitate credere nõdum posse. Verum hic nihil ambiguitatis mitissimus dominus relinquere uolens, insuper etiam post multam cõsolationem cum eis manducare dedignatus nõ est, ut sic corporali cibo corporis sui ueritatem efficacius cõmonstraret. Dixit ergo, Habetis hic aliquid quod manducetur? Nõ sane eo quærit, quòd ignoret quem nihil latet: sed ut per hoc, quòd isti cibum domino quem sane uerum credebant obtulerunt, ueritatem deinceps dominicæ resurrectiõis crederent. Et in hac re, inquit Beda, cauenda est hæresis stulta Cherintianorum, ne quis uidelicet puerilitèr desipiens, æstimet mediatoris dei & domini nostri corpus excitatũ à mortuis, sustentaculo eguisse ciborum. Sed neq; nos illo post resurrectiõem nostram indigebimus, sicut clarè testatur magnus ille futuræ felicitatis inquisitor & desiderator, quum ait: Ego in iustitia apparebo cõspectui tuo, satiabor quum apparuerit gloria tua. Quò pertinet & illud Philippi: Ostende nobis domine patrem, & sufficit nobis. Credendum igitur aduersus Cherintianos hæreticos nobis firmiter est, Christum post resurrectiõem suã nullo quidem ciborum indiguisse alimento: & tamen manducandi potestatem habuisse. Quamuis cibus ille nullum omnino sanguini præstitit alimentum, sed sicut guttula aquæ igni iniecta statim absorpta cõsumit, ita etiã cib⁹ ille à Christo mãducat⁹, uirtute ipsi⁹ dicto citi⁹ absumpt⁹ fuit.

Gregorius.

Beda.

Beda.

Psalm. 16

Johan. 14

¶ Vnde etiam colligit errasse Euticen, qui inter cætera putauit corpora post resurrectionem aëre & uento futura subtiliora, & quòd tangi om̃ino non possent, cum tamen CHRISTVS iam à resurrectiõe corpus suũ discipulis palpandum præbuerit. Itaq; & nostra corpora post resurrectionem quamuis subtilia erunt & agilia, eiusmodi tamen futura sunt etiã, quæ palpari possint & cõtrectari: quoniã in ueritate ueram & ipsissimam, ut sic dicã, corporis naturam retinebunt.

2. ¶ Ait illi, inquit euangelista, obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Iuxta literam quidem eis tanquam piscatoribus cibus hic magis erat familiaris: & quia idipsum quoque à domino didicerant, cum quo pisces mã-
Johan.6 ducare soliti erant. Quoad significationem autem, potest
c.21. ille piscis assus CHRISTVM ipsum designare, aut certe quemlibet hominem Christianum, qui tribulationibus & ærumnis uelut assat̃ ad ignem charitatis diuinæ & perfectæ fidei. Et quia imperfectam fidem habebant apostoli, recte etiam alteram tantum piscis partem, neq; to-
Eccl.24 tum domino piscem obtulerunt. Mel autem dulcedinẽ significat æternæ felicitatis, quomodo & Sapiens, Spiritus, inquit, meus super me dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Quamobrem pij homines, qui à lõge odorem mellis huius percipiunt, apes uocant̃. (Facile enim est latissime hic expatiari in theologia symbolica, quòd sacræ literæ pro magna parte uersantur in symbolis. Potest ergo uel mediocriter exercitatus duos aut tres sermones facere de piscibus, melle & fauo.) Dominus autem cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis, manducauit ille quidem, quia potuit, non quod indiguit:
Actuũ.10 & deinde ipsi etiam manducauerunt discipuli, sicut Petr⁹ dicit; Dedit eum deus manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducaui-
Beda. mus & bibim⁹ cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Ac bene quidem apostolis etiam nonnihil de pisce asso porrexit. quia enim piscis ille Christum designat, qui in aquis seu flumine natauit humanæ naturæ, captusq; est reti mortis nostræ, & assatus igne passionis suæ ac mortis. Vis scire quomodo discipulis quoq; suis de hoc pisce

præbuit, quando nimirum dixit ad illos, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Illos itaq; demum ad q- Matth. 20.
retem & uitam adſumit æternã dominus, qui hic propter deũ patientiam, tribulationem & perſequutionem ſuffer re non recuſant.

3. ¶ Poſt eſum corporis, ſalutari etiam eſca animos eorum paſcens, ſic dicit: Hæc ſunt uerba, quæ locutus ſum uobis, quum adhuc eſſem uobiſcum. Vbi per uerba, nõ ipa uerba, ſed quod uerbis deſignatur intellige: ſicut & Iſaias uerbum nullum dicit fuiſſe in domo eius, uolens Iezechi Iſaiæ. 39
am nihil non oſtendiſſe legatis regis Babyloniæ. Non erat, inquit, uerbum, id eſt, nulla res uerborum (forte ex Hebræo ubi דבר & rem & uerbum ſignificat). Ita hic do minus ait: Hæc ſunt uerba mea, hoc eſt, hæc ſunt, quæ uerba mea omnia ſibi uoluerunt & deſignârunt, quæ an tea de paſſione mea & morte loquutus ſum uobis. Ex ijs pleraque deſcripſerunt Matthæus, Marcus & Iohannes. Apud Matthæum enim aliquanto obſcurius quidem, ſed Matth. 16
ita tamen, ut intelligerent facile, prædixit eis ſupplicia quæ ſibi imminerent, adeo etiam ut commotus ijs uerbis Petrus, diceret: Abſit hoc à te domine, diſſuadere uolẽs illum ab inſtituto. Apertius deinde idem oſtendit eis Matthæi 20. & Marci 8. neque ſemel etiam in ultima Matth. 20
cœna, quomodo unus è duodecim ſe traditurus eſſet, quo Marci. 8
pacto alij inſuper omnes offendiculum paſſuri eſſent ex ſe una nocte, & quòd percuſſo paſtore, omnes diffugitu- Matth. 26
ræ eſſent oues. Atque ad extremum in ultima ſua con- Johan. 14
cione multis miriſq; modis, tum præmonere ipſos uolu- 15 & 16.
it, tum quibuſdam uelut armis inſtruere, quatenus in o- Johan. 14
mnibus tribulationibus, miſerijs, ærumnis, periculis & perſecutionibus eſſent paratiſſimi. Eaq; omnia hoc tandẽ uerbo cõcluſit, Hæc loquutus ſum uobis antequã fiãt, ut cũ facta fuerint, credatis,

¶ Simul atq; ergo dominus reſurrectionis ſimul & corporis ſui ueritate declarata, ex piſce aſſo nõnihil man ducaſſet, quod reliquũ erat, reddidit illis, dicens: Hæc ſunt uerba quæ loquutus ſum uobis, cum adhuc eram uobiſcum, ſcilicet in corpore mortali, quoniam oportebat impleri ſcripturas, ſicut duobus illis in Emaus euntibus

etiam dixerat in uia. Nanque & hic trium tantummodo ueteris testamenti partium commeminit, legis, prophetarum & psalmorum: in quibus quæcunque de ipso
Matth. 5. scripta erant, oportebat impleri, iuxta illud: Ne iota quidem minimum uel apex peribit ex lege, donec omnia fiant.

Beda. 4. ¶ Iam uero dominus postquam ad confirmandam resurrectionis suæ fidem seipsum uiuum discipulis præbuit, uerba exhortationis attulit, uestigia passionis non solum intuenda, sed & palpanda monstrauit: cum ipsis manducauit, ne quisquam calumniari posset, eum sensibus illorum impositisse, & tanquam phantasma fuisse. Nunc etiam scripturas adgreditur, ut omnem omnibus tum Iudæis tum gentibus auferat cauillandi occasionē: quoniam ut maxime discipulos (quod absit tamen uel dicere uel cogitare) uidendo & palpando fefellisset, eos tamen in scripturarum infallibili ueritate fallere non potuit: quoniam istæ de eo scriptæ fuerant, antequam nasceretur, aut natus quicquam pateretur. Et qui tandem scriptores illos informare potuerit, qui tot retro seculis ante eum de mortui fuerāt? Recte itaq; Lucas, Aperuit, inquit, illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat CHRISTVM pati & resurgere à mortuis.

¶ Oportuit inquam pati moriq; Christum, non quòd mortem quam sponte subibat, uitare non potuisset, absoAugu. lib. 13. de tri. lute loquendo: sed quoniam, ut inquit Augustinus, ex multis alijs modis liberandi hominis etiam possibilibus deo, hic unus conuenientissimus erat: quo ille infirmitati nostrę mederetur, eo quòd in isto summa dei misericordia summæ cōiuncta iustitiæ, sit manifestata.

¶ Ex sacris itaq; literis docuit dominus quod præterierat, mortem suam & resurrectiōem inde confirmauit. Iam uero quod futurum erat, porro eis adnunciat, quantum ad ipsos pertinebat, scilicet quòd in nomine suo prędicari deberet pœnitentia & remissio peccatorum in oēs
Actuū. 10 gentes. Idq; adeo deinceps impleuit Petrus, quum prædicaret & diceret: Quòd illi omnes prophetæ testimonium perhibent, accipere remissiōem peccatorum in no-

mine suo. Et iterum: Pœnitentiam agite, ut deleantur uobis peccata uestra. Cōmendat igitur hic ipsis officium prædicatiōis, simulq; quid omnino prædicare debeant, docet, & qui futurus sit prædicatiōis finis. utique enim nō priuatum cōmodum, nō fastus, nō liuor, sed pœnitentia & remissio peccatorum, id incipiendo quidem à Hierosolymis, sed tamen nō in sola Iudæa, uerum in oēs gentes. Actuū. 3

¶ Beda hoc etiam aduersus hæreticos exponit: Nō latret, inquiens, rabies hæreticorum de angulo. Toto terrarum orbe diffusa est ecclesia, omnes gentes habent ecclesiam, nemo nos fallat. Nihil nos Lutherani moueant, nihil perturbent nos Zuingliani. Nec quicquam audeant aduersus ecclesiam catabaptistę. à Ieruſalem illa iam olim cœpit, & creuit in uastū illū & immēsum orbem terrarū, unoq; ista iam gaudet deo CHRISTO illo Messia suo. frustra sunt omnia, quæ sibi in suis somniant hæretici cōciliabulis. Audi autem quid super hoc iam olim dominus per ꝓphetam dixerit: Ego dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea ab extremis terræ. In hoc sane & apostolis deinde cōmisit euangelium prædicare omni creaturæ. Sic Augustinus Donatistas quoq; eludit, qui putabant spiritum sanctum penes se tantum esse, quamuis & ipsi plurimas per uniuersam Aphricam habebant ecclesias. Ridet ergo & merito redarguit eos Augustinus, unde iste fastus eis & insolentia tanta, quòd se solos ꝓ uniuersali iactent ecclesia. Quid si iam Augustinus in hæc nostra rediens secula, nostrates uideat neochristianos? quid si eorum tumidam cōspiciat superbiam? qui ubi duas aut tres seduxerint ecclesias, suisq; perditissimis adiunxerint erroribus, statim tument, & turgidi elatiq;, totum sibi mundum cōciliasse uidētur, se solos Christianos esse gloriantur, totamq; se putant cōstituere ecclesiam. Impudentes & stolidi immensum & omnipotentē illum uniuersi mundi cōditorem ac redemptorem, ꝟsce angustijs includere uolunt & arctissimis suæ sentinæ cryptis. Nō sic, utique nō sic. Nōdum enim adsunt illa tempora, qbus hęreditas Christi quam accepit à patre suo, in istas angustias redigatur. Supersunt adhuc Christiani in ita- Beda. Isaię. 49. Matt. vlt. Augustin.

lia, Gallia, Hiſpania, Anglia, Scotia, Polonia, Hungaria, Græcia, Aethiopia, India, & Armenia. Hanc uniuerſam CHRISTI hæreditatem non ſeducent illi, utique fures iſti latrones & raptores. Quinimo ſicut hic CHRISTVS diſcipulis ſuis prædixit fore, ut in nomine ſuo prædicetur pœnitentia & remiſſio peccatorum, ita in hunc hodiernum uſque diem indulgentia peccatorum omnibus adnunciatur per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, q̃ eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Johan. 10

DOMINICA A FESTO PASCHAE PROxima, Euangelium Iohannis XX.



Luce. 24

IN illo tẽpore: Cum ſero eſſet die illo una ſabbatorum, et fores eſſent clauſæ, ubi erãt diſcipuli congregati propter metũ Iudæorum, uenit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Et cũ hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, uiſo domino. Dixit ergo eis Ieſus iterum: Pax uobis. Sicut miſit me pater, & ego

mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autē dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorū, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. uenit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Thoma, credidisti. beati qui non uiderunt, & crediderunt. Matth. 16 & 18.

HOMILIA PRIMA.

CHarissimi in CHRISTO fratres, hoc illud euangelium est aquilæ in sublime euolantis, sanctissimi scilicet Iohannis, qui quomodo non nouum & præ cæteris admirandum quid nobis adportet? Nos modo paulo diligentius exploremus & inquiramus, quid dilectus ille domini discipulus, qui & supra pectus

ipsius in cœna recubuit, in hac narratione sibi uelit. Cum sero, inquit, esset die illo una sabbatorum. Dies hic ipse fuit dominicæ resurrectiõis, in cuius mane apparuerat Mariæ Magdalenæ, & eidem deinde rursus cum alijs mulieribus, tãdem Petro. Quo die etiam cum illis duobus iuit in Emaus, ijsdem etiam sub uesperum reuersis domum, atq; alijs discipulis quæ uiderant, enarrantibus, tum demum hæc historia, de qua hic noster Iohannes, accidit.

Johan. 20
Marci. 16.

Vbi sciendum est, eandem esse apparitionem quam hic Iohannes describit, & cuius meminit Lucas, quum de pisce asso & fauo mellis manducasse dominum commemorat. Sicq; Iohannes, qui postremus ex omnibus scripsit euangelium, legens aliorum euangelia, quæcunq; omiserunt illi, suppleuit, & ueluti supplementum quoddam scripsit euangeliorum. Cum ergo sero esset, quæ nimirum hora est uespertinæ orationis, quo tempore ut plurimum pijs hominibus quondam apparere soliti sunt angeli, sicut in Daniele legimus, quia sub ipsa serotini sacrificij hora uenire cõsueuerit ad illum Gabriel, & exposuerit ei uisiões. Quomodo ad Mariam quoq; idem angelus eodem tempore aduentasse creditur.

Luce. 24

Daniel. 9

Luce. 1

¶ Sed hic clausæ erant fores, ubi erant discipuli propter metum Iudæorũ, eodem plane in cœnaculo, in quo cum ipsis Christus cœnauerat ultimo in mõte Sion. Quã quidam putant domum fuisse Lazari. Ibi ingressus est dominus. In quo omnipotentia illius designat, qui clausis etiam ædium foribus ingredi potuerit, quod sane naturam rerum superat, ut duo corpora in eodem sint loco. Id igit quum possit deus, quõ nõ facere poterit etiam, ut idem corpus in plurimis sit locis, sicut in sacramento Eucharistiæ fieri credimus omẽs? Theophylactus uult eum ideo clausis apparuisse foribus, ut ostẽderet illis, quòd ita etiam cõcluso surrexisset sepulchro, suprapositio lapide. Et recte quidem expectauit uesperum, ut plures tunc cõuenirent discipuli, qui interdiu ob metum Iudæorum dispersi, alij alibi latitabant. Quo ad literam, clausæ fuerunt ianuæ propter metum Iudæorum, & tamen eius q̃q; rei rationem & significationem aliquam doctores adferunt: ac primum quidem illam, ut hinc nos discamus

Theoph.

Beda.

tempore deuotionis amouere omne impedimentum impetus & tumultus, ne distrahatur spiritus ab officio & intentione. sic nos orare uolentes iussit CHRISTVS ingredi cubiculum atq; illius quoq; ianuam claudere, ut tũc demum exaudiamur à domino. Deinde ne etiã à contemplatione auocetur animus per strepitum & externorum sensuũ uanitatẽ, qñ facile adfectus à pietate distrahitur, dũ se turpia offerunt, & uana quædam ac lasciua, ipsum statim auditum suo pruritu titillantia. Quomodo etiam deus per Isaiam dicit: Vade populus meus & intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, absconde modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea. Præterea ad literã quoq; intelligẽdo, constat discipulos clausisse fores, si quando cõuenirent oratum seu meditatum, propter nonnullos tum ex Iudæis animaduersores, tum falsos Christianos, de quibus Apostolus dicit, Titum nõ esse coactum circuncidi propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in CHRISTO IESV, sicut nunc quoq; inter Christianos usu uenire solet. Venit ergo ad discipulos suos dilectissimos dominus, sicut promiserat eis: Vbicunque duo aut tres congregati fuerint in nomine suo, ibi se medium fore. Et deinde post cœnam: Vos quidem nũc tristitiam habetis, sed ego iterũ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ. Et rursus: Iterũ ueniã ad uos, & adsumam uos ad meipsum.

Matth. 6.
Isaię. 26
Gala. 2
Matth. 18
Johan. 16
Johan. 14.

2 ¶ Stans autem in medio illorum, salutauit eos, & dixit: Pax uobis. Hunc ipsum salutandi modum in usu habuerunt Iudæi, ut dicerent inter se: Shalom lecha, Pax tibi. Docuit idem discipulos suos CHRISTVS, & iussit, ut in quamcunque domum intrarent, primum statim dicerent, pax domui huic. Ita sane hic quoque dominus pacificum uolens ostendere ingressum suum, dixit: Pax uobis. Pacem hanc omnes habere debent Christiani, pacem inquam in CHRISTO, in conscientia quisque sua, in gratia dei & gloria. Hinc etiam lex (inquit Cyrillus) quædam ecclesiæ tradita est. in sanctis enim congregationibus hoc sæpius ad inuicem dicimus: Quia pacem ad nos & ad deum habere, fons & origo bonorum

שלם

Matth. 10

Cyrillus.

omnium est. Ita sane usurpauit etiam Paulus, ita Isaias: Seruabis pacem, quia in te sperauimus. Vsque adeo igitur decuit, ut sic CHRISTVS salutaret suos, quoniam solus ille pacis largitor est uerus, qui & testimonio scripturæ ipsissima pax est. Magnum fratres & salutare quiddã pax est, quam deus ipse quotidiano instinctu nobis inspirat, iuxta illud Dauidis: Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Pacem ipse etiam CHRISTVS docuit in terra, iubens suos pacem habere inter se mutuo. Moriturus quoque iamiam, pacem illis suam dedit, & pro memoriali reliquit. Quumq; resurrexisset, prima statim salutatione pacem apostolis adnunciauit. Pacem illam gentibus quoq; per apostolos suos prædicauit, teste Propheta: Pacem loquetur gentibus.

Isaię.26

Psalm.84.

Marc.9

Iohan.14

Iohan.20

Zach.9.

¶ Et profecto res eximia, sancta, præclara, maximeq; salutaris pax illa est, quantumuis rarissima hoc præcipue seculo, in uniuerso etiam Christianismo. Quantum præstaret, quantúmque referret nos pacem fouere sedulo, ut sic plus gratiæ consequeremur à deo? Certe enim uerum est illud Augustini, quòd qui seruat pacem cum proximo suo, ei trinitas tota cum uniuerso exercitu cælestium benedictionem confert. Hinc Dauid dicit: Ecce quàm bonũ & quàm iucũdum, habitare fratres in unum. Quoniam illic misit dominus benedictionem & uitam usque in seculum. Vbicunque ergo pax, ibi deus est: ubi contentio & discordia, ibi diabolus. Tantum autem est bonum pacis, ut ea etiam hospitio excipiat CHRISTVM, testante Paulo, sedulo utique illo ad sectandam pacem exhortatore, quum ait: Habere pacem, & deus pacis erit uobiscum. O deum immortalem, si uere Christiani essemus, non tot essent inter nos bella, dissidia, contentiones, homicidia, odia, inuidiæ, & quid denique non? omne penitus malorum genus. Verum non est qui uelit alteri obsequi, & nonnunquam cõdescendere ex amore dei & pacis: sed qsq; sibi iudex esse cupit, nec cuiquam propter deum remittere noxam. Hinc, hinc nimirum tanta malorum congeries in mundo, hinc tot scelera, hinc tam infinita incumbunt regnis, regionibus, oppidis, peneq; uicis & uicinijs

Augustin.

Psalm.132

2.Corin.13

omnibus incommoda & damna. Sed hic tu mihi audi Sapientem: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus: Concordia fratrũ & amor proximorum, uir & mulier bene sibi consentientes. Quisquis enim animo & adfectu Christiano uere dimittit proximo suo, nec cum ipso quicquam contendit, omnia deo offerens, is demum & hic pacis commoda sentiet, & illic æternum remunerabitur à deo, iuxta illud Mosaicum: Mihi uindictam, & ego retribuam. Sic qui deo honorem dat, deferens beneplacito illius, iste uicissim honorẽ apud eum merebitur. Vos itaque hic dilectissimi, per deum immortalem ipsiusq; adeo nomine admonitos uolo, uiuite pacifice, pacem sectemini cum omnibus: neminem uobis temere male conciliatum reddite, ne sitis obsecro tam contentiosi, atque ad pacificandum improbi adeo & cõtumaces, ut ethnici, nec uobis uindictam & ultionem in omnibus sumite. Mementote Christianos esse uos. ad animum reuocate, quod oratis quotidie, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Multum magnúmque hoc est, beneplacitum deo & acceptum: ideóque tibi eo magis erit propitius, & peccata clementius dimittet, secundum quod dixit: Si dimiseritis hominibus, dimittet uobis etiam peccata uestra pater uester, qui in cælis est: quia quacunque mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Estote igitur pacifici, quoniam pax illa uobis corpore & animo bonisque etiam externis plene redundabit. Aut quid inde tibi commodi, si tibi etiam omnes homines inuisos & pessime conciliatos reddideris, unde non raro tamen plus ipse tibi, quàm inimicis tuis noceas? taceo detrimentum corporis & ualetudinis, quod immensum inde prouenit, autoribus medicis. Audite benignissimam IESV CHRISTI salutationem, quum dixit: Pax uobis. Vos quoque agnoscite CHRISTVM, credite illum in medio uestrum stare & dicere, Pax uobis.

Eccl. 25.

Deut. 32 Roma. 12

Matth. 6.

Matth. 7

3. ¶ Quumq; iam salutasset illos dominus, ostendit eis manus & pedes: quoniam exterriti erant, nimiumq; trepidabant, rati phantasma se uidere. istámque suspicionem falsam declinare uolens dominus, manus atq; pedes osti-

dit eis & clauorum uulnera, ut sic cognoscerent idem illud corpus resurrexisse, quod clauis & lancea perfossum
Gregorius. fuerat. Qua in re duo mira & iuxta humanam ratiõem sibi ualde contraria ostendit, dum post resurrectionem corpus suum incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur. Verum id omne miraculose & uirtute tantum diuina factum est. Quapropter ne innitatur ratio nostra naturæ, sed potius magnificet & laudet immensam illam uirtutem dei creatoris. Sane igitur intelligendus est Gregorius. Tu uide doctores.

¶ Monstrauit illis dominus manus suas, hoc est, uulnera manuum simul & pedum, ac cicatricem uulneris in latere: & gauisi sunt deinde uiso domino, qui antea perturbati fuerant & tristes, etiam ex aspectu domini, dum putarent phantasma uidere se. Verum uulnerum cicatricibus uisis, quantum prius ex morte domini cõtristati fuerant, tantum iam rursus gaudebant & exultabant. Aut quis non gestiret etiam præ gaudio, spectaculum uidens pietatis & misericordiæ? Manus igitur ostendit eis cruci adfixas clauis præacutis, & extensas: pedes quoque & latus sanctissimum tãto erga genus humanum pietatis uulnere tactum, ut cor etiam ipsum lancea transfodi sineret, in euidens charitatis suæ & dilectionis signum. Ecqs ergo non lætetur tot & tanta conspiciens amoris pietatisq; insignia? Sane em impletum est hic illud prophetæ
Isaię. 60 uaticinium: Tunc uidebis & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.

Cicatrices Christi. 4. ¶ Hinc uero & nobis ratio patet, quur dominus etiam in glorificato corpore uulnerum suorum retinuerit cicatrices. Primum nanque ideo seruauit, ut uulnera illa suis mõstrans discipulis, ipsorũ sanaret infidelitatis uulnera. Quamobrem etiam Thomæ dixit:
Johan. 20. Mitte digitos tuos in loca clauorum, & manus tuas in latus meum.

2. Deinde etiam ideo retinuisse creditur, ut deo patri ostendere queat, quæ & quanta pro nobis sit passus supplicia, si quando secundum humanitatem suam pro no-
1. Johan. 2 bis deum precatur, sicut ait Iohannes, Aduocatum ha-

bemus apud deum patrem dominum nostrum IESVM CHRISTVM iustum,& ipse est propiciatio pro peccatis nostris.In hoc etiam nos clamamus ad deum,Respice domine in faciem CHRISTI tui,ò deus adiutor & protector noster.Idem pulchre inducit Bernardus,dicens: Per Mariam securum habemus accessum ad filium dominum Iesum,& per filium accessum ad patrem. Mater ostendit filio pectus ubi requieuit CHRISTVS, & hubera quæ suxit:filius ostendit patri latus & uulnera,quæ propter hominem passus est. Nulla itaq; hic esse potest petitionis repulsa,ubi tam & multa & omnino dignissima sunt charitatis & pietatis argumenta. 3. Ad hæc ideo factum est, ut sic CHRISTVS iustis & sanctis suis ostendere possit, quæ pro ipsis sit passus: & quàm misericorditer eos redemerit morte sua propria,quomodo in Threnis legimus: Spiritus oris nostri CHRISTVS dominus, captus est in peccatis nostris:cui diximus,in umbra tua uiuemus in gẽtibus. 4. Præterea in hoc seruauit dominus cicatrices uulnerum, ut eas tandem monstrare queat damnatis,ad adgrauandam eorum ignominiam & damnationem, ut hic uideant quàm iuste damnentur. uidebunt enim iuxta Zachariam hic illum, in quem pupugerunt. Et iterum dicet ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicet,His plagatus sum in domo eorum, q diligebant me. Ita peculiariter dominus malis & damnatis ostendet uulnera sua in die nouissimo,quod & Iohannes cognouit, dicens: Videbit eum omnis oculus,& qui eum pupugerunt.Eaq; penè sententia Bedæ est. 5. Adhuc aliam adfert rationem Ambrosius, dicens: CHRISTVM in hoc sibi perpetuum reseruasse trophæum,nõ secus ac miles aliquis & bellator aliquis egregius,q ex uulnere pro patria pugnando fortiter susceptο,malit chirurgicum ita se curare,ut reliqua maneat cicatrix, quàm ut plane consolidet & adunetur cutis,ut sic cicatrix euidens sit fortitudinis & probitatis signum.Hoc enim Germanorum,quoꝝ multa præclara extant & fortia facta, etiã testant historiæ,de quodam uiro nobili & forti, Dapifero Henrico à Vualtburg: qui pro Romanorum rege Philippo duce Sueuorum, Bambergę uulneratus est.cicatri-

Psalm. 83.

Bernard.

Thren.4.

Zacha.12. & 13.

Apoca.1

Ambrosi⁹.

ceḿq; quam pro domino suo susceperat, per omnem uitam cum magna gloria gerebat. Sic plane CHRISTVS uulnera sua pro nobis susceptа cælo inferre maluit, abolere noluit, ut deo patri precia libertatis nostræ ostenderet. Talem sibi pater ad dexteram locat, trophæum nostræ salutis amplectens. Quæ ratio est, cur martyres quoque sancti uulnerum & suppliciorũ suorum cicatrices habituri sunt in æterna patria. Nos deum suppliciter oremus, quatenus ille nobis gratiam suam donare dignetur, ut & nos post resurrectionem nostram læti aspiciamus cicatrices sanctissimorum uulnerum Christi, sićq; lætissimam illam audire mereamur sententiam benedictionis & felicitatis æternæ, Amen.

HOMILIA SECVNDA SVPER

Euangelio dominicæ primæ post festum glorioſiſſimæ reſurrectionis Chriſti.

IPso adhuc dominicæ resurrectionis uespero, apparuit dominus discipulis suis, & salutauit eos, dicens: Pax uobis. Deinde ostendit eis manus & pedes, atque gauisi sunt. Iterúmque salutauit eos, Pax uobis, inquiens, quæ sane iteratio quædam confirmatio est, autore Augustino, cuiusmodi & illud propheticum est, Faciet pacem mihi, Pacem faciet mihi.

Augustin.

Isaię. 27

¶ Diuus Chrysostomus alium hic ordinem instituit, dicens: Quum bellum implacabile cum Iudæis haberent, pacem eis dicit, ut parem bello consolationem adferat. Vicissim ergo uiris propter bellum pacem, mulieribus propter mœrorem lætitiam adnunciat. Alij uolunt eo CHRISTVM bis illis pacem nũciasse, quòd geminam passuri essent persecutionem, à Iudæis uidelicet & gẽtibus. Sunt rursus qui id ideo factum putant ad designandum geminam esse pacem, aliam hic in terris temporalem, aliam in cælestibus æternam. Quò pertinet quoniam

Chryſoſt.

& episcopus inter celebrandum bis salutat astantes hoc uerbo, Pax uobis. Pacem illam hic in gratia & isthic in æterna gloria agnoscere uere nemo potest, nisi qui & experitus est. siquidē nec requies neque pax est impio & peccatori, cum cor impij sit instar maris ebullientis & effer uescentis assiduo. Isaię. 57

2. ¶ Deinceps ait illis, Sicut me misit pater, ita & ego mitto uos. Quæ uerba Augustinus omnia secundum humanitatem Christi, qua ille mediator est dei & hominū, ab eo uult esse dicta, ita tamen, quòd etiam filius dei secundum diuinitatem missus sit à patre, quoniam ipse dixerit: Exui à patre, & ueni in mundum. Quomodo Apostolus etiam dicit, quia misit deus filium suum factum ex muliere. Atque ideo beatus Augustinus quoque in alio loco fatetur filium etiam misisse seipsum in hunc mundum. Quod uel maxime mouere debet uiscera cordis nostri erga immensam illam misericordiam dei: qui quomodo gratiam nobis conferre potuisset maiorem, quàm quòd filium suū unigenitū misit in hunc mundū, ut seruos iā tū peccatis deperditos redimeret? Augustin. lib. 15. de trinit. & uult. sup. Johā. Johan. 16 Gala. 4 li. 2. de trinitate.

¶ Sicq; concors illa iam doctorum omnium sententia est, quòd filius dei à patre simul & spiritu sancto missus est, idq; adeo in sacris literis fundatum est firmissime, sicut etiam Isaias inquit: Spiritus domini super me, eo quòd unxit me, ad prædicandum pauperibus misit me. Istud enim prophetæ uerbum de CHRISTO intelligendum esse, uel ipse CHRISTVS satis confirmauit, dum in synagoga aperto libro legens illud, diceret: Hodie impleta est scriptura in auribus uestris, sicut eundem textum super hoc inducit Ambrosius. quod tamen fortius adhuc confirmat Augustinus ex isto prophetico, Nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Isaię. 61 Luc. 4 Ambros. li. 2. de spiritu sctō. Augustin.

¶ Et quia persona filij dei etiam iuxta diuinitatem mittatur, etiam Gregorius hic probat, eo quòd spiritus sanctus, qui quum sit coæqualis patri & filio, licet incarnatus non sit, tamen missus est. sicut se filius eum missurum est pollicitus, dicēs: Quum uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis à patre. Et infra, Quum abiero, Isaię. 48 Gregor. Joh. 15. 16

mittam uobis eum. Idcirco mitti non semper est incarnari, quoniam & spiritus sanctus mittitur. Plura tamen de missione filij dei & spiritus sancti uide in homilijs Pentecostes.

3. ¶ Verba hæc, sicut misit me pater, communiter sic intelliguntur, quasi diceret: Ad illud ad quod me pater misit, & ego uos mitto, hoc est, ad patiendum, ad laborandum, ad plantandum. Quod etiam Glossa uult. Gregorius sic explanat, Sicut misit me pater, id est, ea charitate uos diligo, cum inter scandala peccatorum mitto, qua me charitate diligit pater. Et quamuis ille meus me diligit pater, tamen ad tanta sufferenda supplicia misit, sicut scitis ipsi: ideoq; & ego ex charitate uos mitto, non quidem ad hæc uana gaudia mundi, sed ad patiendum inter scandala peccatorum, quemadmodum antea eis dixerat. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Exponi etiã sic potest, quasi consolaretur eos, sic dicere uolens, Habete fiduciam: quia sicut misit me pater, & ego in quem ueni, uici mundum, ita & uos uictores abibitis. Estote fortes & bene cõfidite. Sic ille eorum erigit animos, & suam simul apponit autoritatem, siquidem suũ eis relicturus erat ministerium: & quum nõdum rogasset patrem, sua autoritate eis potestatem præbet. Concordat cum ijs Theophylactus, & sic omnes illi sensus spiritui sancto cõueniunt & consentiunt.

Glossa. Gregorius. Matth. 10 Johan. 16 Chrysost. Theoph.

¶ Cyrillus uerba hæc præclare interpretatur, & ita plane ut quod ille dicit, cuiq; Christiano multum sit animaduertendum. Vult enim Christum hic prima uerbi huius parte semet ostendisse apostolum esse dei patris. apostolus autem idem est quod nuncius siue legatus. Ait ergo: Sicut misit me pater. Ecce & Christus legatus est, missus à patre apostolus apostolorum. Vis planius adhuc scire, quõ ille apostolus sit dei, & quare in mundum hunc missus uenerit? En ipsum sic ingentem, Ego de cælo descendi, nõ ut facerem uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et iterum, Nõ ideo misit deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut mundus saluus fiat per ipsum. Apud Matthæum quoque, Non ueni, inqt, uocare iustos, sed peccatores. Quid multa? in Iohanne etiam cibum sibi hũc esse

Cyrillus. Et Chrũs apost. est. Johan. 6 Johan. 3 Matth. 9. Johan. 4.

ait,ut faciat uolũtatem eius qui miserat ipsum. Et rursus, Sicut me misit uiuens pater, ita & ego uiuo propter patrem. Et alibi, Qui me misit, mecum est. Ex quibus locis omnibus satis manifeste euincitur apostolatus Christi, & quare missus sit in hunc mundum saluandum, & ad uocandos peccatores, simulq; uoluntatem dei impleturus. Hic ille nimirum altissimus noster apostolus est Christus, ut iam recte omnino dixerit, Sicut misit me pater. Tu inter cætera obserua quod iam dixi, cur in hunc mundum aduenerit Christus. Johan. 6 Johan. 8

4. ¶ Sequitur, ita & ego mitto uos. Quemadmodum Christus apostolus est à deo patre in hunc mundum missus ad populum Iudæorum, ita ille uicissim apostolos misit in orbem uniuersum. Nanq; iis uerbis doctores ordinauit & diuinorum mysteriorum ministros, quos ut luminaria ad illustrationem non Iudæorum regionis solummodo misit, quę iuxta legalis mandati mensuram à Dan usq; Bersabee patebat, sed uniuersum terrarum orbem illuminare iussit. Et quãuis illos iam antea uocauerat sæpius, ut post baptismum suum quando ad se uocauit Andream, Petrum & Philippum, & in piscatura, & quando uidebat piscatores reficientes retia, sua, & cum primis cum eos conuocaret, & duodecim constitueret apostolos, in dignitatem apostolatus eos euehens, (ut in homiliis de apostolis) attamen hic demum apostolicam illorum confirmauit dignitatem, potestatem & honorẽ: quoniam hic uocauit eos ad glorioſum illud apostolatus officium, ut sic tandem commotum orbem firmarent sustentacula eius facti, sicut Dauid dicit, Ego confirmaui columnas eius. Et hoc est quod hic Christus ait, Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos, declarare per hoc uolens immensam illam apostolatus dignitatem, officiiq; simul & potestatis magnitudinem. Præterea etiam iis uerbis docentur apostoli, qua uia dominum in omni uita sequi debeant. Tu p̃ omnibus diligẽtius ibi hoc obserua, q̃ apostolos suos misit Christus. aliãs enim nihil omnino uel potestatis uel officij uel dignitatis & honoris habuissent, si uocati non fuissent, iuxta illud Pauli: Quomodo prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euan- Cyrillus. Josue. 15. Johan. 1 Luc. 5 Mat. 9. 10 Luc. 6 Marc. 3 Cyrillus. Psalm. 74 Roma. 10 Nahum. 1

Heb. 5. gelizantium pacem, prædicantium bona? Et ad Hebræos, admonet neminem sibi sumere debere honorem, nisi à deo uocatus fuerit ut Aaron. Vbi uideant neochristiani isti & contemplentur suos pseudo prophetas & animicidas. Obseruēt diligēter à quo missi sunt. Vtiq; eñ nō eos misit deus pater, qui filiū suū misit, nō filius ipse Christus, qui apl'os misit, neq; apl'i, q episcopos & presbyteros miserūt. Quid igitur reliquū est, nisi à diabolo patre missos eos esse? Qñ profana laicorum potestate freti, intrudunt sese aduersus omnē ecclesiasticam ordinationem, ab ipsis iam inde apostolorum temporibus in hæc tempora usq; profectam. Sicq; nunc demum in istis impletur, quod dominus prædixit per Ieremiam, dicentem: Non mittebam eos, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Quandoquidem igitur Lutheranorum, Zuinglianorum, & Catabaptistarum prædicatores ut plurimum missi non sunt à deo, neq; à magistratibus legitimis, sed propria tum temeritate, tum præsumptione immiscent se, sibiq; ipsi sanctum illud sumunt prædicationis officium, ad quod uocati non sunt: ideo non uera ianua ingrediuntur ouile Christi, sed aliunde ascendunt: quid ergo restat nisi ut fures sint & latrones? fures quidem, eo quod honorē temporalē & omnia bona mundana inique sibi adrogant, homines'q; simplices sub fuco & prætextu euangelij decipiunt: latrones autem, quia molossi & uenatici canes diaboli, animas'q; hominum perdunt & in æternam seducunt damnationem. Proprie itaq; hic Christus fures commemorat, & latrones qui laniant occisos. id eñ utrunq; faciunt hæretici, qui dum furantur simul & latrocinantur, ecclesiam dei contemnunt, ministros eiusdem & prælatos calumniantur: nihil nec publice neq; priuatim dicere possunt, nisi in iniuriam & contumeliam cedat summi pōtificis, episcoporum, sacerdotum & monachorum, aliquando etiam principum. Quæ nimirum misera hæreticorum est laniena, in qua latrocinia sua exercent aduersus manifesta scripturarum noui ueteris'q; testamenti argumenta, & ipsam adeo ordinationem diuinam. Non hoc fecerunt apostoli, columnæ & fulcimenta ecclesiæ: quia non secus atq; Christum misit pater, ita

Neochristianiintrusi.

Ieremi. 23

Johan. 10.

Hæretici.

uicissim Christus apostolos misit in spirituale ædificationem ecclesiæ, atq; ideo eis hic regimen contulit ecclesiæ catholicæ. Nos quoque profusis precibus dominum deprecemur, ut in eadem sic uiuamus præsidijs gratiæ suæ adiuti, ut tandem uitam consequamur sempiternam.

AMEN.

HOMILIA TERTIA DOMINIcæ primæ post festum Paschæ.

DOminus noster Iesus Christus, post lætissimam illam suam resurrectionem, apparuit discipulis suis: salutauit eos, & pacem precatus est illis, manusq; & pedes ostendit eis & dixit: Sicut me misit pater, ita & ego mitto uos. Deinde insufflauit in eos, & dixit: Accipite spiritum sanctum. Quum iam, inquit Cyrillus, ingenti apostolatus dignitate insignes atque illustres discipulos fecisset dominus, & sacros mysteriorum gubernatores ordinasset, proprio eosdem spiritu quem sufflans dedit, confestim iam sanctificat. Qua re significare uoluit, nosq; docere, spiritum sanctum tertiam esse in diuinis personam. Plane enim insufflando declarauit spiritū sanctum non patris solius esse spiritum, sed & suum, idq; contra Græcos, sicut idem etiam in alio loco dicit: Ille clarificabit me, quia de meo accipiet. & per prophetam iam olim hoc ipsum insinuârat, Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Cyrillus. Augustin. Johan. 16 Isaię. 57

Non est tamen quod inepte sibi persuadeat quisquam, aut cogiter ipsum flatum Christi, spiritum sanctum fuisse, qui signum spiritus sancti tantum fuit, non secus ac columba, in cuius specie apparuit ille in baptismo Christi, aut nubes ista lucida quę uisa est in transfiguratione dñi, atq; linguæ igneæ quæ apparuerūt super apostolos dispartitæ. Ad eundē nanq; modum plane hic etiam afflatus ille Christi signū extitit, in quo dat⁹ est spūs sanctus. Idipsum igitur signo expressit exteriori, q̄d intus operabat in cordibus eorum. cuius rei simule habemus exemplum, Matth. 3 Matth. 17 Actuū. 2

Gene.2 quando deus inspirauit spiraculum uitæ. & factus est inde homo in animam uiuentem. ita enim iam inspirauit mentibus apostolorum, ut essent spiritus uiuus per exhibitionem sacramentorum.

Cyrillus. 2. ¶ Ostendit autem, inquit Cyrillus, hinc necessario spiritum illis dandum esse, qui ad apostolatum mittuntur: causam etiam subaperit, quoniam nec poterant ea facere quæ deo placerent, nec peccatorum effugere laqueos, nisi superiorem induti uirtutem, ad diuinum animi robur firmentur. Eius quoq; argumentum habemus in historia Regum, quando Samuel dixit ad Saul: Insiliet in te spiritus domini, & prophetabis, & mutaberis in uirum alium. Quod si igitur per spiritum sanctū Saulem deus transformauit in uirum alium, cum iā rex fieri deberet, quanto magis opus fuerat per spiritum sanctum confirmari apostolos, qui iamiam facti apostoli, p omnem terrarum orbem euangelium prædicaturi erāt, magistri regum & principum effecti.

1.Reg.10

¶ Ita idipsum testatur Paulus, qui dum apostolatus sui mentionem facit, se'q; præ cæteris laborasse dicit, addit:

1.Corin.15 Non ego, sed gratia dei mecum. Atq; hoc etiam inde colligi potest, quoniam si nemo dicere ualet (teste Paulo) dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, quanto magis apostoli intellecturi non erant immensa illa & profundissima mysteria Christi, uel eadem alios recte edocturi, nisi gratia spiritus sancti tum adiuti tum confirmati fuissent, in ijs'q; intellectum humanū multis modis excedunt & superant? Id'q; adeo iam olim præsignatum fuit in ueteri testamento, quod umbram tātum habuit futurorum, in ipsa sacerdotum consecratione. primum enim Aaron & filij sui lauabantur, deinde sacrificabatur & immolabatur aries, cuius sanguine sacerdotis extrema inungebatur auricula, & pollex manus dexteræ, maior'q; digitus pedis. Quod uti'q; designauit mysteria Christi, cuius tum aqua tum sanguine sanctificamur: per aquam quidem baptismi, sanguinem uero quem in passione sua, tandem'q; ea ipsa qua & mortuus est cruce, pro nobis effudit. Ipse igit' Christus, aries ille est sanctificationis: quoniam ipse etiā ministros suos perficit tunc, cum spūm eis suū infundit.

¶ Et quia multa sunt, circa quæ ambigere hic aliquis posset, ea quoq; omnia nobis hic ueniunt dissoluenda. Principio autem dicat quis, Quomodo hodie spiritū sanctum dederit apostolis Christus, quem iam dudum dedit eis, cum ad officium mitteret prædicationis. sic em̄ ait Matthæus: Cōuocatis duodecim discipulis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Id aūt sine spū sancto fieri nō potuisset. Quod si igit̄ spiritū sanctum tunc acceperunt, quo mō eis etiam iam dederit? Deinde qui tandem fieri potuit, ut hic spiritum sanctum dederit apostolis, cum tamē dixerit apud Iohannem, Expedit uobis ut ego uadā. nisi enim abiero, paraclꝰtus non ueniet: sin autem abiero, mittam uobis eum? At nondū abierat ille ante ascensionem suam. Quō ergo spiritum misit cōtra suum ipsius promissum, quando euangelista dicit spiritum missum adhuc non fuisse, quoniam Christꝰ clarificatus nondum fuerat? Sed hoc quia tam de resurrectione quàm ascensione Christi intelligi potest, missum facimus. At illud prius autem respondemus, spiritū sanctum à Christo discipulis suis bis esse missum: primo, contra aduersariam potestatem ad expellendos dæmones & curandos ægrotos: quod sane spiritus sancti donum extitit tantum, ut etiam in nomine Iesu dæmonia eijcerent, qui Christi discipuli nō erant: quo nomine Iohannes ad dominum ueniens dixit: Magister, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui tamen nos non sequitur. Secundo spiritus sanctus à Christo datus est apostolis in potestate remittendi peccata, idq; die sancto paschę factum est. Vtrunq; autem illud adhuc in usu retinet ecclesia, alterumq; repræsentat in exorcistis: & quando sacerdos in oratione sua super eos quos baptizaturus est, precatur diuina uirtute cohiberi arceriq; diabolum, quo minus impediat in baptizando gratiā sacramenti.

Matth. 10
Lucę. 9

Cyrillus.

Johan. 16

Johan. 7

Lucę. 9

Marci. 9
Actuū. 19.

¶ Alteram uero potestatem etiamnum ecclesia obseruat in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum. Et quia utraq; hæc potestas membris Christi necessaria hic est super terram, ideo bis spiritum sanctum adhuc in terris uiuens Christus dedit apostolis. Atq; diligē

ter hic obserua, quoniam sicut priorem illam potestatem CHRISTVS dedit discipulis suis adhuc mortalis existēs, ita eadem etiamnum hodie in ecclesia usurpatur penes catechumenos, eos scilicet, qui quum baptizati nondum sint, in fide tamen iam paulatim erudiuntur. Sacramentum uero pœnitentiæ, remissio peccatorum ex efficacia absolutionis & ui clauium cum nemine exercetur efficaciter, qui non à peccatis resurgit per contritionem ueram & plenam confessionem. Atq; ideo Christus discipulis suis spiritum sanctum in hac potestate demum post resurrectionem suam dedit.

4. ¶ Quomodo autem à Christo datus sit spiritus sanctus die paschæ & pentecostes cum certo discrimine, difficilis omnino locus est, inquit Cyrillus, & facilis rursus: cum non hominem nudum, sed deum uerum hæc & fecisse & dixisse cogitam⁹. Et principio quidē Chrysosto. dicit q̄sdā in ea esse sententia, ut putēt Christū non dedisse hic spiritū apostolis, sed idoneos ad eū accipiendū per insufflationē reddidisse. Eodem recidit illud Theophylacti uerbum, cum ait: Insufflat & dat eis spiritū sanctum, non perfectū donū patris nunc eis tribuens (hoc enim in pentecoste daturus erat) sed ad susceptionē spūs eos idoneos reddens. Id ita declarant quidam: Quia adeo delectus & debilitatus est homo post Adæ lapsum, ut ei etiam illa, quæ maioris perfectionis causa esse debebat, sublimis eleuatio mentis ægritudinem inferat corporis & debilitatem, sicut nobis testantur historiæ de ijs, qui raptum aut extasim patiuntur. Hoc enim Danieli contigit circa Tigrim, dum uisionem uideret uiri cuiusdam. Sequitur inde: Non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam uiriū. Sic ex uisione Iezechiel etiam corruit in faciem, & Iohannes in uisione concidit uelut mortuus. Hinc iam uolunt isti, quoniam in die pentecostes accepturi erant apostoli immensam spiritus sancti gratiam, ne humana fragilitate subsistere non possent, iamiam illos confirmatos esse ad spiritus sancti gratiam suscipiendam. Etsi autem ego huic sententiæ non plane insistam, pluris faciens quod alij adfirmant, apostolos spiritum sanctū hic recepisse, sic-

Cyrillus.
Chrysost.
Theoph.
Daniel. 10
Iezech. 2
Apoc. 8.

ut idipsum aperte satis uerba contextus arguunt, quando dixit dominus, Accipite spiritum sanctum. Neque timendum erat quod inde debilitarentur, sicut Daniel, Iezechiel & Iohannes: quoniam die pentecostes spiritus sanctus datus est in singularem quandam apostolorum confortationem, ita ut ne hic quidem imbecillitatis aliquid foret metuendum. siquidem ita Christus illis promiserat iamiam ascensurus in cælum: Accipietis uirtutem superuenientis in uos spiritus sancti. Tamen eo libentius illud adduxi, ut hoc ipso moueantur sapientes huius mundi ad humilitatem, considerantes intellectum nostrũ rantę esse infirmitatis, ut etiam uelut ægrotet ex sublimium rerum meditatione & intelligentia. Aut quantulũ est quod nobis scire uidemur & intelligere? exiguum sane quiddam est quicquid illud est, quoniam intellectus noster ex ipso iam inde peccato Adæ adhuc captiuus est. Qua de re aliâs plura. Alterum porro quod hic obseruãdum uenit, illud est, & quidem aduersus quosdam ignauos, torpẽtes, tepidos, imò plerosq; etiã plane frigidos Christianos ualidissimum, qui qua sunt cordis duritie, pœnitentiam omnem totam q; confessionem differunt usq; in septimanã magnam, & quid mirũ, si lignea & aridissima habẽtes pectora, uix demũ ad ligni pulsum adueniunt? tunc q̃q; tardi nimium q; duri statim à cõfessione ad mensam dominicam, nihilo magis q̃ canes parati, currunt: cum tñ Christ⁹ quadraginta totis diebus usq; ad ascensionem suã, & deinceps adhuc alijs undecim, præparârit apostolos ad digne suscipiendum spiritũ sanctũ. O igitur quisquis es homo, qui tuæ uitæ & salutis rationem habere desideras: proba teipsum, & præpara diligenter ad dignã susceptionẽ corporis Christi, quoniã in hac re plurimũ tibi positũ est & lucri & periculi. Sed de ijs iam supra in die cœnæ dñicæ satis diximus. Nunc redeuntes ad institutũ, omissa etiam hac sententia, paulo propius ad Christi uerba accedamus. Actuũ. 1

5. ¶ Veram Cyrilli sententiã paulo altius iam hic libet repetere, q̃m multa pulchra & salutaria cõtinet. Vbi tñ profiteor primũ, nihil me hic dictuꝫ q̃d ipse uel excogitarim, uel ex somnio (ut neochĩani faciũt) obseruarim, Cyrillus.

quando eo loco consistere me uideo, ubi post dei gloriam & honorem, proxime uestrarum animarum salutem mihi cognosco esse promouendã. Non igitur proprio Marte & ingenio sacras literas uobis enarrabo, quod solent facere prædicatores isti, qui dum carni seruiunt, pro suo lubito scripturis abutuntur, & eadem laniant misere: sed iuxta sententiam & expositionem sanctorum patrum diuinitus edoctorum, atq; illustratorum gratia spiritus sancti, quorum sanctimoniã deus sæpenumero confirmauit miraculis: quibus & uos plus fidei dare debetis, quàm uel mihi, uel meis, uel etiam ecclesiæ totius aduersarijs.

Cyrillus. Principio Cyrillus declarat, quàm conueniens fuerit, imò quàm plane oportuerit filium quoq; spiritus largitorem uideri, ut sic intelligerent fideles ipsum esse q uirtute spiritus omnia creauit, nostramq; adeo naturã sancti

Gene.2. spiritus signaculo consignauit. Cumq; deinceps renouanda esset natura hominis, rursus spiritum sanctum per insufflationem dedit, ut sicut inspiratione uitalis spiraculi conditi sumus, ita simili modo ad nouitatem uitæ præpa-

Gala.4 raremur. Nanq; cõformari Christum homini, qui per spiritum sit renouãdus, satis patet ex Apostolo cum ait, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. quæ sane formatio, non nisi per spiritum sanctum fit. Deinde inquit Cyrillus: Aut duplicem quandam

Cyrillus. gratiam datam illis fuisse in diuersitate temporum dicemus, aut tempus ipsum ignorabimus, in quo spiritus participes effecti sunt apostoli. nanq; hodie spiritum sanctũ Christus dedit apostolis, & eundem die pentecostes plenissime effudit super omnes, qui per fidem & baptismũ secuturi se erant. sicq; tunc impletum est illud prophetæ uaticinium, Effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ,

Joel.2 sicuti locum eundem Petrus in hoc citauit die pentecostes. Quamuis necessarium quoq; erat hoc modo, tunc se manifestare filium dei, ut fideles cognoscerent eum illũ esse, qui in uirtute spiritus omnia creauerat. At nos iam oremus deum pro omnibus uiuis & defunctis &c.

HOMILIA QVARTA SVPER euangelio dominicæ proximæ post resurrectionem Domini.

REmanserunt nobis quędam fragmenta ex uerbis Cyrilli: ea ne depereant, nunc curandum est. Primumq; statim ad ingressum parandum, offert se regula egregia Cyrilli, nostro instituto plurimum cõueniens: Multa, inquit ille, tempore suo generaliter factur⁹ pollicitus est dominus: quæ tamen ex parte antea fecit, ut credamus uere ipsum uniuersaliter promissa quoque facturum. Sic enim ille pollicitus est se mortuos omnes resuscitaturũ, uenturamq; horam qua mortui audiãt uocem filij dei. Et quando immensa rei magnitudo omnem superabat intelligentiam hominum, etiam tunc idipsum præuenturus, ante tempus uniuersalis resurrectionis suscitauit Lazarum, aliúmque adolescentem & Iairi filiam. Præterea promiserat gloriosam fore resurrectionẽ sanctorum, quoniam iusti fulgebunt sicut sol in regno dei. istámque generalem promissionem gloriæ futuræ, quo certius crederetur à fidelibus, sua ipsius transfiguratione confirmauit, dum discipulis gloriam suam & claritatem manifestat, facie sua instar solis refulgente, & uestimento candorem niuium repræsentante.

Johan. 9. Regula Cyrill. Johan. 5 Johan. 11. Matth. 11. Matth. 17

Sicut ergo in ijs quæ generaliter futura erant, aliquid horum antea exhibuit ueluti pignus futurorum: ita hic etiam cum sæpius antehac spiritus sancti missionem promisisset apostolis, gustum illius primum & fructum eis hodie exhibuit, ut sic crederent, quod etiam in uniuersum promiserat, certo præstandum. Profecto enim nisi spiritum sanctum eis hic dedisset, dicturus non erat: Accipite spiritum sanctum, quando fieri non potest ut mentiatur deus. Die autem pentecostes magis expressa habuerunt uerba gratiæ & manifestationis inhabitantis in illis spiritus sancti, quoniam & linguæ super eos apparuerunt igneæ, quæ non gratiam tantum, sed & operationem & sermonem designabant, quod utrunque per ipsos operaturus erat spiritus sanctus, sicut manifeste dicit Lucas, Loquebanť uarijs linguis, ,,put spũs sanctus dabat eloq illis. Ecce, non inquit ille, quia cœperunt sanctificari, eo quòd hodie sancti facti sunt: sed per linguarum uarietatẽ ueluti signum euidens, declaratum est habitare in eis spiritum sanctum: quoniam iam olim signum istud Iudæis

Johan. 16 Heb. 6 Actuũ. 2.

Isaię.28 exhibitum erat per prophetam, dicentem: In loquela labij & lingua altera loquetur ad populum istum. & noluerunt audire. ideoq; ad declarandam gloriam apostolatus tunc super illos linguæ apparuerunt igneæ.

2. ¶ Chrysostomus quoq; non multum ab hac sententia discedit: uerum ut uas quoddam electum & nobile spiritus sancti, multum dilucide illud exponit, dicens nō erraturum, quisquis hic potestatem quandam & gratiam spiritalem apostolos accepisse dixerit: uerum tamen nō ut mortuos suscitarent & uirtutē ostenderent, sed ut peccata dimitterent. differentes enim sunt gratiæ spiritus, quo nomine adiecit, cuicunq; remiseritis peccata &c. per hoc docere uolens, quid siue uirtutis, siue gratiæ ipsis conferret. Verum post dies tandem quinquaginta receperūt uirtutem miraculorum, quod hinc patet, cum dixit dominus: Suscipietis uirtutem superuenientis in uos spiritus sancti, & eritis mihi testes. s. per signa & miracula, ut iam ineffabilis agnoscatur esse gratia spiritus sancti. Pensem⁹ uerba Gregorij: Quid est, inquit, quòd spiritum sanctum dominus noster & semel dedit in terra cōsistens, & semel in cælo præsidēs, nisi quod duo præcepta charitatis sunt? In terra datur spiritus, ut diligatur proximus. è cælo datur spiritus, ut diligatur deus. & sicut charitas una in gemino est p̄cepto, ita un⁹idem'q; spūs in utroq; dono: & tñ p̄cedit ibi charitas proximi, qm̄ quisquis quē uider, nō diligit fratrem, deum quem non uidet, quō poterit diligere?

Johan.20

Actuū.1

Chrysost.

Gregorij.

Consentit Augu. tract.74 sup̄ Johā. 1.Johā.4

¶ Insuper hic locum Moysi adducit Gregorius: Suxerunt mel de petra, & oleum de saxo durissimo. Neq; tamē quicquam tale, iuxta historiam legitur, etiamsi tota ueteris testamenti historia recensetur. Nusquam de petra mel, nusquam oleū populus ille suxit: sed quia iuxta Pauli uocem, petra erat Christus, mel de petra suxerunt, qui eiusdem redemptoris nostri facta & miracula uiderunt: oleum quoque de firma petra suxerunt, qui effusione sancti spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt. dulce etenim fuit apostolis & iucundum, miracula Christi uidere. mel siquidem illud fuit, at gratia spiritus oleum ipsis extitit, quo aduersus omne peccati genus liniti sunt, iuxta illud propheticum: Computrescet iugum

Gregorij. Deut.32

1.Corin.10

Isaię.10

à facie olei. Et nimirum peccati iugum quantumuis grauе & forte, computrescit tamen à facie olei gratiæ diuinæ: quoniam ubicunq; spiritus domini est, ibidem & libertas. Ecce quomodo iugum diabolicæ seruitutis com- 2. Cozin. 3
putrescit & perit ex spiritu dei.

3. ¶ Sed iam unico uelut fasciculo constringamus, quicquid ad longum hactenus narrauimus ex doctoribꝰ sanctis. Duobus modis datur à Christo spiritus sanctus. altero, ut rector & superior, quando eos quibus datus est, in potestatem quandam euexit: id factum est die paschæ, cũ potestatem dedit apostolis Christus super corpus suum mysticum, hoc est, super fideles omnes, ut eosdem ligare & soluere possent in peccatis suis. Et quamuis simul cum hac potestate gratiam etiam illis suam contulit, tamen id omnino necessarium non erat, sicuti neq; nunc semper fit in consecratione presbyterorum, ubi spiritus sanctus datur cum potestate illa: etiamsi qui suscipit illum, sit in peccato: atque ideo dum iste in peccato cum spiritu sancto potestatem accipit, gratiam illius tamen ob peccatum suum non accipit.

¶ Altero uero mõ datur spũs sanctus à Christo tanq̃ doctor, illuminator, & miraculoꝝ operator: quõ in die pentecostes dedit illũ discipulis, qñ rudes & imperiti piscatores illuminati sunt super oẽs doctos & sapiẽtes mũdi huius, sicut promiserat eis dñs. Quando uenerit paraclitus, spiritus ille ueritatis, is docebit uos omnem ueritatem. Ille Johan. 16
eos omnes docuit linguas. hinc scripturas quas non didicerant, intellexerunt. miracula magna operati sunt, nõ minora iis quæ fecit dominus: pleraq; etiam huiusmodi, quæ magis admirati sunt homines quàm illa Christi, iuxta illud: Amen dico uobis, qui in me credit, opera quæ Johan. 14
ego facio & ipse faciet, & maiora iis faciet. Præterea spiritꝰ sanctus illis in die pentecostes ad confirmationem datus est & robur. unde factum est, ut qui antea horrebant & trepidabant non ausi etiam conuenire interdiu, tunc tandẽ in die Pentecostes intrepidi, pdibant ad cõcilia Iudæoꝝ, neq; magistratus eorũ & principes amplius formidabãt. Sicut ergo dominus apostolis spiritum sanctum hic dedit ad opus ministerij, in sacramentum pœnitentiæ ad-

ministrandum, ad absolutionem peccatorum: ita iisdem illum die pentecostes contulit, in omni perfectiõe & plenitudine, testaturq; adeo idipsum Lucas, inquiens repletos eos omnes esse spiritu sancto. Vtq; maxime spiritum sanctum acceperint etiam in die paschæ, tamen expectare eos adhuc oportuit, dum plenitudinem uirtutis & gratiæ illius acciperent in die pentecostes.

Actuũ. 2.

4: ¶ Quod si itaq; scripturas istas omnes inter se conferamus, comperiemus utiq;, quoniam sicut spiritus sanctus bis apparuit uisibiliter supra Christum, ita & Christus eundem uisibili specie contulit apostolis: & ante Christum ille nec missus, neq; uisus est unquam, etiam in ueteri testamento: quæ omnia suo non carent mysterio, sicut in feriis pẽtecostes enarrabimus. Hic uero in nostra missione spiritus sancti, quæ die paschæ facta est, ipse se dominus declarat & aperit, in quem finem spiritum sanctũ dederit apostolis, nimirum in remissionem peccatorum. Cur autem in forma afflatus contulerit ipsis eum, quando omnia indicia & signa conformia esse debent signato in quibusdam conditionibus, patres sancti sic sentiunt: Spiratio seu efflatus in homine, argumentum & signum est uitæ: quo nomine si quis uel exanimis iacear, uel extremum agat spiritum, in eo periculum fieri solet, an spiret adhuc. Quando igitur argumentum uitale spiratio est, facile colligi potest, cur spiritus dei in specie afflatus sit datus, cum hic potestatẽ contulerit apostolis Christus: qua illi freti, sensum & uitam gratiæ infunderent, & uelut inflarent in omnes, quatenus illi à peccatis liberi, gratiam deiconsequerentur: sicq; uiuerent deo, & in ipsis uiueret Christus: deinde ut flatum haberent bonum & salutarem: hoc est, externum conuictum bonæ uitæ, & probata morum exempla, quibus signis discerni possent à cęteris atq; agnosci, quia uitam gratiæ haberent: quod & nobis donare dignetur dominus noster Iesus Christus. Amen.

HOMILIA QVINTA DOminicæ proximæ à festo Paschæ.

SImul atq; chariſſimi in Chriſto fratres, die tertia reſurrexiſſet dominus, ueſperi apparuit diſcipulis ſuis, manus & latus oſtendit eis, ſpiritum quoq; ſanctũ dedit & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum. quorum remiſeritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Magnum, ſtupendum & admirandum hoc eſt uerbum, nobisq; miſerrimis hominibus lætum & ſalutare. Ecce enim poteſtatem remittendi peccata ſoli deo ꝓpriam, Chriſtus hic hominibus cõmunicauit. At propriũ eſſe illud dei munus ipſe teſtatur dñs, per prophetam ſic dicens: Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. addit Gloſſa, propter me tantum. Eſtq; id ipſum rationi conſentaneum, quoniam quis tranſgreſſorem legis à peccato liberaret, niſi qui idem & dominus eſt legis? Quamobrem & Oſeas dicit, Perditio tua ex te eſt Iſrael, tantum uero ex me auxilium. Plena eſt ijs omnibꝰ ſcriptura uniuerſa. Iſaię. 43 Oſeę. 13

¶ Nam & Iohannes cum Chriſtum digito demonſtraret, dixit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Neq; Dauidem latuit quiſnam peccata remitteret, ſiquidẽ ait: Cor mundũ crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. & in alio loco, Copioſa apud dominum redemptio. Quid multa? nemo eſt qui hoc controuerrat, quin potius in eo omnes conſentiunt, deũ ſolum remittere peccata. Pſalm. 50. Pſal. 129

¶ Et quamuis ſolus deus poteſtatem habeat remittendi peccata, peculiaris tamen hæc miſericordia dei, ꝙ eminẽtem & eximiam illam autoritatem etiam hominibus cõmunicauit: iamq; in hunc uſq; diem homines etiam ſuo loco ſinit peccata dimittere, ut miniſtros & cooperarios. neq; enim mentiri poteſt ille qui dixit, Cuicunq; remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Sic Auguſtinus ſuper hunc locum dicit, Eccleſiæ charitas quæ per ſpiritũ ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit: eorum autem qui non ſunt participes, tenet. Et alibi, Sacerdotes poſſunt confitentibus parcere. nam q bus ipſi peccata remittũt, ijs deus remittit. Etſi ergo Chriſtus præ omnibus alijs clauem poſſidet remiſſionis peccatorum, ſicut dominus per os prophetæ prædixit, ſe datu Johan. 20. Auguſtin. Iſaię. 22

rum clauem Dauid ſuper humerum illius, ſic ut ſolus ille
Iſaiæ.22 claudat, nemoq; aperiat: ex immenſa tamen charitate er
ga nos, eandem nobis quoq; cõmunicauit. Sicq; ſi ſcriptu
ræ locos undequaq; comportes, uidebis remittere pecca-
ta principio deum, deinde dei filium Chriſtũ Ieſum, mox
ſacerdotem Chriſti miniſtrum. Et quia ſinguli iĳ ſingu-
las oportet habeant claues, claues quoq; triplices erunt.
Siquidem deus præcipuam illam clauem habet autori-
Marci.2 tatis, de qua ſi locuti eſſent Iudæi, cum clamarent, quiſ-
nam peccata remittere poſſet, niſi ſolus deus, culpandi nõ
eſſent. Alia etiam adhuc clauis eſt excellentiæ, eamq; ſe-
Matth.9. cundum humanitatem ſuam Chriſtus, ut nobiliſſima ani
ma habuit: quoniam dixit, ut ſciatis quia filius hominis
poteſtatem habet remittendi peccata, ecce dico huic, Sur
Apoc.3 ge &c. Eodem pertinet illud Iohannis, Hoc dicit uerus il
le & ſanctus, qui habet clauẽ Dauid: aperit, & nemo clau-
dit: claudit, & nemo aperit. Clauis porro tertia, miniſte
rium quoddam eſt tantũ. quod deus ex gratia hominib⁹
communicauit: idq; in nouo teſtamento ſolum, apoſtolis
primum in die paſchæ, & deinceps ſemper preſbyteris,
qui uero & eccleſiaſtico ordine conſecrantur.

¶ Sequitur hinc, Chriſtianos non eſſe, ſed ludæos, quot
quot iam aduerſus ſacramẽtum pœnitentiæ obgannĩt,
Vah, ſolus deus peccata dimittit. quid opus hic preſbyte-
ro, qui peccata dimittere non poteſt? En coruos hic tibi,
miluosq; ueteris teſtamenti, in quo nulla poteſtas talis
de peccatorum remiſſione data fuerat: ibi tantum clama
bant ignorare ſe uim & efficaciam euangelĳ, neq; intelli
gere gratiam & miſericordiam dei, qui immenſa ductus
miſeratione & benignitate, ſubiudices nobis conſtituit
ſacerdotes, qui confeſſiones audiũt. Verum hic quoq; gra
tiam illam tantam reſpuunt temerariĳ iſti & audaculi
Chriſtiani, dum peccatorum ſuorum confeſſionem ſoli
deo patefacere uolunt: neq; uident confeſſorem ſibi con
tingere non raro carnificem & lictorem, tandem uero
& ipſum diabolum. Verum non eſt, quod in hac iſtorum
cum Iudæis collatione mihi tantum credas. En ſcriptu-
ram hic tibi. Marcus refert Chriſtum reſpexiſſe fidem
Marci.2. baiulãtiũ & portantium paralyticum, dixiſſeq;, fili, remit

tuntur tibi peccata tua, ibi statim non defuerunt ex pha
risæis quidam, cogitantes in cordibus suis quid ille sic lo
queretur, quidue deum blasphemaret, quando remittere
peccata, nisi deus, nemo posset. Estq; id sane uerum, quia
remittit deus peccata: sed id tamen non facit sine medio, Cyrillus.
ministerio scilicet inferiorum iudicum sacerdotum. Cyril
lus hic breuiter dicit: Solius dei est ut possit à peccatis ho
mines soluere: at absurdum interim non est peccata re-
mitti posse ab illis, qui spiritum sanctum in seipsis habe-
ant.

2. ¶ Geminam quoque hic conspicimus potestatem, quam utranque Christus dedit apostolis, alteram solue-
di & ligandi, alteram remittendi peccata & retinendi. illa-
mq; potestatem claues ecclesiæ appellare solemus, uel
etiam claues cæli: ut iam recte dicatur sacerdotem qui cō
fessioni præficitur, claues habere cæli. neq; id sane sacer-
dotum aut monachorum est commentum. Christus ipse
sic locutus est, quando potestatem illam immensam &
sublimem apostolis suis ante passionem suam promitte- Matth. 18
ret, dicens: Amen dico uobis, quicquid ligaueritis super Matth. 16
terram, erit ligatum in cælis. & deinde peculiariter Petro,
Tibi, inquiens, dabo claues regni cælorum: & quicquid li
gaueris super terram, erit ligatū & in cælis. Ecce quomo
do potestatem hanc CHRISTVS ipse clauium nomine
expressit: quam ob rem sic tu quoque appellare debebis.
hæc enim est illa clauis, qua salutare sanctæ pœnitentiæ
sacramentum fidelibus communicatur. neq; enim contri
tio ista sacramentum est, neque confessio, opera tantum
hominum, quamuis ad hanc rem & ipsa necessaria. Sed cū
sacerdos dicit & exprimit ipsa uerba absolutionis, pote-
state sibi diuinitus concessa, tunc sacramentum cōficitur.
Igitur uerba illa cum humilitate caput inclinās suscipe,
quoniam hic tibi gratia spiritus sancti confertur, & remis
sio peccatorum, non id utiq; ex contritione tua uel con-
fessione, quamuis utraq; necessaria est, sed ex merito pas-
sionis Christi & sanctissimi sanguinis illius: qui tunc ex-
purgat animā tuā, quando sacerdos uerba absolutiōis, p
fert ptāte clauiū sibi diuinit9 cōcessa. Et ecce iā hinc appa

ret, quidnam sit pœnitentiæ sacramentum: & quũ omnia sacramenta signa sint efficacia eius quod designant, eo ꝙ institutio illorũ & uirtus ex sanguine & merito sunt domini nostri Iesu CHRISTI, ex cuius latere etiam ueluti promanârunt. Quod si ergo & pœnitentia sacramentũ est, uti est uerissime, credendum iam tibi incumbit, ubi omnia quæ tuarum sunt partium feceris, hoc est, uere cõtritus & integre fis cõfessus, tunc inquam credendum est tibi, peccata tua uere esse remissa: quando hoc tibi signũ certum & efficax adhibueris, hoc est, sacerdotis obtinueris absolutionem, quo certissimum te deus ipse reddit & efficit. Crede igitur fortiter peccata tibi remitti per meritum amarissimæ passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, cuius hic particeps efficeris per uerba sacerdotis absoluentis.

¶ Estq; hic accurate ponderandum, quòd hic dominus apostolis potestatem dedit peccata remittendi & retinendi, uel ut Matthæus ait, soluendi & ligandi, contra neochristianos temere obgannientes, claues non esse sacerdotis, sed congregationis totius, ita ut easdem tamen sacerdos omni petenti dare cogatur &c. O insaniam, ò stuporem, imò stupiditatem hominum. Et quomodo sic sacerdos potestatem haberet ligandi & retinendi, ut habent uerba CHRISTI? Est ergo quod credas, habere sacerdotem potestatem remittendi tibi peccata & absoluendi. Quod si tamen cõfiteri recuses iuxta cõsuetudinem ecclesiæ, uel etiam cõtritionem nullam habeas de peccatis cõmissis, uel denique constituas tibi denuo peccata ista iterare, tum uero te ligat, neque quicquam absoluit, quosdam etiam fortius astringit uinculo excõmunicationis:

Potestas sacerdotis.

3. ¶ Sequitur iam ex hoc loco & cæteris etiam euangelistis, consecrationem sacerdotalem in gemina cõsistere potestate. Altera est, quam habet ille super uerũ corpus Christi: alteram uero habet super corpus CHRISTI mysticũ. Prior illa hæc est, ꝙ ab eo ꝙ uerba in hoc à Christo instituta, corpus Christi uerũ in officio missæ cõficit, ita ut ꝙ primũ uerba cõsecratiõis ꝓtulerit ille, statim hic sit ipsissimũ, ut sic dicam corpus Christi sub specie panis.

Istaq; potestas apostolis in cœna data est, quando institu
to hoc uenerabili sacramento, dixit dominus: Hoc facite Matth.26
in meam commemorationem. His uerbis & tunc ille apo
stolos fecit sacerdotes, & in hodiernũ q̃q; diem, eccleſiæ Lucę.22.
presbyteros consecrat.

¶ Neq; tamen illi tunc ex integro fuerunt sacerdotes.
denicq; em̃ in die paschæ, quando ueniens ad eos dominus
insufflando dixit, Quibuscunq; remiseritis peccata, &c.
hic inquam demum potestatem acceperunt etiam super
corpus CHRISTI mysticum, hoc est, fideles: effectiq; sunt
sacerdotes & presbyteri perfecti, sicut & hodie episcopus
ordinandis presbyteris insufflat in aures, manusq; capiti-
bus eorum imponit, & ijs uerbis presbyteros integre
constituit.

¶ Quæret autem curiosus aliquis: Quur tandem do-
minus apostolos in cœna semisacerdotes tantum creâ-
rit, & dilata potestate, altera die paschæ tandem claues il
las tradiderit? Ad hoc sane responderi potest, in causa fu
isse, quòd ipse nondum clauem significatiuam portaue- Isaię.22.
rat, crucem scilicet, iuxta illud, Clauis domus Dauid ecce
super humerũ eius. Hac nimirum claue CHRISTVS por-
tas inferorum cõfregit, hac purgatorium reserauit, in-
fernum cõclusit, cælumq; aperuit. Quo nomine priuſ-
quam totam Adæ culpam resolueret, claues istas quum
passus nondum esset, discipulis nõ dedit. Verũ simul atq;
resurrexit, diabolum, infernum & mortem subegit, data
tunc sibi omni potestate in cælo & super terram, tum de Matth.28
nicq; illam cõtulit discipulis, dicens primo: Sicut me misit
pater, ita & ego mitto uos. deinde insufflando, Accipite
spm̃ sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata seu re
tinueritis, remissa uel retenta erunt. O admirandam gra-
tiam dei & immensam misericordiam, siccine dominum
stare sententiæ serui? Ecce enim creator omnium deus,
seruaturum se spondet, quicquid dictârit creatura. tanta
est miseratio diuûm. nos modo curemus gratiam illam tã
tam non respuere, sed ultro & cum gratiarum actione suſ
cipere.

4 ¶ Adhuc sequitur, omnes quotquot iam legitime
cõsecrantur sacerdotes, æqualem habere potestatem, &

conficiendi in missa corpus CHRISTI, & remittẽdi pcã ui clauium.

Quæres hic, unde fiat quòd non omnibus iuxta sacerdotibus liceat audire confessiones: deinde, quur Papa & episcopi nonnullos sibi reseruent casus, in quibus simplici sacerdoti non liceat absoluere. Respondeo ad hæc: uerum quidem esse, quòd omnes æque sacerdotes potestatem habent tum missam legendi, tum ui clauium absoluendi: sed quòd non omnibus licet confessiones audire & absoluere, id sane non defectu fit potestatis, sed materiæ, quæ sibi subdita non est. Id ut intelligas, ecce præter illam geminam potestatem sacerdotalem adhuc alia supereſt, quam iurisdictionem dicimus, quando uel multum uel paululum plebis alicui contraditum est in suam curam, ut parocho populus parochialis commissus est, episcopo tota multitudo diœcesis suæ, Papæ uniuersa ecclesia. Eaq; sane potestas æqualis non est, quando parochiarum non omnium æqualis est multitudo & congregatio subditorum: & ibi sine speciali uenia non licet cuiquam in alterius iurisdictionem mittere manum, sed suis esse terminis contentũ, sicut suis limitibus parochias circunscripsit Dionysius: Ecclesias singulas singulis p̃sbyteris dedim⁹, parochias & cœmiteria eis diuisimus & unicuiq; ius, ppriũ habere statuim⁹, ita uidelicet, ut null⁹ alteri⁹ parochiæ terminos inuadat. Sit aũt unusquisq; terminis suis contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni iudicis ex ouibus sibi commissis rationem reddet, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiat. Quamuis ergo quilibet sacerdos absoluẽdi habet potestatem, quàmdiu tamen subditos non habet, potestate hac uti ne præsumat. Verum quum alicui animarũ cura demandatur, tunc ei, qui antea potestatem habebat, etiam materia subiicitur, ut sic deinceps potestate sua uti possit. fuitque sane hoc summopere necessarium. quum enim præcipiat Paulus inter Christianos ordinate omnia fieri debere, & ipe eriam sponsus ecclesiam suam uideret instar aciei castrorum ordinatam, in hac quoque re ordinem decet obseruari, ut quilibet sciat & agnoscat superiores suos & ani-

23.q.1. Eccles.

1.Cor.14. Canti.6

marum curatores, atque uicissim sacerdos non ignoret quinam sibi sint commissi: & ut Sapiens dicit, diligenter agnoscat uultum pecoris sui, suósque greges considerer. Profecto siquidem, quantum iam mali hinc proueniat, quòd parochis subtrahuntur subditi, quòd huc illuc ad cœnobia & nescio quò non, cursitatur ab omnibus citra ueniam, ita ut scire nequeant plebani, quales se exhibeant subditi sui, num confiteantur, num Christiano more aut Turcico uiuant, quilibet pro se expendere facile potest. Vtique hoc certum est, inde amplissimam fenestram, imò ianuam & portam patentissimam aperiri sectis & hæresibus. Equidem temporibus nostris utilissimum duxero, si sancta illa & uetustissima concilia, Nicenum & Calcedonense, constitutiones etiam Paschalis & Alexandri reuocarentur: & fratres isti non adeo parochialia iura sibi usurparent, cœnobiaq; quę instituta sunt in parochiarum adiutoria, non fierent earundem corruptoria, Non tamen dixerim hæc, animo fratribus bonis detrahendi, sed regimini ecclesię pro nostro tempore arbitrarer hoc magis conuenire. Prouę.27. 16.q.1.c.1 c.qui vere

¶ Habent itaque sacerdotes æqualiter omnes potestatem absoluēdi: sed ea non possunt omnes æqualiter uti, quòd exigat etiam subditum habere peccatorem, scilicet confitentem. Et tunc demum potestate sua uti licite potest. Et sicut superior inferiori potestatem largitur super plebem siue parochiam aliquam, ita rursus eidem manus potest occludere, ne in quibusdam casibus absoluat, quamuis id sine rationabili causa fieri non debeat. In casu tamen quum iam imminet ultimus articulus mortis, potest in eo constitutum absoluere quilibet sacerdos ab omnibus pctis, si parochi copia haberi non possit, corruuntq; hic omnes casus reseruati. Istamq; potestatem iurisdictionis dedit dominus Petro, quando ipum supremū constituit ecclesiæ præsidem, dicens ad eum tertio: Pasce oues meas. tunc enim illi oues omnes, omnes scilicet fideles, in omni plenitudine subiecit. Oremus ad dominum. Marci.9 Johan.21

HOMILIA SEXTA ET VLTIma super euangelium dominicæ primæ post festum Paschæ.

SVperiori homilia charissimi diximus, quō apostolos suos dominus, nunc demum perfectos cōsecrārit sacerdotes à resurrectiōe sua, largitus in hoc eis potestatem clauium regni cælorum, remittendiq; simul & retinendi peccata. Vbi magna suboritur quæstio, ex eo quòd sanctus Thomas hic nō interfuit, quapropter neq; perfectus fuisset ille sacerdos, neque potestatem habuisset remittendi peccata: sed nec CHRISTVS ei præstitisset, quod nō minus ipsi quàm cæteris promiserat apostolis. Mouit hanc dubitationem etiam Cyrillus, estq; hæc propemodum sua sententia, quòd uirtus spūs sancti ex uolūtate Christi dantis illum, promanauit in omnes apostolos: atq; ideo ex liberali datoris munificentia, nō præsentes tantum apostoli acceperunt spiritum sanctum, sed & q tum aberat Thomas. Esse autem hoc uerissimum & nemini in dubium uertendum, Biblicis etiam scripturis cōfirmabimus. Præcepit dominus Moysi, ut eligeret seniores septuaginta, illosq; adduceret ad ianuam tabernaculi: tuncq; se descensurum, & cum ipsis colloquuturum, accepturum quoq; se de spū suo, & daturum illis. Quo facto, descendit dominus in nube, & dedit eis de spū Moysi. cūq; in ipsis cōquieuisset spūs, cœperunt prophetare, & nō desierunt. Deerant tamen tunc ex illis duo, Beldad & Medad, qui remanserant in castris, super quibus etiam requieuit spūs domini, quoniam & ipsi cōscripti fuerāt, licet tabernaculum ingressi nō erant, nihilo tamen secius prophetabant etiam in castris. Et quamuis illud Iosue Moysi indicabat, quasi insinuare uolens, ut iuberet, Moyses tamen recusauit, sustinens & pati paratus, etiam si uniuerso populo spm̄ suum daret dominus ad prophetandum. Quod si igitur deus gratiam hanc tantam per electiōem Moysi ab ipso legislatore electis cōtulit & donauit in ue

Johan. 20.
Matth. 18
Cyrillus.
Nume. 11
Thomas absens ordinatus.

teri lege, qua fronte quis negabit, electos à legislatore eu angelico, etiam absentes gratiam spūs sancti cōsequi, uel eo maxime, quòd sicut septuaginta illi Moysi, ita aposto li succesſerunt CHRISTO? Et si igitur abfuerit Thomas, priuatus tamen non est participatione spiritus sancti, quando ex eorum numero fuit, qui dignitate apostolica exornati erant, & ad quos ueluti proprie pertinebat spíritus sanctus.

2. ¶ Videmus hic porro à Christo institutam esse confessionē, sicq; neochristianos loqui aduersus euangelium, & misere imponere simplicibus, dum blaterant confessionē non esse diuinitus institutam. Quum plane contrarium hic uideant, nec tamen attendant ualidissime errorem suum refelli atque retrudi. Manifeste siquidem ex uerbis Christi patet, illud sacramentum pœnitentiæ aliqualiter esse iudiciale, ita ut sacerdos cōfitenti uel remittere peccata debeat, uel retinere. Iam uero sententiam ferre iudex nō potest, nisi prius audita & agnita causa. Quoniam iniquus est iudex, quisquis non bene ponderat, & qua si æquissima libra trutinat causam super qua laturus sit sententiam. Confessio. L. de qua re ff. de Jud.

¶ Facile iam hinc colligitur, quanta sit neochristianorum siue stoliditas, siue insania, qui qua sunt temeritate, adcurrunt ad sacerdotem, & aiunt: Venerabilis domine, iam ego pcta mea cōfessus sum deo, doleo de illis, & peto absolutionem. Audi obsecro & considera uesaniam hominum & ineptiam: cōfitentur deo, & nolunt ex eo absolutionem. insulsi & ridiculi non attendunt, quàm multi istorum qui confessi sibi uidentur deo, absolutionem acceperunt à carnifice. unde colligere licet eos diabolo potius esse confessos. uolunt eis sufficere confessionem, quam fecerunt deo, & nolunt confidere quòd deus eos absoluat.

¶ Sed quid est obsecro quod ex me tibi dare cupis absolutionem? Non aliunde id utiq; procedit, nisi quòd aliquā to plus potestatis penes me agnoscis, quàm apud quemuis alium laicum. Veruntamen neque mihi alia est potestas, quàm ea quam hic mihi Christus dedit super remissi- Johan. 20
one pctōrum: simul autem ille mihi etiam potestatem

retinendi peccata contulit. Nunc ergo quomodo scire possum, quum recte clauibus utar, remittere ne tibi peccata an retinere debeam, si quidem ea mihi nō recenses? Aut quod ego tibi feram iudicium in re incognita? Confitere igitur, & tunc cognoscam, retinere ne tibi debeam pctā tua, an remittere. Quod si dicas, in ijs uerbis CHRISTI nullam fieri mentionem confessionis, sed absolutionis tantum, statim tibi in foribus est responsio ex Bernardo, dicente opus id minime fuisse, sed sufficisse hic ægro ostendere medicum, quisquis enim grauiter laborat & sanari cupit, scitque sibi paratum esse medicum, ultro curabit, ut quocunque modo queat illum accedere uel accersire. Sic itaque & tu fac, si te ægrotum agnoscis in anima tua, ecce tibi CHRISTVS medicum exhibuit sacerdotē, tu ergo si sanari uis, hunc quære, hunc accede: & hic quidem eo magis, quòd quilibet peccator tenetur gratiam dei debitam requirere, si modo deum super omnia diligit. Non pōt autem uiam uel expeditiorem uel tutiorē habere acquirēdæ gratiæ, quàm absolutionē istam sacerdotis. Quamobrē etiam Lutherus quamuis hostis ecclesiæ, tamē fatetur nos sufficiētes deo gratias agere nō posse pro immēsa & ineffabili gratia & misericordia sua, quam ille nobis etiam hic cōrulit in remissione pctōrum. Quo enim pacto irrequietæ & imbecilles ąrundam cōscientiæ pacari felicius facilius q; possent, quàm hac expeditissima ratiōe absolutionis sacerdotalis? Inducerem hic plura, nisi eadem haberes in parte deseptē sacramentis, & lib. 2. de pœnitentia.

Bernard.

3. ¶ Etsi hic clare dominus hæresim refellat, quæ pœnitentiæ aduersatur: fuerunt tamen adhuc alij (ut nulla est calamitas sola) hæretici, qui ex ijsce uerbis colligere uoluerunt, neminem qui in pctō sit mortali constitutus, posse pctōrem alium sibi confitentem absoluere, eo quòd quum sit ligatus ipse, alterius nexum & uincula non queat exoluere: præter hoc quod hic etiam ex ordine literæ liquere existimant, quando dixit dominus, Accipite spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis pctā. Volunt ergo hinc elicere, quòd quisquis pctā uelit alijs remittere, eum quoque prius oporteat habere spiritum sanctū,

Quòd si hoc uerum esset, quàm misera foret ecclesia, tota in ambiguo & dubio constitura, quoniam si filius confessionis ignoraret, an cõfessor suus in gratia dei esset aut extra illã, incertus quoque esset de absolutione: & sic omnia in ecclesia essent dubia, incerta & ambigua. quod tamen de CHRISTO ne leuiter quidem suspicandum est, quasi non melius prospexerit ille ecclesiæ suæ, nisi ut sic ipsam super stipulas & arenam ædificaret. Quin potius rectissime decreuit ecclesia errorem esse, si quis dicat eum qui in pctõ mortali constitutus est, non posse absoluere sibi confitentem. siquidem potestas absoluendi fundata non est super gratiam spiritus sancti, sed super donum illius, quod iustis & pctõribus commune est.

Vola

Matth. 7.

¶ Id ut rectius intelligas, nõris geminam esse gratiam spiritus sancti: altera est, quæ gratum hominem deo facit & charum, unde charitas quoque communiter gratia dicitur: siquidem hominem pium reddit & iustum. sic Paulus: Iustificati, inquit, per gratiam ipsius. & iterum, charitas dei diffusa est in cordibus uestris per spiritum sanctum, qui datus est uobis. Hæc gratia sacerdoti necessaria non est, absoluere uolenti, quamuis deceat hoc quidem, ut habeat gratiam dei, ut sublime & præcelsum ministerium illud indigne non perficiat iuxta illud: Iuste quòd iustum est exequere. Tota autem undique plena est scriptura, quàm sanctos & impollutos esse conuenit ministros dei, cuius rei rõnem reddit dominus: Sancti, inquiens, estote, quoniam & ego sanctus sum. Neque dubium est, quin ista quoque gratia apostolis hic sit augmentata. Inde doctores sancti conclusionem colligunt huiusmodi: Si quando sacerdos in peccatis cõstitutus, officio suo sacerdotali fungitur, siue missas legendo, siue absoluendo, peccat ille quidem morraliter, sed tamen sacramentũ in se conficitur, licet non sine notabili sacerdotis detrimento. fit enim illi idẽ quod in candela succensa euenit, ut ait Nicolaus Papa, respõdens ad cõsulta Bulgarorũ, quę sibi quidem detrimentum præstat dum ardendo cõsumitur, alijs uero lumen in tenebris administrat. sic igitur & ille alijs commodum exhibet, sibiq; interim dispendium

Deut. 16

Leui. 19

15. q. vlt. cap. vlt.

præbet. Vsq; adeo & magni constat, & uere immensum est ministerium esse sacerdotem, sed periculosum, quamuis sane si quis in eo qualem oportet se exhibeat, beatum utique reddat. O enim felicem, ò beatum, ò angelis, imò deo proximum sacerdotem, quisq; in gratia dei officiũ suum facit. Altera porro gratia neque iustum, neque deo reddit acceptum. siqdem donum tantum est à deo gratis datũ: unde & in uniuersum donum magis quàm gratia nuncupatur. de ea Paulus ad Corinthios loquens, dicit:
1. Cori. 12. Cuiq; datur manifestatio spũs ad utilitatem. Vni quidem datur per spm sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ in eodem spũ, alij gratia sanitatum in eodem spũ, alij prophetia &c. Ecce hæc dona sunt spũs sancti: neq; tamen ideo uel probum uel iustum faciunt quenquam, quod te uel solus Caiphas docere poterit, qui quum consilia moliretur, & insidias strueret aduersus Christum, tamen quia (ut ait euangelista) pontifex erat anni illius, ex spũ sancto pro-
Johan. 11. phetauit, dicens: Expedit ut unus moriatur pro populo magis quàm ut gens tota pereat. Testatur idem & Bala-
Nume. 21. am, q quũ malignus esset, & pecuniã acciperet maledictu rus populum Israel, donum tamen habuit prophetiæ, do num spiritus sancti. Eodem pertinet illud, quod dixit do-
Matth. 7 minus uenturos ad se qui dicant: Domine, in nomine tuo prophetauimus. & dæmonia eiecimus: se tamẽ eis respõsurum, Nescio uos. Ita hic quoque, omnes qui potestatẽ accipiunt uel usurpant absoluendi, donum habent spũs sancti, quoniam & potestas illa non nisi per spũm sanctum datur. Verum tamen nõ oẽs isti gratiam simul accipiunt spũs sancti, quo etiã boni & iusti efficerent. Alteram hanc, scilicet posteriorem, quũ habeant gratiã semper, priori tamen carent aliquando.

¶ Quãuis hoc qdem uerũ est, atq; hic te scire cõuenit, quòd sacerdos officio suo sine gratia & sanctimonia non perfungit: nõ sic tamen, quòd tũ gratia, tũ sanctitas illa sit in persona ipsius, sed in uniuersa illa catholica ecclesia. Quilibet eñ sacerdos, quãuis in persona sua sacerdos cõsecratur & efficitur, nõ tamen id fit pro sua tantũ persona, sed illa uniuersali ecclesia: Itaq; siue missam celebret, siue absoluat, id oẽ tanquã minister ecclesiæ facit,

& nomine ipſius eccleſiæ. ſicq; intelligendus eſt Augu ſtinus, cum dicit claues non uni datas eſſe, ſed unitati. ne que enim eſt quod inde coniicias, nullam hominis perſonam habere claues, ſed quia pro eccleſia habeat, non pro ſe. Semper autem eccleſia ſancta eſt, gratia ſpiritus ſancti nunquam deſtituitur. ſic fit ut quamuis ſacerdos ſacramentum aliquod conficiens, gratiam dei non habeat, ec cleſia tamen illa non careat. Non aliter quàm ſi tu ſeruo cuipiam tuo, in peccatis conſtituto, quid des pauperi porrigendum: licet ille peccator ſit, nihilo tamen minus eleemoſyna tibi, modo in gratia dei exiſtenti, meritoria eſt uitæ æternæ, utut ſeruus tuus omni uitiorum genere ſit obſtrictus. Ita hic quoq; quãuis miniſter ſit prauus, nihil refert, dummodo principalis, ſ. eccleſia, gratiam dei habeat. Et hoc eſt quod in officio miſſę etiam profitetur ſacerdos, priuſquam ſacramentum ſumat, dicẽs: Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis, pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſiæ tuæ, eamq; ſecundum uoluntarem tuam pacificare, cuſtodire, coadunare & regere digneris &c. Augustꝰ

4. ¶ Etſi multa adhuc ſuperſint, quæ de clauibus penitentiæ dici poſſent, tamen iis omnibus ſuperſedeo. maIoq; finem facere hic & concludere cum uerbis Chryſoſtomi, dicentis: Magna eſt ſacerdotalis dignitas. cui dimittit peccata, huic ſunt dimiſſa. Chryſoſt.

¶ Quamobrem & Paulus dicit: Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Tu rem tuam curas, quam ſi bene ordinãris nulla tibi alia ſolicitudo impendit. Sacerdos ſi uitam diſpoſuerit, tuam autem non diligenter curauerit, cum impiis in gehennam detrudetur, & nonnunquã non propriis actiõibus, ſed noſtris damnatur, niſi omnia quæ ad ſe ſpectant, efficiat. Cum igitur periculi magnitudinẽ uideatis, multa eos beneuolentia proſequamini, quod & Paulus ſignificauit, dicens: Ipſi peruigilant quaſi rationẽ pro animabꝰ ueſtris reddituri. ideo maxime colẽdi ſunt, & infra, Sacerdos ſi debitum à nobis cultum ſibi præſtari uiderit, recte nos gubernare poterit. intellige quid de Iudæis inquit Chriſtus: Super cathedram Moyſi ſedebant ſcribæ & phariſæi, omnia quæcunq; dixerint uobis, Hebr. 13. Hebr. 13 Matth. 23

facite. Nunc nō est dicēdum, super cathedram Moysi, sed super cathedram Christi sederunt sacerdotes. eius enim acceperunt doctrinam. quare Paulus inquit, Pro Christo
2. Corin. 5 legatione fungimur, tanquam Christo exhortante per nos. Infra, Et cum fratres nostros iudicare prohibemur, contra sacerdotes linguas acuimus? Et infra, Hęc dico, nō q̄ indignos ad sacerdotium assumi probem, sed miserescēs & lachrymās. nō enim propterea à subditis iudicandi sunt, etiam si male & uitiose uiuant: tu autem si tibi consules, nihil in his quæ illis commissa sunt, offendes. Nam
Nume. 22 si asinum loqui fecit, & per uatem benedictiones spirituales largitus est & in muto ore, & lingua immunda Balaā
Nume. 22 propter offendentes Iudæos operatus est: multo magis, p prer fideles, etiam si primi sint sacerdotes, deus omnia p eos perficiet. Sacerdos & linguam & manus præbet, sed pater & filius & spiritus sanctus omnia facit. quibus oīm bus cōsideratis, & deum timeamus, & eius sacerdotes maiorem in modum ueneremur, ut & nostris operibus, & illis honore exhibito, à deo multam accipiamus remunerationem. Hæc omnia Chrysostomus, cuius uerba prolixa enarrauimus, q̄ uir laudis & gloriæ minime auidus, tantopere cōmendat & iubet sacerdotes honorandos.

¶ Theophylactus q̄q; uestigijs Chrysostomi innixus:
Chrysost. Vide, inquit, sacerdotum dignitatem. Dei enim est remittere pcta. sic igitur illi honorandi sunt ut deus. Nam q̄us indigni sunt, quid hoc? diuinorum donorū ministri sunt, & gratia operatur per eos, sicut per asinā Balaam locuta est. nō enim indignitas nostra gratiā prohibet. atq; ita qa per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt. Multa hic induci possent sacerdotalis dignitatis encomia: sed quia nunc nō est instituti nostri ista multis prosequi, con
Methodi. tenti fumus induxisse uerba Chrysostomi & Theophylacti. Quamuis appropinquantibus tēporibus Antichristi tollet honor à sacerdotibus, & supprimet ministeriū dei, & quescet omne sacrificiū ab ecclesiis. Et erūt sacerdotes sicut populus in eodē tēpore, seu hebdomadico tpe quem
Isaię. 24. admodū fore prędixit Isaias, ut fiat saccrdos sicut popul⁹. Omnipotēs & misericors deus dignet tandē finē imponere periculis tantis, & inualescentē fidei defectionē, cōtem

ptum iugis sacrificij & sacerdotum omnium cõpescere: & quicquid nunc lapsum est dignitatis, erigere ac restaurare: ceos quoq; qui iam in erroribus sunt demersi, cõuertere in uiam ueritatis: ut & ipsi reuersi ad unitatem ecclesię catholicæ, firmiter credant in dominum Iesum Christũ & sacramenta, quæ ecclesiæ suæ reliquit ille, qui est bene dictus in æuum. Amen.

Reliquam huius euangelij partem, quære in festo sancti Thomæ apostoli.

DOMINICA SECUNDA POST FESTVM PAschæ, homilia prior super Euangelium Iohannis .X.



IN illo tempore dixit Iesus *discipulis suis*, & turbis Iudæorum: Ego sum pastor bonus, bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & ani-

1. Corin. 9
1. Johan. 3

Matth. 8
Marci. 5
Lucę. 8

Matth. 11
Lucę. 10
Matth. 12

Matth.12 mam meā pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meā audient, & fiet unum ouile & unus pastor.

HOMILIA PRIMA.

Chrysost. IN signis & solicita quædam domini cura hoc nobis euangelio designatur, quam de ouibus suis habuit, tanquam optimus pastor: ubi pro se quisq; attendere debet, cuiusmodi habeat pastorē: curare etiam, ut sub tanti pastoris cura permaneat: ubi tutissimus ab omni luporum incursu sit futurus: usq; adeo enim pastor ille nos dilexit, ut ppiæ etiā suæ animæ pro nobis exponēdæ nō pepercerit: sicut ipse de se testatur, inquiens: Ego sum pa-

Johan.10. stor bonus. Ecce hic diuinam obserua sapientiam, quām pulchre implet scripta prophetarum, ut sic mundus cognosceret illum ipsum esse Messiam in lege & prophetis promissum. Ita siquidem dominus per Isaiam dicit: Ecce

Isaię.40 deus uester, ecce dominus deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur. Sicut pastor gregem suum

Jezec.34 pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtus ipse portabit. Similiter & per Iezechielem, Suscitabo super ea pastorem unum, qui pascat ea, seruū meum Dauid. ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorē. Ego autē dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Quamuis qua fuerunt in omnibus

Zach.11 ijs prædicendis diligentia, ne id quidem reticuerunt prophetæ, quid de pastore illo deinceps futurū esset. Zacharias enim ait: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.

¶ Huiusmodi nimirum pastorem diuinitus promissum se esse, hic dominus demonstrat, sicut ad longum Iohan-

Augustin. nes enarrat.

¶ Admiratur hic Augustinus, cur tandē Christus ante huius euangelij exordium ianuam se & ouile nuncupat, hic uero ipsum pastorem, eo quòd nemo nostrum tantæ fuerit audaciæ & præsumptionis, ut Christum simul & pa-

storem & ouile & ianuam eiusdem appellet, nisi hic ipse de se talia prædicasset. Vnde sequitur, si ianua est Christus, ianitorem ianua maiorem excellentioremq; esse nō posse, quando hic idem est pastor & ianua. Verum hæc omnia non in rerum natura & substantia seu quidditate, ut aiūt, intelligenda sunt, sic enim impossibile id fuerit, sed secundum proprietatis similitudinem, qua Christus & pastor est & ouile & ianua eiusdem. Et quid hoc mirum, quū qui pastor est, sit etiā ouis? pastorem enim esse se ipse hic testatur. An uero sit etiam ouis, interroga prophetam & dicet tibi: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Require amicū sponsi, & respondebit tibi: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Præterea pastor ille oues suas custodit, & præmunit ab incursu & impetu leonum. ipseq; interim qui pastor & ouis, aut etiā agn⁹ est, leo q̄q; est, iuxta illud, Vicit leo de tribu Iuda. Ad extremum solet hic pastor, ut plurimum petræ insidere. Et sic Christus pastor, agnus & petra est. uere cm̄ petra erat Christus, ut ait Paul⁹. Omnia hæc per symbola (quæ theologiæ pars, ut facilima, ita omnium frequentissima est) intelliguntur, eorumq; fundamentum in hoc situm est, quòd cū omnis creatura ueluti explicatio quædam sit diuinæ tum omnipotentiæ tū sapientiæ, quælibet etiam quasi liber quidā est dei, in quo reuoluenda & legenda nobis sunt stupenda illa mirabilia dei. Quamobrem & dominus ipse subinde in parabolis & similitudinibus locutus est, obscurissima quæq; arcana nobis proponens ex cælestibus per uisibiles creaturas & earundem proprietates.

Isaię. 53.

Johan. 1

Apoc. 5

1. Cotin. 10

2. ¶ Cum se dominus pastorem bonum prædicat, intelligēdum est de pastore animarum, sicut idem illud exponit Petrus, inquiens: Conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. Non enim loqui eum de bubulco uel quouis pastore ouium, ex sequentibus patet, cùm subdit: Bon⁹ pastor animam suam ponit pro ouibus suis. quod tamen nemo pastor alius pro grege suo facere debet. siquidem stolidus iste, nimiumq; uecors fuerit, qui pro ouibus suis bestijs se morti traderet, qñ si quod precio sum est, pro uiliori in discrimen poni non debet. Quilibet igitur pastor corporalis, laborem quidem quantum

1. petri. 2

poterit, maximum impendere pro gregibus & armentis suis debet, non tamen exponere uitam: sed spiritualis pastor etiam uitæ suæ pro redimenda subditorum salute parcere non debet. Et quamuis omnes in uniuersum animarum curatores & prælati, imò rectores quoq; omnes, pastores appellentur, Christus tamen pastor bonus per excellentiam, & (ut Petrus eum nominat) uere princeps pastorum est censendus. Et cum apparuerit, inquit, princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Quoniam bonus ille in natura est essentialiter, bonus deinde in gratiarum donis uirtuose, bonus etiam in cura pastorali super oues suas solicite. Quo modo & de Christo, & qui illum in hoc munere secuti sunt, apostolis dominus dicit per prophetam: Suscitabo super eos pastores, & pascent eos: nõ formidabunt ultra & nõ pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit dominus, loquens de nouis illis & euangelicis pastoribus, cum iam depositurus & pristino loco amoturus erat pastores Mosaicos. possemus hic per omnes discurrere pastoris cõditiones: simulq; declarare Christum bonum, imò optimum fuisse pastorem, & forte ad finem nonnihil super hoc dicemus. Bonus, inquit dominus, pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Addit Gregorius, fecit quod monuit, ostendit q̃d iussit. bonus pastor pro ouib⁹ suis animã posuit, ut in sacramento nostro corpus suum & sanguinem uerteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. (arrige hic aures, & attende Capharnaita) Primũ igitur est, ut ouibus nostris misericorditer impartiamur externa illa necessaria uitæ, deinde si necessitas tulerit, ut pro ijs etiam moriamur. At quia uita sine omni æstimatione precio sior multo est bonis temporalibus, quisquis, p ouibus suis hæc non expender, animam suam quãdo pro eis ponet?

Ezec. 34.

1. pet. vlt.

Ieremi. 23

Gregorij.

3. ¶ Iam uero & hoc intellectu facilimum est, quid si bi Christus uelit hic per hoc quod ait, Bonum pastorem pro ouibus suis animam suam ponere. Vult enim pastorem huiusmodi uel mortem obire & perpeti, ut saltẽ subditos seruet, iuxta illud quod alibi dixit, Maiorem charitatem nemo habet nisi ut animam suam ponat quis pro

Iohan. 15

amicis suis. Talem scilicet dilectionem Christus habuit erga te, erga nos omnes, imò erga totum genus humanũ, ut pro nostra uita & salute ipse moreretur. Sic Paulus: Dilexit, inquit, nos, & obtulit semetipsum hostiam deo in odorem suauitatis. Iohannes quoq; dicit: In hoc cognouimus charitatem dei, q̃ animam suam pro nobis posuit. Et nos igitur debemus inuicem pro fratribus ponere animas nostras. Huc facit istud Pauli, cum ait, eo ipso manifestari dilectionem dei erga nos, quoniam cũ adhuc inimici eramus illi, deus pro nobis mortuus est. Et quamuis hoc ipsum quidam alij quoq; fecerunt, ut Stephanus, Petrus, Paulus, nemo tamẽ hoc sine Christo & auxilio eius fecit, cum interim Christus id sine omni præsidio aliorum fecerit.

Ephe. 5. 1. Johan. 3. Roma. 5.

¶ Pulchre simul & pie hic contemplatur Ambrosius, quomodo animam pro ouibus suis exposuerit Christus. ait enim, Nemo tãtum exhibet, quãtum qui semetipsum tradit. Pastor autem noster Christus dominus corpus suum in cibum, & sanguinem nobis proponit in potum, secundum quòd dixit Iudeis: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Carnem quoq; suam dedit in redemptionem, sicut Paulus profitetur, dicens emptos nos esse precio magno, atq; ideo fieri non debere seruos hominum. Et ne quicquam sibi reliquũ maneret, etiam q̃d maximum habet, diuinitatem suam dat in præmium. sic nanq; dixit ad Abraam: Ego merces tua magna nimis. Spiritum quoq; suum sanctum nobis elargitur in initiũ uitæ æternæ. Vt iam nihil obstet, quin unus Christus & uerus & optimus sit pastor.

Ambrosi. Johan. 6. 1. Corin. 7. Gene. 15.

¶ Sunt qui hic nonnihil moueant de uicarijs episcoporum in episcopalibus, quos suffraganeos dicimus, qui q̃uis equitatu & comitatu non tantum ualeãt ut episcopi, episcopali tamen dignitate illis nihilo sunt inferiores: q̃ nomine quicquid ad autoritatem & officium episcopos tantum pertinet, etiam exequuntur: reliqua episcopi per uicarios, concionatores & consiliarios suos transigunt. Consecrantur ergo suffraganei, atque ut plurimum diœceses suas inter Turcas habent & gentiles, num igitur & ipsi tenentur animas suas ponere pro ouibus suis, sicq; in

Turcarum proficiſci imperium, & Chriſtianam fidem à qua illi defecerunt, rurſus prædicare, & ſeſe mortis expo nere periculo, ſicut hic Chriſtus inſinuare uidetur, cũ ait: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis? Dur[e] quidem hic, & multum uehemens eſt ſanctus Bernardus. uerum quia hæc non multum faciunt ad ædificationẽ po puli, mitto omnia, ubi tamen unum hoc adiecero: Quæcũ que cauſa legitime ſiue ſuffraganeum, ſiue parochum ex cuſare poteſt, cur à ſubditis ſuis aufugiat, eadẽ quoq; ſuf ficiens eſt ad hoc, ut etiam ad ſubditos ſuos non ueniat. Et quod nunc quidam, non ea integritate & probitate p̃ diti, ut nomen profiteantur ſuum, in libellis famoſis ob ganniunt, ſuffraganeos iuramento confirmare ſe in pro uinciam diœceſis ſuæ abituros, & ibidem Chriſti fidem prædicaturos, fictitium quid eſt & merum nugamentum, q̃uis eos quoq; ſicut & parochos reſidere deceat.

Bernard.

4. ¶ Simul atq; iam dominus, & paſtorem bonum eſ ſe dixit, & illius adſignauit officium, conditiones nũc po nit tum mercenarij, cuius oues propriæ non ſunt: tum lu pi, qui dilaniat ipſas. per mercenarium Gregorius intelli git amatores temporalis ſubſtantiæ præ ouibus ſuis. Mer cenarius igitur eſt, quiſquis non intima charitate, ſed ſpe temporalis mercedis oues paſcit. Mercenarius eſt, qui cum locum paſtoris occupet, & uicem teneat, com modum tamen & prouẽtum ouium non quærit. Gaudet ille quidem honore & dignitate magiſtratus, lucro tem porali paſcitur, ipſe'q; ſibi ex reuerentia placet à ſubditis exhibita. Ea'q; ſane eſt mercenarij merces, tale prẽmium, ut temporali tantum gaudeat incremento, nihil minus q̃ futuram illam & æternam inquirens hæreditatem.

Gregorij.

¶ Huiuſmodi ſunt mali prælati eccleſiæ, qui ſua tantũ q̃runt cõmoda, honores, dignitates, & gloriam, uix tan dem poſt hæc omnia leuiter quid de gloria Chriſti cogi tantes. Hi dum quæſtum & honorem temporalem tantũ inquirunt, mercenarij merito dicuntur. & breuis enim & modica erit merces eorum, ſecundum quod dixit domin[s]: Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Inſignis que hæc eorũ eſt ſtoliditas, quòd temporali prẽmio poſt habent æternum, quod'q; (ut Paulus ait) pietatem lucrum

Philip. 2

Matth. 6

1. Tim. 6

reputant. Augustinus hic mercenarium ait, non bonam personam gerere, quamuis in aliquo utilis sit. Cum autē ex textu hic pateat, mercenarium nonnunquam etiam personam bonam gerere, id ipsum quomodo fiat explicemus. Augustin.

2. Mercenariorum genera.

3. ¶ Triplices equidem mercenarios reperio in bibliis scripturis. Sunt enim ex ijs, qui mercedem respiciant uitæ æternæ, de quibus filius prodigus dicebat: Quanti mercenarij sunt in domo patris mei, & abundant panib⁹ &c̄. Huiusmodi sane mercenarij laudandi nobis ueniunt, & de eis dominus hic non loquitur, quia tales etiam ipse constituit, ut Abraam, cui dixit: Ego sum protector tuus, & merces tua magna nimis. Sic ille operarios uocat in uineam suam, conueniens cum eis & pacisens de denario diurno. Huiusmodi mercenarij omnes erant apostoli, q̄d uel solus testatur Petrus, dicēs ad dominum: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Nos quoq; omnes solicite curare addecet, ut tales simus mercenarij Christi. uere enim bonus & diues nobis est dominus, qui abundanter & affatim nos remunerare potest. Gene. 15 Matth. 20 Matth. 19

4. ¶ Secundi porro generis mercenarij sunt, qui ecclesiam aliquam regunt, qui nō gratis amant Christum, neq; ipsum sola charitate dei præ oculos habita diligunt, sed & præcipue & solum temporale lucrum quærunt & commodum, honorem q̄; externum, parum considerantes paruiq; facientes gloriam dei. id genus mercenarij inter filios dei non computatur. Non adeo tamen, quod animarum curatores non queant licite sustentationē corporis & uitæ sibi quærere: id nemo est qui abneget, quando etiam dominus æquū hoc esse agnouit, dicens dignū esse mercenariū mercede sua. Paulus quoq; idipsum multis confirmat cum ait: Quis militat suis stipendijs unquā? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? An nō & lex hæc eadem dicit, Non alligabis os boui trituranti? Nunquid de bobus cura est deo? Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnū est si nos carnalia uestra metam⁹? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario par Luc. 10 1. Corin. 9. Deut. 25

ticipant? Ita ordinatum est diuinitus, ut qui adnunciant euangelium, de euangelio uiuant. Ecce quàm manifeste hinc patet ex ordinatione diuina, animarum curatores, prædicatores, episcopos & parochos, uictum suum & sustentationē habere debere ex subditis: neq; per hoc mercenarios esse eiusmodi, quales hic Christus reiecit: sed potius illi reprobantur, qui lucro inhiantes, temporalia magis curant quàm gloriam dei: & ne pili quidem faciunt, si diabolus animas rapiat, modo aqualiculi sibi sat tumeant. Et ñ quidem sunt mercenarij quos hic Augustin⁹ sustinet, dicēs eos in aliquo utiles esse, utut sint culpabiles. Nam si etiam mercenarius bene docet, sacramenta recte administrat, ecce iam utilis ille tibi, tuq; adeo uocē Christi per eum audis, & oues Christum per illum loquentem sequuntur. Sic Paulus ad Philippenses alios alijs de causis prædicare tolerans, dicit: Dum omni modo siue per occasionem siue per ueritatem Christus adnunciatur. Sic ille conquerens de mercenarijs, promittit se ijsdem Timotheum missurum. interimq; istos sustinet, similimus Augustino, cuius hoc nobile dictum est: Botrū carpe, spinā caue. Aut quid aliud est sacerdos, tū per se male uiuēs, tū ex alijs tantū temporalia quærens, nisi spina? Verum si euangelium & uerbū dei in ueritate docet, prędicat syncere, missas pie celebrat, baptizat, absoluit, & cætera munera sacerdotalia pficit, en hic botros tibi quos carpas, iuxta doctrinā Christi, In cathedra Moysi sedent scribæ & pharisæi. quicquid dixerint uobis facite secundū opera aūt eorū nolite facere. Ecce & botros q̄s decerpas, & spinas præacutas q̄s euites, ne offendaris. Botrum itaq; inter spinas caute lege ne dum quæris fructum, laceres manum; & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Et uos quoque charissimi per immortalem deum quæso uitam ne consideretis meam, spinas pctōrum meorū ne intueamini, pro quibus mihi reddenda est ratio, in ijs ne manus uestras offendatis. Doctrina autem mea, sermo ille quem prædico, uester est. hunc obuijs (quod aiūt) ulnis suscipite. ibi Christum audite per me uobis loquentē. Pulchrum est quod Chrysostomus dicit & illud subinde in animo uoluite: Vita sacerdotis nō tua, sed sua est. ꝙ ea sibi tantū incumbit

Augustin.

Philip. 1

Augustin

Matth. 23

Augustin.

Chrysost.

reddenda ratio. doctrina quam prædicat, tua, non sua est. hanc igitur tanquam tuam tollens, abi sic tua existēs forte cōtentus. Laudabile & quidem summis uotis expetendum fuerit, si prædicatores haberi possent boni & uitæ inculpatæ, deo per omnia placentes. uerum huiusmodi neminem quem ad Philippenses mitteret Paulus, præter unum Timotheum inuenire potuit. tanta iam olim extitit electorum prædicatorum penuria. quanto nunc est illa maior in tam peruerso mundo, malorum omnium congerie, sentina & colluuie? Et tamen Paulus tolerat ac sustinet illud, dummodo CHRISTVS prædicetur, quacunq; tandem occasione.

3. ¶ Sunt ad extremum mercenarij, qui solam aspiciant mercedem, quam tamen laboribus nullis merentur. nihilo minus patrimonium CHRISTI recipiunt, absumunt, decoquunt. neq; quicquam seruiunt ecclesiæ martyres delicatuli Christi, qui pinguissimas quasq; parochias, opimas præposituras, præbendas canonicorum suscipiunt, & nihil laborant: manducant tantum & bibunt, nihil concionantur. non canunt in templis. confessionē nullius audiunt. neq; missas celebrant, neq; aliquando celebrare intendunt, mercenarij ignauissimi, uētres pigri, malæ bestiæ, ut ait Paulus, pastores non ad tondendum tantum, sed etiam plane deglubēdum pecus instructi & uelut nati, non ad pascendum: pastores scilicet huiusmodi, de quibus dominus per Zachariam dicit: Sume tibi uasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non uisitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quoque quod stat nō enutriet: carnes tātum pinguium comedet, & ungulas eorum dissoluet. O pastor & idolum, & derelinquens gregem. Aut nonne tibi uerba hæc uelut proprie de istis bellulis & delicatulis hoibus dicta uident, q quū census & redditus ex multis beneficijs recipiant, nihil tamē pro ijs laborant? scilicet animaꝝ curatores huiusmodi fere, qualis iste fuit Menelaus, quē rex Antiochus sacerdotem fecit, quamuis nihil sacerdotio dignū in se haberet, unde uasa aurea deinceps suffuratus est ex templo. Væ

Delicati martyres

Zach. 11

Curtisani

2. Mac. 4.

mercenarijs istis, quàm durum subibunt iudicium coram deo, quum reddituri sunt rationem officij sui, & responsuri ad hæc tria: quomodo, quóque iure beneficia sint cõsequuti: deinde pecunias inde receptas quo pacto expenderint, postremo subditis suis quomodo prospexerint. At nos iam deum oremus, p omni aduersitate, quæ nunc imminet ecclesiæ, & pro omnibus nobis in oratiõem cõmissis &c.

HOMILIA POSTERIOR SVPER *euangelio dominicæ secundæ post festum Paschæ.*

DOminus noster Iesus CHRISTVS hoc euãgelio pastorem se bonum declarat, atq; à mercenario secernit, q pastor nõ est: neq; interim mercenarios bonos excludit, de quibus Iob: Sicut mercenarij, inqt, dies eius. Et quando boni pastoris officium est, animam etiam exponere pro ouibus suis, quod & dominus fecit, deinceps iam mali & improbi mercenarij cõditiones exprimit, dicens: Mercenarius q pastor nõ est, cuius nõ sunt oues propriæ, quum uidet lupum uenientem, deserit eas, & fugit &c.

Iob. 7

Augusti. Chrysost.

¶ Lupus porro quem mercenarius cernit uenientem, diabolus est: neq; lupus hic tantũ est, sed & leo & draco & serpens. Iupus quoque hæreticus est. lupus ergo super oues uenit, quum quilibet iniustus & raptor fideles & humiles opprimit, sicq; mercenarius quum uidet lupum adcurrentem, aufugit. Diceres, nonne & Paulus pastor bonus extitit, & tamẽ fugit, quia Damasci per sportã dimissus est extra muros? Quid quòd princeps apostolorum Petrus iamiam aufugiturus erat Roma, quando obuiauit ei dominus, q & interrogatus ab eo quò iret, respondit: Vado Romam iterum crucifigi? Vnde tandem intellexit se redire debere. Ad hæc CHRISTVS quoq; discipulis suis dixit: Si persequuti uos fuerint, fugite ex una ciuitate in aliam. Quod si ergo hoc dominus ipse, atq; adeo princeps pastorum ueris pastoribus demandauit, quod & deinceps fecerunt, quur hic idem mercenario tribuit? Re

1. Corin. 11

Actuũ. 17.

Matth. 10

ſpondens ad hoc Auguſtinus, dicit hic fugere idem eſſe quod tacere, quando q ſuum quærit lucrum, libere non audet pctã & ſcelera hominum corripere: ut ſi parochus publicum pctōrem uel excōmunicare debeat, uel tantum reprehendere, & omittit metu, ne fiat ei inimicus, ne patiat damnum ab eo, uel de cætero nō ſit habiturus lucellum ab eo & honorem, ecce iamiam fugit, quamuis clamat ſe non fugere. Vere enim ſi tacuiſti, iam fugiſti. ſiquidem mentis fuga, timor eſt: tuq; ſic ſpiritu & animo fugis, utut præſens ſis corpore. Eius fere ſententiæ eſt Gregorius, cum ait: Fugit non mutando locum, ſed ſubtrahēdo ſolatium: fugit, quia iniuſtitiam uidit & tacuit: fugit, quia tacendo ſeſe abſcondit. Auguſtin. Gregor.

2. ¶ Nos igitur materiam iſtam de fuga paſtorū paulo altius repetamus. ſicq; dicimus primo: Quòd Chriſtus diſcipulos fugere iuſſit ex una ciuitate in aliam, id factum eſſe ante paſſionem ſuam & mortem, quia enim uera illa & euangelica fides nondum ſolidum habebat in cordibꝰ apoſtolorum fundamentum, non poterant etiam ſuppli cio ſuo & morte fidem multum adiuuare & confirmare. Verum poſt Chriſti paſſionem, confirmata iam fide in cordibus eorum, & charitate ſpūs ſancti diffuſa in mentibus illorum, ſuper tam firmo & ſolido fundamento poterant illi etiam uitam ſuam facile exponere, nec amplius ex una ciuitate fugere in aliam. Sed quia etiã poſt Chriſti paſſionem fugerunt Petrus & Paulus, ideo concluſionem hanc ſecundo loco ponimus: Quando in perſequutione ſola quæritꝰ perſona paſtoris, nō officium, neq; miniſterium ipſius, poteſt ille ſemper fugere, ſicut pulchre ſuper hac re diſſerit Auguſtinus ad Honoratum. Actuū. 8 Augu. epiſto. 180.

3. ¶ Deinde ſi paſtor cum toto grege inqritur, ita ut perſequutor conꝰ utrunq; à uera fide abducere, ibi ſane fugiendum ei nō eſt, niſi ex rōnabili cauſa, ut iam diceꝰ. quō enim patietur deus oues ſuas deſtitui, quas ipe precioſo ſanguine redemit?

4. ¶ Quod ſi aut prælatus, aut paſtor hoc mō perſequutionem patiꝰ, & tamen alij interim ſunt, q cultum diuinum exequanꝰ, ſimilem fugiendi cauſam nō habentes, tūc ille fugere poteſt. Sic Paulus aufugit ex Damaſco, ſic 2. Corin. 11

Athanasius fugit ab Alexandria metu Constantini Imperatoris hæretici, seq; continuit Treueris apud sanctum Maximinum episcopum, & ibi in lacu cisternæ symbolum illud Ecclesiasticum fecit, Quicunque uult saluus esse &c̄.

Athana. trip. hist.

5. ¶ Potest etiam pastor effugere, ut conseruetur ad necessitatem aliorum hominum, ut si quis multa bona adhuc queat præstare. sic Pauli fuga honesta & utilis extitit, qui quanto plus bonorum deinde perfecit prædicãdo & scribendo profugus ex Damasco, quàm si ibidem intra muros nullo egregio facto prius edito fuisset occisus? Sic Dauidi profecturo in bellum aduersus filium Absalonem, dixit populus suus: Non exibis. siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt, quia tu unus solus pro decem millibus computaris. Hic etiam quũ iam sæpius cum Philistæis pugnasset, tandem audiuit sibi dici à populo suo cum iureiurando: Quia non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Sic CHRISTVS adhuc in incunabulis deportatus ẽ in Aegyptum fugiens.

2. Reg. 11.

2. Reg. 21

6. ¶ Quòd si uero persequutio intentetur aduersus fidem & iustitiam, atq; sic aliquis morte sua confirmare cęteros queat in fide, maxime quũ uideat eos pusillanimes & abhorrentes, tunc sane fugere non debet cum scandalo fratrum suorum. similiter etiam, si nemo alius sit, qui cultum dei exequatur, potius debet se exponere periculo quàm fugere. Sic fecerunt sanctus Sebastianus, sanctus Laurentius, sancta Catharina & alij multi. Quod si autem inanis eius mors esset, & ille nõ speraret aliquid inde boni euẽturum, tum fugere potest, quõ CHRISTVS etiam nõ semel è mediis Iudæis secessit.

7. ¶ Quod ad sanctos attinet, dari non potest aliqua certa regula: quia in hoc casu sine dubio à spiritu sancto edocti sunt diuinitus, quid facerent, uel per reuelationem saltem, sicut accidit cum sancto Petro, cui fratres fugam consulebant, respicientes ad hoc quod iam hîc quinto loco diximus. CHRISTVS autẽ apparuit ei ex septimo puncto, & persuasit supplicium ex sexto.

¶ Ex omnibus illis facile licebit colligere, quando parochus queat tempore pestis fugere, & quando non. Si enim non adsint presbyteri, qui etiam absente eo sacramenta administrent, fugere non debet. Sin uero sit aliquis uir excellens uel parochus, uel prædicator, qui adhuc multum posset populo prodesse, is fugere potest, si non desint qui populo sacramenta porrigant. Hinc etiam conijcere possunt prædicatores, & certo uidere, si inter neochristianos uiuant & male tractentur ab eis, fugere ne licite possint. Equidem credidero, si eis permittatur ut prædicent, & cultum dei procurent, permanere ipsos debere. Quod si autem truculēti adeo in eos essent, ut neque prædicare, nec missas legere ipsos permitterēt, ab huiusmodi lupis (qui omnem superant hæreticorum sęuitiam, qui passi sunt Christianos quicquid uellent in tē plis suis exequi) uel tacito abscedere poterunt. Aut non hoc miserabile quid est, me in media Turcia, posse tamen pro more Christiano & catholico missam celebrare, in urbibus autem aliquot Christianorum idem mihi non licere? Turcarum Imperator permittit patriarchæ Constātinopolitano crucē præferri, quod apud nos legatis exhiberi solet, & apud Christianos nonnullos nō liceat cultū diuinum pro officijs pietatis exequi? O tempora, ò mores, ò gradus et semitam certissimam & uiam latam ac spatiosam ad inferna. Cæterum ut hoc quod cœpimus, aliquando finiamus: nec impium, neque omnino malum est, pastorem aliquem corpore ab ouibus suis abesse, dūmodo spiritu & animo sit apud eos præsenti, sicut de se quoque Paulus testatur, inquiens: Ego quidē absens corpore, præsens autem spiritu.

Fugere tempore pestis.

1. Cotin 5.

3. ¶ Iam porro conditiones lupi commemorat dominus, quia rapit & dispergit oues. Vbi notabile est quod dicit Gregorius, esse lupum qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus scilicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit, & mortes animarum quærit, funibus peccatorum tensis, rapiens oues & dispergens in uitam inordinatam, contra dei, ecclesiæ & hominum leges, quum ediuerso CHRISTVS fideles congregat, sicut multis locis euangelij testatur ipse, dicen

apud Matthæum: Quoties uolui congregare filios tuos,
Matth.23. sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Atque rursus in Luca: Qui non congregat, inquit, mecũ,
Luce.11 dispergit.

¶ Intelligi potest idem illud etiam de hæreticis, q & ipsi lupi sunt rapacissimi, siquidem diripiunt & dispergũt ouiculas Christi: diripiunt quidem funibus errorum & hæresum, dispergunt autem per uarias sectas, quo minus illæ maneant in unitate ecclesiæ catholicæ, sed dispergãtur per innumeras penè scissiones, Catabaptistarum, Sacramentariorum, Lutheranorum &c. nusquam enim inter istos quoque fidei aliquis est consensus, ubique sectæ, ubique schismata, omnia plena sunt diuisionum: quod uel solum simplices persuadere & docere queat, lupos esse, seq; ab eis seduci, iuxta illud Pauli: Deus noster, deus pa-
1.Cor.14. cis est, nõ dissensionis, sicut ego doceo in omnibus ecclesijs sanctorum.

Philip.2 ¶ Et alibi: Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. Atq; ad Corinthios: Obsecro uos fratres per nomen
1.Corin.1 domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. sitis autem perfecti in eodẽ sensu, & in eadem sententia. Diuersum longe nunc experimur in aduersarijs ecclesiæ, ubi infinita sententiarum, opinionum & dogmatum diuersitas est. Quur id? quia lupi sunt omnes isti & huiusmodi, de quibus Paulus
Actũ.20. ad sacerdotes Ephesiorum dixit, scire se, quia post discessum suum futurum sit, ut irruant in eos lupi rapaces, ue-
Matth.7 stimentis tamen & pellibus ouinis tecti, sicut nostrates nec hodie christiani, q malignitati & hæreticæ suæ prauitati prætextũ quærunt ex CHRISTO, fucumq; addunt euangelij, uerbi dei & Christianæ libertatis. Ecce pelles ouium, dum omnibus libris suis Lutherus per singulas paginas in limine adnotauit nomen IESV, dum manicis inscribunt uerbum domini, diabolum interim fouẽtes in pectore. Ecce lupos rapaces, de quibus CHRISTVS hic loquutus est & Paulus, qui nunquam cõcordes esse possunt cum ecclesia catholica & ouibus quæ sunt in ea, ut Sapiẽs
Eccl.13 ait. Sicut cõmunicabit lupus agno aliqñ, sic peccator iusto.

¶ Hæ sunt igitur lupi conditiones ad literam, rapere & dispergere. Si aũt unquã iam inde à tempore nati Christi fuerunt hæretici, qui diripuerint gregem fidelium, nunc sane ex neochristianis sunt, qui fortiter rapiant & dispergant. Aut nonne rapiunt, qui calices, thuribula, uasa reliquiarum & omnia alia aurea & argentea uasa, quæ ad ecclesias ipsi non dederunt, abripiunt & spoliant? qui anniuersarios dies defunctorum cum censibus tollunt, fraternitates abiiciũt, beneficia, cœnobia diripiunt, census oẽs per uim & nefas sibi adrogant? & interim se euangelicos iactant. Sane tum quidem, ubi ex decalogo tolli poterit illud quod ardue præcepit dñs, Non furaberis, nec aliena bona concupisces. Lupi itaq; sunt rapaces, qui sic aliorũ bona non appetunt tantum, sed uiolẽter occupãt, nullo iusto titulo, utut interim clamitent aduersus latrones & prædones publicos, ac publicorum itinerum uiolatores, eosq; trucident, sed prædones ecclesiastici apud eos manent impuniti, non attendentes uiuere adhuc deum illũ, qui reges etiam istos sacrilegos Balthasarem & Antiochum graui supplicio ex hoc scelere adfecit. Et quia altera luporũ conditio est dispergere, id quoq; iam de hæreticis ex Paulo commonstremus, qui sic inquit: Doctrinis uariis & peregrinis nolite seduci. Ecce quòd uariæ & multiformes sunt hæreticorum doctrinæ, ideoq; dispergunt & dissensiones mouent, non eo tantum, quod ab ecclesia catholica deficiunt, sed quod inter se quoq; alias ex aliis excitant diuersitates. sic Luthero Carolstadius aduersari primum statim cœpit, deinde Lutherus Zuinglio & alĩ alĩs. unde quid dissidiorum sit natum, ipsi quoq; proh dolor, nimium experti sumus.

Daniel. 5. 2. Mach. 5

Heb. 13

4. ¶ Nunc tandem pastorem se bonum esse confirmat dominus, eo quod oues cognoscat suas, iuxta illud Sapientis: Iustus nouit iumẽtorum suorum animas, uiscera autem impiorum crudelia. Et infra: Diligenter agnosce uultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Sane oues suas agnoscit dominus, imò iam inde ab æterno cognouit eas & prædestinauit ad uitam æternã, siquidem uerum est, ut est sane uerissimum, quod dicit Paulus: Nouit dominus q̃ sui sint. Sic ille cognouit Moysen, cum dixit ad illum: In-

Prouer. 12.

Prouer. 27.

2. Tim. 2

Exodi.33. uenisti gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Vt autem oues suas, hoc est, bonos & pios homines cognoscit dominus, ita malos penitus nescit, sicut respondit uirginibus fatuis. Quid multa? oues ille suas agnoscit,
Mat.25. hircos ignorat. Vicissim quoque ut pastor oues, ita hæ pastorem cognoscunt suum, sicut dicit propheta: Viuemus in conspectu eius, sciemus sequemurq; ut cognoscamus dominum.
Osc.6. Cognitionem hanc similitudine probat dominus, quum ait de notitia pastoris & ouium: Sicut me cognoscit pater meus, ita ego cognosco illum. Qui sermo ut plerique alij iuxta similitudinem tantum accipiendus est, non etiam æqualitatem: quia ineffabilis est cognitio patris, & longe superior ea quæ ouium est & pastoris. similitudo igitur tantum est, quæ nos docet certitudinem cognitionis, sic ut quàm certa & euidens est cognitio patris & filij, tam infallibilis etiam pastoris
Mat.11. & ouium. Eo facit quod alibi dixit dominus, neminem cognoscere filium nisi patrem: & uicissim nemini notum esse patrem nisi filio, & cui uoluerit filius reuelare.

5 ¶Rursus primâ illâ pastoris conditione reuocat dominus, dicês animam se suam ponere pro ouibus suis. Id eo sæpius repetit, ut omnis suspicio doli tollatur: & qui se sequuturi sint, idipsum magis attendant, non dubituri animas quoque suas exponere pro ouibus, non ea plane similitudine ut CHRISTVS, sed eo animo quo ille animam suam posuit p ouibus suis, debeat etiam quilibet pastor uitam expendere pro ouibus suis, in exemplũ & cõstantiam fidei.

¶Magnum quid est, quod hic CHRISTVS dicit. Si quidem cogitare ex illo quis posset fore, ut pro Iudæis tantum moreretur Christus, sicut in hodiernum usque diem perfidi isti credunt. Messiam suum se solos liberaturum, sicut CHRISTVS ipse dixisse uidetur, Non sum
Mat.15. missus nisi ad oues perditas domus Israel. Hic dominus docet, etiam alias sibi oues esse, quæ non sint de hoc ouili quas tamen oporteat quoque adducere. Quo uerbo ille nõ secus atque alij prophetæ, prædixit uocationem gentium, & iustificationem earundem, quas ille adduxit

deinde per apostolos. siquidem per illos loquutum esse CHRISTVM Paulus testatur, inquiens: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Quamobrem ait hic dominus, & illas oportet me adducere. Ecce Christus istos adducit, quos per apostolos suos conuertit. 2. Cor. 13

¶ Et hoc est cur gēriles uel maxime gaudere debent, qđ & ipsi sint oues Christi, cum antea soli Iudæi iactârint se oues esse Christi, siquidem in eorum persona dixit Dauid, Nos populus eius & oues pascuæ eius. Tota autem undiq; plena est scriptura de uocatione gentium. (ut supra parte prima) Et quod prædicationem apostolorum susceptur ę erant, id quoq; hic prædixit dominus cum ait: Et uocem meam audient. Psal. 78

¶ Sed qd hoc sibi uult obsecro, quod hic Christ⁹ dicit pastorem unicum fore & unum ouile? Id sane ex primo consequitur, ut quia & gentes uocatæ sunt, & uocem uocantis pastoris audierunt, gauisæ sunt & glorificauerunt uerbum dei, crediderunt q; omnes quotquot à deo prædestinati erant ad uitam æternam, & sic in unicum illud Christi ouile peruenerunt. Actu. 13

6. ¶ Cæterum fore aliquando, ut unum ouile sit ecclesia CHRISTI, unusque illius pastor CHRISTVS, cui deinde successit uicarius Petrus, cui oues suas omnes commēdauit: idipsum sane iam olim propheta Iezechiel præuiderat illuminatus à spiritu sancto, quum diceret: Seruus meus Dauid rex super eos, & pastor unus erit omnium eorum. Non erunt ultra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Et hoc nimirum est quod Paulus ait, Pax nostra qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua. Quamobrem Petrus quoque lapidem ipsum uocat angularem, ex illo Dauidico: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. adducit in hoc etiā uerba Isaiæ, Ecce ego mittā in fundamētis Sion lapidē, lapidē ꝓbatū, angularē, ꝑciosum, in fundamēto fundatum. Qui crediderit in illum, nō confundetur. Vnū igitur tm̄ ouile est, qa ecclesia catholica una est: ne- Joh. 11. Jeze. 37. Eph. 2. 1. Pet. 2 Psal. 117 Isa. 28.

que possunt etiamsi rumpantur neochristiani, huiusmodi ecclesias plures facere. Quinimo si in nostra ecclesia esse cum Christo recusant, oportet sint tantum in ecclesia malignantiũ. Quamuis plurimi adhuc superstant hirci, lupi multi, multiq; dracones, qui ouile hoc impetunt, neq; intrare uolunt, spes tamen bona est, fore ut adhuc omnes Iudæi, Turcę & pagani ueniant in hoc unum ouile CHRISTI, sicq; impleatur quod prædixit Oseas: Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter. & ponent sibimet caput unum, & ascendent de terra. fiet hoc quidem nimis sero, quia adhuc nulla eius rei similitudo apparet: & fiet tamen, quando Iudæi conuertentur ad uesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Dominus deus noster dignetur nobis gratiam & misericordiam suam conferre, quatenus hic in odore bono & suaui uirtutum, ut oues placidæ, permaneamus in ouili Christi: tandemq; transacto uitæ huius stadio, per ipsam ueră ianuam CHRISTVM dominum ingredi mereamur uitam æternam, ubi pascua inueniamus felicitatis æternæ, Amen.

Psalm. 25.

Osee. 1

Psalm. 78.

DE OFFICIO PASTORIS SI VIS INgredi per symbola, quod est facilimum & pulcherrimũ, facies hic ex scribẽtibus, qui hoc tam copiose scripserunt & ampliter, ut nauseam etiam excitare possent, ideo noluimus hæc repetere, sed ad ueteres ablegamus studiosum lectorem.

DOMINICA III. POST FESTVM PASCHAE,

euangelium Iohannis XVI.



IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicũ & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem: Quid est hoc q̃d dicit nobis, modicum & nõ uidebitis me, & iterum modicũ & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia uolebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, modicum & non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerũ, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

Jeremi. 31. Jacob. 4.

HOMILIA VNICA.

Beda. Laeta, inquit Beda, domini & saluatoris nostri promissa fratres charissimi læto cordis auditu percipere debemus: sedulaq; intentiõe persistere, quatenus ad hæc pertingere mereamur. Quid enim est quod merito lætius audiatur, quàm peruenire posse ad gaudiũ, quod nunquam possit auferri? sicut hic dominꝰ discipulis suis promisit, quando eosdem habito illo post ultimam cœnam sermone contristauerat, mortem suam & passionem eis prænuncians, simulq; quomodo se unus illorum traditurus esset, statim postea mitissimus dominus inter dolorem & tristitiam, quæ superuentura illis esset, consolatus est eos: & subinde auxilium, gaudium & uictoriam promisit, uolens per hoc confirmare animos eorum, paratosq; ipsos aduersus imminentem aduersitatem præparare. Ait ergo, Modicum & non uidebitis me. Quæ uerba, ut ait Augustinus ita obscura erãt discipulis, antequã
Augustin. id quod dicit, impletum esset, ut quærentes inter se quid esset quod diceret, omnino se faterentur nescire. Neque id mirum, quãdo ea prophetiarum omniũ propria conditio est, ut prius impleantur quàm intelligantur: nobisq; iam facile intellectu est, quod apostolis difficile & occultum
Cyrillus. erat. Difficile eis erat, ut ait Cyrillus, siquidem mors iam in ianuis erat. quapropter eum discipuli uidere non poterant, quousq; inferis spoliatis & umbrarum portis perfractis, templum suum suscitasset. Modicum igitur hoc tẽpus erat, quo dominum iam mortuum & sepultum non uiderunt, quem deinde post triduum resurgentem rursus
Malac. 4. denique uiderunt. Mors Christi instar solis extitit, qui cũ occiderit, aliquandiu non cernitur, donec emersus tandẽ, denuo se nostris offerat oculis: sic plane sol iustitiæ Christus dominus, cum occidisset morte sua in die parasceues, iterum deinde ortus est die sancto paschæ. Modicum itaque tempus extitit à die cœnæ dominicæ usque in diem parasceues quo sepelsebatur, & hinc usq; dum resurgeret. Ita nobis iã hoc intellectu facile est, quoniam ex scriptu-
Ioh. 16. ris docemur id omne sic euenisse ut prædixit dominus. Sũt qui hoc etiam sic intelligant, quod discipuli Christũ modicum non uiderunt, triduum scilicet istud, quo iacuit in sepulchro: & rursus modicum uiderunt eum, quãdo se eis

post resurrectionem diebus quadraginta exhibuit uiden
dum usq; ad ascensionem suam, quando rediit ad patrem.
Quæ causa est, cur amplius cũ tunc uisuri non essent, nisi
quod etiam hodie fit in sacramento eucharistiæ, uel aliâs
miraculose, id tamen proprie nõ fit in uera specie, sed in
uelamine & sub hostia plane inuisibiliter. Adhuc aliã ex Auguste.
positionem habet Augustinus, intelligiq; hoc nõ de pas-
sione Christi & resurrectione, sed ascensione sua & mor-
te nostra. Estq; hic plane sensus, Modicũ & non uidebitis
me. Modicũ illud tẽpus est, quo uiuimus super terram. sa-
ne modicũ, imo momentũ & uix punctũ tẽporis, quo ex- Psal. 113.
ultat mũdus & triũphat, boni uero tristantur & lugent,
dicentes cũ Dauide: Heu mihi, quia incolatus meus prolõ
gatus est. Tẽpus breue admodũ est, & tamẽ bonis longũ
nimis uidetur. Modicũ ergo iã tẽpus est quo nõ uidemus
dominũ, quia ad patrem ascẽdit. Et quod addit, Iterũ mo
dicũ & uidebitis me, ad tempus quod mortem nostram se
cuturũ est, pertinet, quõ toti ecclesiæ ꝓmisit ille, tũc nos
uisuros eũ, neq; amplius interrogaturos: hic quidem tri-
stari nos, sed tunc gauisuros. siquidẽ tristitia nostra mũ-
di huius conuertẽda nobis est in gaudiũ & lætitiam sem-
piternã. 2. Deinde iã euãgelista cõmemorat discipulos
nõ intellexisse sermonẽ Christi in causa aũt fuisse immen
sam istã, qua angebãtur, tristitiã, & ꝙ toties modicũ illud
eis dñs repetiſſet. dixerat eñ, Filij, adhuc modicũ uobiscũ
sum. & iterũ, Modicũ siue pusillũ & non uidebit me mun-
dus. atq; deinceps rursus, Iam non multa loquar uobiscũ. Johã. 13.
& iam denuo, Modicũ & nõ uidebitis me. Hinc propemo Johã. 14.
dum cõfusi & errabundi facti sunt, & occupati aliâs mœ-
rore atq; angustia mẽtis, nũc uel maxime premebant ex Johã. 16.
eo, unde plus solatij ac cõsolationis accipere potuissent, si
intellexissent. Nã quãuis molestũ erat, ꝙ eum uisuri non
essent, solatium tamẽ inde cepissent, quòd post modicum Chrysost.
temporis ipsum denuo se conspecturos sperarent. Graue
& molestum eis erat, quod dicebat dominus de passiõe &
morte sua, sed gaudio & solatio plenum, quod adiunge-
bat, Quia uado ad patrẽ, per hoc insinuare uolẽs, se mor-
te sua non periturum, sed abiturũ ad patrem, sicq; à mor
te transiturum ad uitam.

¶ Verum isti hoc non intellexerunt, eo maxime, quòd inter se omnes quærebant quid hoc esset quod dixerat. dubitabant enim partim ex tristitia & mœrore, partim ex fidei imperfectione. persuaderi enim & adduci facile non poterant, ut resurrectionem illius crederent etiam eum iam resurrexisset, sicut incredulitatem exprobrauit eis, quanto minus crediderunt eam adhuc in cœna? Non potuerũt ergo hoc uerbũ & similes quosdã Christi sermões intelligere, qñ nihil in ijs abditũ inuestigabant, sed uulgato tm̃ sensui insistebãt. Credebãt certũ eẽ illud Sapiẽtis, ut ẽ in suo sensu uerissimũ, nemimẽ unquã cognitũ eẽ, q̃ sit reuersus ab inferis. Sunt etiam qui putant apostolos, si non omnes, at aliquot eorum credidisse Christũ non moriturum, ex eo quod Christus dixerat, eum qui sermones suos seruaret, mortem non gustaturum in æternũ. Quam opinionem falso cõceptã Iudæi quoq; habuerũt, quando ad dominum dixerunt: Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Ita discipuli quoq; cogitabãt q̃dẽ magnum & eximium aliquid de Christo, non tamen credebant eum tam turpi morte moriturũ, rursusq; dehinc tanta gloria & maiestate resurrecturum. Tantum apud se cogitabant eum sine morte transiturum ad patrem, sicut Enoch de quo scriptum est, quia ambulauit cũ deo, & non apparuit, quia tulit eum deus: uel ut Elias, qui curru igneo uectus, cum turbine raptus est in cælum. Ad eundem plane modum putabant Christum quoq; abiturum ad patrem, neq; poterant aliqua ratione apud se modum mortis simul ignominiosæ & resurrectionis gloriosæ quẽpiã inuenire, quamobrem & dicebant inter se, Quid est hoc quòd dicit nobis, Modicum & non uidebitis me, & iterũ modicum &c. nescimus quid loquitur. Chrysostomus quærit hic quare non intellexerint. Et ipse sibi respondet, factum id esse uel propter tristitiam, uel uerborum obscuritatem, ut contraria locutũ arbitrarentur. Si uidebimus te, inquiunt, quò uadis? si uadis, quem uidebimus?

Marc. 16.

Sapien. 2.

Johan. 8

Gene. 5.

4. Reg. 2.

Chrysost.

Cyrillus.

3. ¶ Interrogans autem dominus discipulos se iamiam interrogaturos, quidnam sibi uoluisset sermo quem dixerat, præuenit eorum interrogationem opportunissime,

ostendens se corda hominum ut deum cognoscere: quoniam id deo proprium est, iuxta illud Iob, scio domine quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consiliũ absq; scientia? Quomodo deus ipse loquẽs ad Samuelem, dixit: Deus intuetur cor. Ergo & hic Christus, ut uerus deus interrogationem discipulorum præueniens, dixit: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, modicũ & non uidebitis &c. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Id exponẽs Augustinus dicit, Discipuli tristabantur, & dolebant ex passione Christi, audentes eum à Iudęis captũ, percussum, condemnatum, & tandem crucifixum iri, ea tamen tristitia statim uersa est gaudium post resurrectionẽ illius. Per mundum autem, omnes intelliguntur aduersarij Christi, qui plurimum gauisi sunt se furore suo potitos, illũ morti adiudicatũ in crucẽ suffixisse, ibiq; cõtigisse sibi, ut sannis, ludibrijs & opprobrijs eũ lacerarent. Quamuis quod hic de mundo dicitur, potest etiam non absurde de malignitate in qua mũdus positus est, intelligi, sicut Iacobus dicit: Quisquis amicus esse uult mũdi huius, inimicus dei constituitur. Gaudet autem hic mundus etiam de peruersitate sua, quomodo sapiens dicit esse quosdam, qui gaudeant & glorientur cum male fecerint, & exultent in rebus pessimis.

Iob. 42.
1. Reg. 16
Augustin.
Cyrillus.
Matth. 27
Iacob. 4
Prouer. 2

¶ Suntq; sine dubio uerba hæc intelligenda, ut ea exposuit Augustinus: quia omnis ista apostolorũ tristitia uersa est in immensum gaudium tunc, cum conspicati sunt gloriam dominicæ resurrectionis, potentiam admirãdæ ascensionis & consolationem paracliti spiritus sancti à patre missi. Hoc tamen & ipsorum & totius ecclesiæ statui congruit. Cuncti fideles per lachrymas pressurasq; præsentes ad gaudia æterna peruenire contendunt. illi enim quamprimum conflictus uitæ huius cessarit, & militia absoluta fuerit, mercedem accipiẽt beatitudinis æternæ, sic ut Dauid canit: Qui seminant in lachrymis, in exultatiõe metent. Mali autem lætantur, quia mundus exultat, & pcipue persecutores martyrum, qui gauisi sunt morte innoxia iustorũ. Deinceps tamẽ ministris dei coronatis in æterna felicitate, tyranni & persecutores eorundem pœ

Beda.
Psalm. 125

nam ſuſceperunt ſuæ truculentiæ atq; peruerſitatis. ſicq; impletum eſt uerbum illud Chriſti quod hic prędixerat, & illud quod iam olim inſtinctu ſpiritus ſancti locutus eſt Iſaias: Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & uos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur & uos confundemini: ecce ſerui mei laudabunt præ exultatiõe cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus eiulabitis. Iſaię. 65

4 ¶ Diſcrimen hic patres oſtendere ſolent gaudij bonorum à malis, idq; multiplex. nos ea tãtum breuiter cõmemoremus, quæ ad hoc pertinent euangelium. primo lætitia mundi huius & uana eſt, & multum temeraria, iuxta illud ſapiẽtis: Dixi in corde meo, Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. & uidi q̃d hoc q̃q; eſſet uanitas. Riſum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, Quid fruſtra deciperis? Eccl. 2

2 ¶ Turpe quoq; eſt gaudium mundi huius, quia ut plurimum de rebus uanis & turpibus conceptum, teſte ſapiente, neq; uitam neq; nuptias mundas iam cuſtodiunt. ſimile eſt quod Iohannes ait homines mundanos bibere uinum turpitudinis. Sapiẽ. 14 Apoc. 17

3. ¶ Neq; uero pura eſt lætitia mũdi, ſed plerunq; p-mixtam coniunctam q; habet triſtitiã, aut certe in mœrorem deſinit, quo maxime ſeducuntur homines in mũdo, ut ait Salomon: Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctꝰ occupat. Aut nõ ira fieri ſolet, cũ occupati ſunt homines in uoluptate mũdi & oĩbus leuiratibꝰ, ut plurimũ rixę interueniũt, iurgia, aut aliud cõſimile mali genꝰ. Plane mihi qui ſolas q̃rit uoluptates mundi & carnis, ſimillimus eſſe uidetur ei, qui per roſas & lilia abduceretur ad crucem: multam q; caperet ex floribꝰ illis delectationem, non expendẽs q̃ iamiam ſibi immineat ſupplicij mortis. Prouę. 14

4. ¶ Quid q̃ inſtabilis & inconſtans eſt omnis iſta mũdi lætitia, dum & ipſa mundo & uiciſſim ſibi mundus deſit, dicente Iob, Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt? Ita fiet ut cor eoꝝ cõuertatur in triſtitiã & mœrorẽ, ſicut dñs dicit per prophetã: Conuertã feſtiuitates ueſtras in luctum, & omnia cantica ueſtra in planctũ. 1. E diuerſo gaudium ſanctorum ue- Iob. 21 Amos. 8

est quia de ueris bonis susceptum. de bonis scilicet regni cælorum, sicut Paulus ait: Regnum dei nō est esca & potus sed iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. 2 Deinde idem illud pulchrum est, quia de amœnissimis bonis uirtutum: quod attendens Sapiens quoq; lætatus, inquit, sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quia bonorū omnium mater est. 3. Ad hęc pulchrum quoq; est, sicut testatur Salomō: Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius nō miscebitur extraneus. 4. At omnia hæc superat, q̄ perpetuum futurum est gaudium illud, expers omnis doloris. & immune ab omni tristitia. quia absterget deus omnē lachrymam ab oculis sanctorū, & amplius non erit neq; luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora trāsierunt. Possunt hæc omnia ad longū declarari, & ad aliquot integras homilias extendi. nos breuitati studentes, iis supsedemus. Tu si plura uoles, uide quædā diffuse & ampliss. in paraldo post ueteres. 5. Parabolam porro adnectit dominus, qua plerunq; in calamitatibus usi sunt prophetæ: sic Dauid lugens inquit, Ibi dolores ut parturientis. Et Isaias, Torsiones & dolores tenebunt, q̄si parturientes dolebunt. Ieremias quoq;, Quō, inquit, contremuisti, cum uenissent tibi dolores q̄si parturientis? Mulier fugitura & exhorrescens dolorē parturiginis, nunq̄ peruenirēt ad lætitiam partus, neq; fructum ex fœtu proleq; noua perciperet. Sic quoq; uobis fratres eueniet, quia post dolorē & tristitiā gaudebitis tandē, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis Augustinus etiam hoc expēdit, quod gaudium tunc magis esse consueuit, quando non puella, sed puer nascitur. Durum quidem hoc & molestum mulieribus, quod nulla mulier mater fieri potest sine maximo dolore. quando igitur illi imminet pariendi tempus, tristatur & dolet, q̄ ea hora sit maledictiōis, q̄ dns dixit ad Euam, In dolore paries filios tuos. Beda mystice exponit hoc de sctā ecclesia, q̄ mater est ob multitudinem bonorū operū, subinde pariēs deo filios spirituales. & q̄diu in mundo spūalium uirtutē, pfectibus insistit, nunq̄ mūdi tentationibus exerceri desistit: & cū deuicto laborū certamine ad palmā peruenerit, iam nō meminit pressuræ præcedētis,

Roma. 14
Sapien. 7
Prouer. 14
Apoc. 21
Chrysost.
Psalm. 47
Isaiæ. 13
Jeremi. 22
Cyrillus.
Augustin.
Gene. 3
Beda.

propter gaudium perceptæ retributionis: nato insuper sibi filio aliquo gratulatur, & exultãs dicit cum Paulo: Nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. sic gaudet ecclesia, cum filium enixa est in uitam æternam.

Beda. ¶ Eò facit & illud, q̃ dies sanctorum, quibus pro Christo passi sunt & mortui, natales dicuntur, quoniam in illis nati sunt in regnum cælorum. Et sicut infans uascitur, dum prodit ex utero matris uenies in hanc lucem: ita nasci quoq; dicitur, qui è uinculis carnis liberatur simul & exaltatur in lucem æternam. Quid q̃ nobilior longeq; eminentior est natiuitas, qua quis nascitur in cælum, quã ea qua miseri homines nascuntur in terram, malorum omnium cõgeriem? Quo autem modo ecclesia filios pariat, intellectu facilimum est. parit enim eos in sacramẽtis, & præcipue in baptismo & pœnitentia. parit in doctoribus & prædicatoribus, sicut Paulus ad Galatas ait: Filioli

Gala. 4 mei, quos iterũ parturio, donec formetur in uobis Christus. Parit illa etiam in ijs qui opera bona faciunt, & qui bene ac pie moriunt. In omnibus ijs dolores magnos sustinet ecclesia, dũ parit. Mitto quæ in hoc adduci possunt pene innumera studio breuitatis.

6. ¶ Parabolam quam induxit Christus, ipse etiam interpretatur, dicens ad discipulos suos: Ita & uos nunc quidem tristitiam habetis, sed iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Id facile intelligi potest de apostolis, qui

Johan. 20. contristati plurimum sunt, Christo passo, mortuo & sepulto: uiso autem eodem post resurrectionem, gauisi plurimum sunt, & non fuit qui gaudium istud tollere abeis potuerit. Sed audio quendã hic contradicentem, q̃m gaudiũ istud in die paschæ, ascensionis & pentecostes conceptum, ablatum sit apostolis per persecutores, quando pro

Beda. nomine Christi grauissima supplicia & acerbissimas sustinuerunt persecutiones. Huic non ego, sed Beda respondeat, dicens: Etsi postmodum persecutiones pro Christi nomine ac tormenta passi sunt, spe tamen resurrectionis & uisionis illius accensi, libẽter quoq; aduersa ferebant, sic-

Iacob. 1 Actuũ. 5 ut sanctus Iacobus dicit: Fratres, pro magno gaudio ducite, si tentationes incideritis uarias. Petrus & Iohannes

eum cæsi essent à principibus sacerdotum, cũ magno gaudio abierunt à conspectu concilij, gratias agentes quòd digni habiti essent, qui pro nomine Iesu contumeliam paterent. Actuũ. 5. Vsqueadeo nemo gaudium illis ademit, quia cum omnia illa pro CHRISTO paterentur, meruerunt cum Christo regnare æternaliter. Interim istud quoque in augmentum gratiæ & donationis dei cessit illis, de quo certi iam erant: quapropter non potuit eis quisquam auferre gaudium quod habebant, neque per quãcunque tribulationem, neque in persecutione, neque per gaudiũ, ignẽ aut flagella & uerbera. Sic Petrus ait, Modicum nunc si oportet contristari in uarijs tribulationibus, ut probatio uestræ fidei multo preciosior sit auro, quod per ignẽ probat. Vtut ergo tyranni & persecutores sanctos dei deriserint, rati CHRISTVM eos dereliquisse, ipsi tamen certi semper fuere CHRISTVM rursum eos uisurum, & tunc corda eorum maxima lætitia affecturum. Legimus sanctum Antonium aliquando grauiter tentatum & afflictum esse à dæmonibus: adeo ut eum penè exanimem relinquerent: & tunc uiso sibi domino dixisse Antoniũ: Domine, ubi tu paulo ante fueras? & CHRISTVM respondisse, Ego hic aderam, certaminis & conflictus tui sedulus spectator. Et hoc nimirum gaudium extitit, quod ab apostolis & sanctis dei auferri non potuit. Quis autem hic desperet, quando etiam carbones ardentes, rosas & rorem ipsum reputauit Laurentius dum ureretur? Et bene gaudiũ illud tollere ab eis nemo potuit, quãdo istud gaudiũ CHRISTVS ipse fuit, qui iam tum moriturus amplius nõ erat. Atq; inter sanctos dei, gaudium crescet & exultatio: dolor uero & gemitus procul discedẽt, hic partim per gratiam, illic uero perfecte per gloriã felicitatis æternæ. quam nobis omnipotẽs & misericors deus donare dignetur post hanc uitam. Amen.

1. Petri. 1.

S. Anto.

Augustin.

Isaiæ. 35

DOMINICA IIII.

POST FESTVM PASCHAE,

Euangelium Iohannis. XVI.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. Si enim ego non abiero, paraclitus non ueniet ad uos: si autẽ abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderũt in me: de iustitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: de iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quęcunq; audiet loquetur, & quæ uentura sunt annunciabit uobis. ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.

HOMILIA PRIMA.

QVod iam uobis charissimi in Christo fratres retu limus euangeliũ, prolixi illius sermonis, quẽ dominꝰ post cœnã habuit, exigua tãtum mod o pars est. Paulo eñ ante interrogauerat eũ Petrus: Dñe, quo uadis? & Thomas, Domine, nescimus quo uadis. Philippus q̃ q; patrẽ sibi ostẽdi perierat. Et nũc super hæc omnia dñs manifeste reditũ suũ ad patrẽ insinuãs, ait: Vado ad eũ qui me misit. neq; hoc tantũ eis declarat sed & missionẽ spũs sancti ipsis ꝓmisit, uolẽs sic discipulos suos cõsolari i rursꝰ & in bono cõfirmare, ut minus cõtristarent ex passione sua, nec plane à fide deficerẽt. Et q̃uis transitus hic intelligi q̃at de illius morte, q̃d Chrysost. putat, mihi tamẽ uidetur, illũ nõ tantũ de passione, sed & ascensione sua loq, sicut Augustinꝰ exponit. unde neq; Beda discedit, uolens in superioribus huius sermonis partibꝰ Petro & alijs locutum de trãsitu mortis suæ, cũ diceret: Quo ego uado, uos non potestis uenire mõ. & ad Petrũ: Quo ego uado, nõ poteris me sequi mõ, sequeris aũt postea. q̃d uerbũ Petrus etiã ipse intellexit à domino dictũ de passione, qua secuturus eũ iã nõ fuerat, sed postea tandẽ. q̃obrem & dixit ad dominũ, cur id fieret, q; sequi illum iam nõ posset, quãdo paratus esset animã q̃q; suam pro eo exponere. Nunc uero nõ absolute de abitu suo loquitur, sed addidit insuper quo uadat, s. ad eũ qui miserat se, quod quis dubitet tunc factum, quando tandẽ ascẽdit in cælũ? Et q̃d in hoc diutiꝰ immoramur, quando idipsum sequẽtia etiã uerba satis aperte exprimũt, cũ dicit, Et nemo interogat me q̃ uadis? Vtiq; enim hoc de transitu ad mortem dictum non est, de quo cum supra loqueretur, à Petro & Thoma interrogatus est. De alio igitur abitu locutum eum esse oportet, de quo addit, quia nemo ex uobis interrogat me quo uadis? Rationẽ insuper adiungit Augustꝰ. quia nubes suscepit eũ, quãdo ascendit ab ipsis, & euntẽ in cẽlũ nõ uerbis q̃sierũt, sed oculis deduxerũt. Propemodũ ergo sic dicere uisus ẽ. adeo manifesta & oibꝰ cõspicua erit ascẽsio mea & irrefragabilis, ut oculis illã uestris uosmet uisuri sitis: neq; opꝰ

Joh. 13. 14

Chrysost. Augustin. Beda.

Joh. 13.

Joh. 16.

Augustꝰ. Act. 1.

habebitis, ut quicquam interrogetis. Proculdubio illi to
tis animi uotis, ut sequi mererentur, optârunt. Hæc facta
Eccl.1 forte in spiritu præuidens ecclesiastes, dixit: Oritur sol &
occidit, & ad locum suum reuertitur. Vere enim sol iusti
tiæ Christus dñs ortus est in natiuitate sua, iuxta illud ꝺd
Num.24 prædictum erat, orituram stellam ex Iacob. & occidit in
passione, rursusq; per gyrum rediit in locum suum altis-
simæ & indiuiduæ trinitatis, ascendēs in cælum. Nō sum
omnino nescius, esse quosdam qui hæc uerba, Et nemo ex
uobis interrogat me, quo uadis? sic intelligunt, quasi tan
topere exterriti fuerint apostoli, ut interrogare etiam
non auderent. priorem tamen illam, scilicet Augustini,
expositionem probabiliorem existimo magisq; uero con
sentaneam.

Chrysost. 2. ¶ Sed quia hæc, inquit dominus, locutus sum uobis,
tristitia impleuit cor uestrum. Tristitiam hanc quidam
referre conantur ad ea, quæ iam ante prædixerat illis do
Johan.16. minus, fore ut Iudæi ipsos è synagogis suis ejicerent: & in
super quisquis interfecturus eos esset, arbitraretur obse-
quium se præstare deo. inde nimirum uolunt nonnulli,
istam eorum tristitiam esse natam, eamq; tantam, ut iam
penè fastidium concepissent omnium eorum quæ dein-
ceps loqueretur dominus, non secus ac uas cum plenum
est, nihil amplius capit, etiam si ui infundas seu intrudas.
Equidem sententiæ huic locum suum facile reliquero. q̃-
uis enim hinc plurimum utiq; mœroris conceperant apo
stoli, tamen hæc ipsa Christi uerba eo penitus non ten-
dunt. unde adducor, ut credam expositionem Augustini
Augustin. multo esse commodiorem, quæ uult quoniam apostoli,
cum nondum accepissent consolationem spiritus sancti,
metuebant ne forte perderent illud extrinsecus in Chri-
sto, quod iã in eo habebant, puta corporalem ipsius p̃sen
tiam. Sicq; omnino quidem hic Christus loquitur de tri
stitia apostolorum, quam habituri erant, non tamen su-
per tyrannide & persecutione, sed ex abitu Christi, qui
eos fuerat dimissurus. Qui sensus ex præcedentibus ue-
Johan.16. bis domini satis patet, quia iam dixerat, Vado ad eum q̃
me misit, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis? sta
tim q; subiecit, Quia hæc locutus sum uobis, tristitia im-

Pleuit cor uestrum. Ecce causam mœroris & tristitiæ .s. abitum dñi. Præterea sequit, Veritatē dico uobis, qa expedit uobis ut ego abeā. Quādo igitur primo abitum suum cōmemorat, deinde tristitiā subdit discipulorꝝ: moxq; solatur eos, qm̄ discessus iste suus cōmodatur⁹ sit illis, q̄si diceret: Molestum quidem & ingratū est uobis, q̊d me abiturum dico. sed ideo uos cōtristari nō decet, quinimo gaudere magis eo ꝙ expedit uobis ut abeam, ideoq; tristitiā isthanc uestrā mittite. Hinc fit ut illam interpretationem Augustini aptiorē putemus, maxime cum & Beda dicat sciuisse dominum, quid hæc uerba in discipulorꝝ suorꝝ cordibus agerent, tristitiā. s. magis de abscessu, quo eos desereret, q̄ de ascensu quo patrē peteret, lætitiā generarent. Beda.

3. Nunc tandē cōsolando discipulos suos persuadere conatur dominus, ut mœrorem istū abijcerent, cōsiderata utilitate illis ex abitu suo emersura, cum ait, Veritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadā. Non ignarus erat utiq; ille, quid ipsis cōueniret magis: sciebat eis uisionem internam plus profuturam externa, amplius q̊q; profecturos ipsos, si se oculis potius uiderent pectoris q̄ corporis. Præsciebat ille quo pacto spiritus sanctus sese diffusurus erat, in corda eorum semet insinuans: unde huberiorem fructum acciperent, q̄ ex cōuictu cōmuni cum Christo. Expedit itaq; uobis, ait ille, ut tādem ista seruilis forma uestris subtrahatur aspectibus. neq; uos me semper sic habeatis p̄sentem. Veritatem inq̄ dico uobis. mētiri nequeo. ip̄e ego uia, ueritas sum & uita. uerax ego sum, & omnis homo mendax. Augustin. Johan. 14 Roma. 3

¶ Tu uero hic diligentius paulo cōsidera, quantopere Christus discipulos suos deterrere curauit, ne plus æquo solatij in corporali cōuictu suo quærerent, quin poti⁹ ut animos suos erigerent ad cōtemplationem diuinitatis. Quod si hoc in Christo factum est, ut sempiternus æterni patris filius extrinsecus & uisibiliter impedierit in apostolis susceptionē spiritus sancti, quanto magis carnalis uoluptas in nobis præualens obstabit, quo minus capaces simus gratiæ & donorum spūs sancti, cum dicat Paulus, carnem uelut ex diametro pugnare aduersus spiritū, & uicissim hunc illi aduersari? Sicut enim aqua extinguit Gala. 4.

ignem, ita fluidus humor carnalis concupiscentiæ, delet quicquid in nobis ardoris ignei fuerat spūs sancti & feruoris charitatis diuinæ. Discant igit hinc omnes, qui animos suos p̄paraturi sunt ad susceptionem spūs sancti, q̄scunq; carnales, immūdas & uanas cogitationes pariter & concupiscentias excludere. siquidem in animā maleuolā
Sapien.1. nunq̄ intrabit spiritus sapientiæ, neq; habitabit in corpore subdito peccatis. Tantū corda uult casta & munda, eaq; eleuata in meditatione diuinorū, spiritualium & cōlestiū, quo nomine Paulus ait, Nos ex hoc neminem secundum
2.Corin.5. carnem nouimus, Etsi cognouimus secundum carnē Christum, sed nunc iam nō nouimus. Vbi ille in persona loquitur ap̄lorum, qui & ipsi quondā non habuerant uitā contemplatiuam, deo rebusq; diuinis penitus cōformem, sed Christum corporaliter secum habere uel maxime cupierunt: nunc aūt illuminati spū dei, oīa in deum dirigūt, dictante id ipsis spiritu sancto, sicut iam ante dixerat, eū qui uiuit, non sibi uiuere debere, sed illi qui pro se mortuus est & resurrexit. Recte itaque hic Beda, Expedit, inquit, ut notam uobis formam inferam cælo, quatenus maiori per hoc desiderio illuc suspiretis, sicq; suspensis ad superna cordibus uestris, ad accipiēda iam spiritus sancti
Chrysost. dona capaces fiatis. Chrysostomus q̄q; in hunc modū exprimit illa Christi uerba, Non ego ad gratiā loquor, sed licet maiorem in modū contristemini, tamen id q̄d expedit audiendum est: uos ut adessem uelletis, usus aliud postulat. Exemplum hinc nobis oblatum est, ne cessemus q̄ adprime utilia sunt recensere proximis nostris, etiāsi cōtristentur & molestē ferant dum audiunt.

4. ¶ Particulatius adhuc iam & apertius dominus cōmemorat discipulis, quid utilitatis sperandum sit eis ex abcessu suo & ait: Si non abiero, paraclitus nō ueniet: ubi autem abiero, mittam uobis eum. Augustinus hic infert quomodo admirari quis posset Christum, & deum uerū et
Augustin. omnipotentē fuisse, cur itaq; spiritū sanctum mittere nō potuisse adhuc uiuentem in terra. Quid q̄ existente tunc in terris filio, etiam spūs sanctus iam tum adfuit, cū credibile nō sit, filiū sine patre esse & spiritu sancto, sicut ipe-
Johan.14. met testatus est, dicens, Pater in me est, & ego in patre?

Deinde iam ante quoq; uisibiliter apparuerat spiritus sanctus supra Christum in baptismo. Quod si ergo ad ipsum uenit, quid prohibuerit, quo minus præsente illo uenire potuerit in discipulos?

¶ Cyrillus quoq; turbari posse ait simplicem aliquem. Cyrillus.
Nam si melius erat Christum abire, præsentia sua nõnihil obfuisse uidebit̃, cur ergo tanto tẽpore p̃sens fuit? Respõsuri ad istã interrogationẽ, rationem prius reddam⁹ cur Christus noluerit spm̃ sanctum dare in sua perfectione discipulis, dum adhuc cum ipsis uiueret. hinc eñ statim patebit responsio ad quæsita.

1. ¶ Primum itaq; in causa fuit ruditas discipulorum, qui considerato solo illo corporali consortio Christi, parum aut nihil attẽdebant diuinitatem eius & cælestia: eo q; nondũ erant eleuati charitate spũali, sicut Paul⁹ ad Corinthios testatur, & nos paulo antea ex ipso adduximus. 1. Corin. 5

2. ¶ Deinde ex propria cõditione diuini p̃sidij, q̃d in magna necessitate maxime relucet. siquidem dñs adiutor est in rempore, ut ait Dauid, opportuno. Et iterum, Pater meus & mater mea dereliquerunt me. dñs autem assumpsit me de inimicis meis. Quandiu ergo apud eos dominus agebat, satis auxilij ex ipso habebant, neq; aliena ope indigebant. Vbi primum autẽ discessurus erat ab illis, iamq; plurimum eis persecutionum & tribulationum immineret, tunc tandem diuina ope & alio opus habebãt auxiliatore. Quapropter dixit dñs, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum mittet uobis. Ecce alium, quãdo antea Christus ipse cõsolator eorũ fuerat. Profecto autẽ ita res tunc habebant apl̃orum, ut fieri solet, cum mater infantem ablactare instituit. tum etenim illum adhuc tenellum lacte pascit, mox subtracto lacte, cibum adhibet subinde solidiorẽ, ut sic membra illius robustiora paulatim efficiant. Ad eundẽ plane modũ Christus discipulos suos primum lacte enutriuit corporalis suæ præsentiæ, deinde cum iam illi solido cibo pascendi essent rerum sublimium, etiam lac eis subtraxit, dicente Isaia: Quem docebit scientiam ? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. 3. Tertia causa reddi põt ex considerationẽ dignitatis Christi, qa ut Aug. dicit, Psalm. 9 Psalm. 26. Johan. 14 Isaiæ. 28 Lib. de trinitate dei.

Christus in quantũ hõ, potestatem nõ habebat mittendi
spm̃ sanctũ, sed ut deus. Quàm diu autem ille cũ discipulis
suis uiuebat, pro solo homine habebatur, ideoq; ne suspi
cio hinc nasceretur, puto hominẽ posse etiã cõferre spm̃
sanctũ, Christus noluit dare spm̃ sct̃m, nisi post illam ste
pendam & potentissimam suam ascensionem, sicut Iohã
nes dicit, spiritum sanctum ideo nondum datum, q̃ neq;
Johan.9 Christus dum glorificatus erat. Aliàs suspicari statim q
dam potuissent, quod & Macedoniani deinceps fecerunt,
spiritum sanctum seruũ dei esse: quæ insignis tũ blasphe
mia, tum cõtumelia est spiritus sancti, sicut hic pulchre et
suo more adfabre inducit Chrysostom⁹. Id em̃ si sic esset,
Chrysost. quantulo p̃staret dñm abire & suo loco mittere seruũ?
Taceo q̃ nõ sufficientem cõsolationẽ ex illo accepissent
discipuli, si non uerus etiam deus extitisset. 4. Postremo
alia adhuc causa dari põt, eaq; huiusmodi, ut sic unitas ec
clesiæ cõseruaret. in hoc enim teste euãgelista præordina
tum est diuinitus, q̃ Iohannes nullum omnino fecit mira
culum, ne. s. populus distraheretur à Christo, & sic excel
Johan.10. lens Christi eminentia clarius in Iohanne ueluti transla
ta uideretur, q̃ relucere in Christo. Ad hæc, Christus iam
iã discipulis suis promiserat, illos opera facturos etiam
Johan.14 maiora ijs, quæ ipse fecisset. si igitur p̃sente Christo mi
racula huiusmodi fecissent apostoli, cogitare potuissent
simplices, eos Christo maiores esse: sicq; dissensio exorta
fuisset & schisma inter fideles, cum ita unitas permanserit
inter eos, unum omnibus Christũ prædicantibus, prædi
cationemq; suã uirtute spũs sancti per subsequentia signa
confirmantibus.

5. ¶ At nos nunc tandem respondeamus ad quæstiões
iam supra inductas. Et primũ quidẽ poterat Christus spi
Actuũ. 15 ritum sanctum etiam ante ascensionem suã mittere, nihi
lo minus q̃ post eam, noluit tamen ex rationibus iam ad
ductis. quandoquidem neq; discipulis cõmodum semper
erat, qs antea desuescere oportebat à lacte, ut tandem spi
rituales fierent homines, nec quicq̃ carnale saperẽt. 2. Ad
secundum, & hoc uerum esse adserimus, q̃ ubicq; sit spiri
tus sanctus sua diuinitate, iuxta prophetã, cælum acterra
implens, in donis tamen suis à Christo sub uisibili signo

missus est: unde apostoli illustrationē scientiæ acceperūt, cognitionem linguarū, robur & firmamentum aduersus mundum, & uirtutem miraculorū. 3. Adid porro q̄d tertio loco quæsitum est, dicimus apparuisse quidē in baptismo Christi spiritum sanctum, dedisse q̄ illi testimoniū quia filius dei sit, & simul aquas sanctificasse in sacramentū baptismi. Cur autē in hunc modum datus non sit aplis ante Christi ascensionem, iam supra adsignauimus causam. 4. Cæterum ad quartum ex Cyrillo respondemus, cuiq̄ rei tempus suum esse cōmodum, atq̄ adeo omnia esse bona in tempore suo. Aderat igitur dñs in hoc mundo corporaliter tempore opportuno, & rursus quando ut ille nouit oportebat, ad patrē corpore rediit. Hominē fieri filiū dei oportebat, ut nos omnes redimeret, ubi nos omnes sumꝰ in Christo ratione humanitatis; id ille fecit nō tantum ut p̄tā nostra deleret, sed etiam ut naturā nostram sanctificaret, simul q̄ ut antecessor nobis & exemplar foret bene recte q̄ uiuendi. siquidē omnis illius actio, instructio noest. Neque minus uero abscessus quoque ipsius utilis fuit, q̄m non à peccatis tantum mundare nos uoluit, sed & in cælum usq̄ perducere, atq̄ angelici cōsortij facere participes, sicut Paulus asserit eū ascendisse in cælū, ut ꝓ nobis appareret in cōspectu dei. Omnibus itaq̄ per illum transactis, quæ ut hō facturus erat in terris, reliquū fuit ut ascenderet in cælum ad deū patrē, faceret q̄ ut nos sedere possemus in cælestibus in Christo Iesu. Verū eò pertingere nequimus, nisi conformari prius fuerimus in solidam uitæ nouitatē: q̄d demum per gratiam & donū spūs sancti fieri poterit, nō aliter ac Saul cōuersus est in alium hominem, iamiā adsecutus spm̄ sanctum: & sicut Paulus refert, quia & nos reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginē transformabimur à claritate in claritatem. Sicut ergo q̄diu opportunum uisum est tēpus Christo, mansit ille cū discipulis: ita appropinquāte tempore spiritus sancti, ascendit iterū ad patrē filius, & liberā spūi sancto reliquit operationē. 6. Hæc omnia claudamus cū illa sancti Augustini sententia, qui uult tantisper discipulos accipere nō potuisse spm̄ sanctū, dum immorabantur Christū cognoscere tm̄ secundū carnē, quō Paulus q̄q̄ car

Cyrillus. Eccl. 8

Gregor⁹.

Hebr. 9.

Ephe. 2.

1. Reg. 10

2. Corin. 3.

2. Corin. 5

nem Christi agnoscebat nō secundū carnē, qui tamē spiri-
Johan.1 tualiter nō ignorabat etiā uerbum carnē esse factū: siquidem adeo purus est spūs, ut nō cōfirmet nisi in rebus admodum spūalibus. Porro & si corporaliter illos deseruerit dūs, tamē spiritualiter deinde cū spū sancto pater q̄; ad eos descendit & filius. quo em̄ mō sibi constaret alīās, q̄d ꝓmisit dominus se cū ipsis mansurū usq; ad seculi con-
Matth. 28 summationē? Aut ubi etiānum impleret illud q̄d dixerat,
Johan.14 quia ad eū ueniemus, & mansionē apud eū faciemus? Quo
Chrysost. nomine uos q̄q; dilectissimi in Christo fratres animū adfectum q̄; uestrum in deū erigite, nec; cogitate, O si & ego tūc tēporis uixissem, O si tunc in Iudæa fuissem, Christū q; in carne uidissem. Nihil em̄ uobis per hoc ademptum est, nihil diminutū, licet p̄clarum q̄d & eximiū spectaculū existat, Christū uidisse incarnatū, quia sic dixit ille plerosq; reges & ꝓphetas optasse, ut uiderent illū & audirēt sicut
Lucę.10 apli, nec; tamē uel uiderunt uel audierunt. Tu tamen id admodū ne desideres aut appetas. siquidē eorū etiā nōnulli qui cum Christo uixerunt, perierunt, ut Iudas, Pilatus, Annas, Caiphas & magna pars Iudæorū. Quin potius magna cura uide, ut iuxta dūi uerbum ipse q̄q; gratiā accipias spūs sancti, & simul cū illo Christū dominū. Magnus Marthæ honor fuit, & plurimum ei inde accessit dignitatis, q̄d Christū hospitio excepit. Tu q̄q; hospes illius effici potes, si pauperes suos cibāris, potāris, uestieris: si credis mō q̄d per se uerissimū est, atq; adeo ex ore ueritatis ꝓfectum, Quicquid minimo illorū feceritis, mihi feceritis. Sed
Matth.25 sublimior & excellētior ipsius hospes fieri cupis? age in sacramento eucharistiæ eū digne suscipito, licet em̄ corpus illius simul & sanguis hic uere existat, tu tamen ip̄m corporeis oculis nō uides, sed sacramētali specie panis & uini mirabiliter obtectū. Ibi adfectū piū exhibe, ibi te cōformem fac uoluntati diuinæ, gratiā & uirtutē spūs sancti implora. Quanto id tibi proderit magis, quàm si ipsum in carne uideres, sine gratia spiritus sancti? Ne itaque molestum & acerbum sit hoc uobis, Christum in carne nō uidisse. Quin deū pōti⁹ omnipotentē orate, ut qui à nobis recessit corpore, magis gratiā nobis cōcedat spūs sancti; qua nos in oīi pietate stabiliti, illi iuxta beneplā-

citum suum seruiamus, tandemq; ex ipso gaudia cõsequa mur felicitatis æternæ. Amen.

HOMILIA SECVNDA
dominicæ quartæ post festum paschæ.

DOminus noster Iesus Christus iam penè ascensurus in cælum, & corpus quo cõuersatus cum hominibus fuerat, illaturus sideribus, discipulos suos consolatur. iubetq; nõ nimis tristari: siquidem abscessus suus illis plurimum esset cõmodaturus, ipsumq; spiritus sancti aduentum impetraturus. Hic tamen quid facturus esset, deinceps paterna admonitiõe insinuat, cum ait: Vbi uenerit ille, arguet mundum de peccato, de iustitia & iudicio. Super ijs uerbis cõsultum mihi uisum est quãtum deus dederit, paucula quædam apud uos disserere, q̃tenus & uos gratiam spiritus sancti suscipere mereamini. Hanc autẽ p̃dicare quidẽ mihi apud uos licet, cõferre uobis mihi non datur. Christus qui spiritum illum misit, idẽ Johan. 16. etiam mittere & donare eum uobis poterit, si modo oues eius fueritis, si uocem illius audieritis. audietis autem, cũ prædicationem & sermonem illius ex me audieritis. uerbum enim quod ex me auditis, non meum est, sed Christi qui misit me, cuius loco thesaurum euangelicum uobis aperio & manifesto. Hic ipse ouilis sui ianua est. per Johan. 14. ipsum ego animos uestros ingredior, uobis prædicans. Johan. 10. Vos igitur si oues Christi sitis, & pastorem agnoscetis uestrum, me quoq; audire nõ recusabitis. sed quid dico me? 1. Petri. 1. imò Christum in me loquentem, cuius uos sanguine redempti estis. agnoscite itaq; redemptionis precium longe maximum, non corruptibilibus auro & argento, sed preciosissimo sanguine Christi Iesu agni immaculati redempti estis. Neq; dubito quin ultro sermonem Christi accepturi sitis, quando ex deo estis, uerbum igitur dei si- Johan. 8. ne fastidio & molestia audietis: aliàs si ex deo non essetis, uerbum quoq; dei respueretis. Vt aurem idem ille qui immensa quadam benignitate & misericordia doctrinã euangelicam nobis reliquit in ecclesia, gratiam quoq; ad audiendum, percipiendumq; concedat, profusis precibus eundem suppliciter imploremus, dicentes:

¶ Pater noster qui es in cælis, &c.

¶ Spiritus sancti in hunc mundum uenientis officium est, arguere mundū de pctō, eo q̄ in Christum nō crediderint homines, deinde docere apl̄os, mox clarificare Christum, postremo idem illud adnunciare discipulis. Quoad primum, arguet ille mundum de pctō, sed quid est hoc? inquies. Nunquid dominus Christus nō arguit mundum de pctō, cum ait, Si nō uenissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, iam autem excusationem nullā habent de pctō suo? Neq̄ aliter etiam de iustitia Christ⁹ arguit mundum, orans patrem suum & dicens, Pater iuste, mundus te nō cognouit. Ad hæc respōdens Augustinus, ait: Forte quia Christus in Iudæor̄ gente tm̄ locutus est, mundum nō uidetur arguisse: spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis, nō unam gentē, sed mūdum intelligitur arguisse, iuxta commissum quod eis dederat dominus, cum testes ipsos constitueret, nō in Ierusalem tantum & Iudæa, sed & in Samaria, & tandem usq̄ ad ultimum terræ.

Augustin.

Johan. 15.

Johan. 17.

Augustin.

Actuū. 1

¶ Quamuis cum dicitur spm̄ sanctum corripuisse mundum, nemo excludere hinc debet uel patrē uel filium: qa ubiq̄ locum suū habet regula ista, q̄ opera trinitatis sunt inseparabilia, & quicquid aliq̄ trium personar̄ operatur in creaturis, idipsum reliquæ etiam operari dicunt: sicq̄ sicut una uoluntas & omnipotentia est una, ita etiam op' idem recte perhibetur. Et licet hoc ipsum arguere, in uniuersum & essentialiter tribus cōueniat personis, proprie tamen tribuitur spiritui sctō, siquidem cum tria impediāt ne aliquis habeat autoritatem arguendi alium, s. ignorātia in intellectu, immūditia in concupiscibili, potentia & timor in irascibili, singula hæc remouet spiritus sanctus, dum purgat, illuminat & corroborat animā: ideoq̄ illi peculiariter & merito quidē officiū illud tribuit, q̄ arguat mundū de pctō. Aliās qui indoct⁹ est & rer̄ omniū imperit⁹, quō corripiet alter̄? nōne sicut cæc⁹ cęcū ducēs, ita ñ q̄q̄ ambo in foueā cadēt? Et huiusmodi hoīdixisse uidet Paul⁹ illud, Qui aliū doces, teip̄m nō doces. Deinde immō di q̄q̄ docere nō debēr, statim. n. eis dicet huiusmodi quid dā, Quare aut quō tu dicere p̄sumis, frater, sine ut eiciā ſ

Glossa.

Roma. 2

Matth. 7.

ſtucã de oculo tuo, trabẽ autẽ in oculo proprio nõ cõſide
ras? Eófacit q̃d ait Greg. Superiectas ſordes tergere non Gregor.
ualent manus quę lutum tenent. & quid ex immundo mũ
dum ſperes? Sed neq; ij qui timore nimio perculſi ſunt, cũ Eccl. 24.
fructu arguere quenquam poſſunt: cuius rei nobis exem-
pla plurima uel infeliciſſima hæc noſtra ſuppeditant tem
pora, quibus qui tã ſegnes & ſupini in corripiendo fue-
runt epiſcopi & prælati, eo ſuccreuit hæreſis, non tam al
tas radices iactura, ſi illi diligentiores fuiſſent. Eum autẽ
qui alios corripiendi munus ſibi ſumit, debere timore ca
rere, etiam Sapiens docet, cum ait: Noli quęrere fieri iu- Eccl. 7.
dex, niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte ex
timeſcas faciem potentis. Hæc itaq; tria aufert ex homine
ſpiritus ſanctus, ſimulq; potentem illum reddit ad arguẽ-
da peccata. Cuius rei gratia idem ille datus eſt apoſtolis in
ſpecie ignis. ignis enĩ lucẽ ſplendidã de ſe præbet aduerſus
errores & inſcitiam, deinde purgat contra immunditiam,
ad hæc audaces reddit quoq;. unde qui circa ignem uer-
ſantur, Martiales eſſe creduntur. At proh deum immor-
talem, ubi nũc eſt ſpiritus ſanctus, qui per miniſtros ſuos
tam ſeculares quàm ſpirituales corriperet mũdum de pctõ?
Quàm neceſſarum id quidem eſſet? Verum proh dolor nõ
eſt penes illos ſpiritus ſanctus. omnes enim iudices & ſpi-
rituales & ſeculares partim ignari ſunt, imperiti & im-
prudentes: atq; ut maxime quidam eſſent (qui tamen &
ipſi pauciſſimi ſunt) prudentes & intelligentes, immundi
tamen ſunt, guloſi, ebrij, adulteri, ſuperbi &c. Et utut
hic quoq; gratiam ſuam nõnullis concedat deus, ut hoꝛ
uitiorum nullum habeant, attamẽ & ipſi metu timoreq;
nõ uacant, puſillanimes enim ſunt, & non audent malũ
pro ueritate & iuſtitia arguere. Hinc quid mirum, ſi mũ-
dus totus, qui iam olim in maligno poſitus fuit, pctis, of-
fendiculis & omnium flagitiorum genere plenus exiſtat, Ieremi. 8.
iuxta illud Ieremiæ, A minimo uſque ad maximum o-
mnes auaritiam ſequuntur, à propheta uſque ad ſacerdo
tem cuncti faciunt mendacium? Illuminet uultum ſuum
ſuper nos dominus deus noſter, & miſereat noſtri, atque
propitiet iniquitatibus noſtris.

2. ¶ Porro ut aliquãto propius accedamus ad hæc Chri

sti uerba, sic ille inquit: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, de iustitia & iudicio. Quod nonnulli doctores sic intelligunt: Quoniam mundū arguet de peccato suo, de mea iustitia, & iudicio diaboli. Sunt qui sic exponunt, Arguet ille mundum de peccato cōmisso, de iustitia amissa, & de iudicio dei contempto. Neq; aliquem istorū sensuum contemnimus. tantummodo dispiciamus, quo pacto optimus maximus magister Christus illud nobis explicet. De peccato, inquit, arguet ille mundum, quod in me non crediderunt. Vbi Chrysostomus uult dominum hic omnem abstulisse excusationē, & quia sine uenia peccārint, quoniā iam ante pater uoce propria dederat testimonium Christo. Christus quoq; de seipso testatus erat miraculis suis: ideoq; & spiritum sanctum, cum uenturus erat, testimonium esse daturum Christo, eo quod mundus amplius excusare se non posset de peccatis suis. Cyrillus propemodum etiā in hanc sententiā concedit: quādoquidem Christus dixerat Iudæis, Nisi crediderits mihi, in peccatis uestris moriemini. Et sine dubio arguit mundum spiritus sanctus per apostolos Christi & illorum successores, prælatos & prædicatores, ab omnibus peccatis. Vnde ruditas & stupiditas patet eorum, qui moleste ferūt peccata sibi sua pro concione exprobrari. An non hic audis spiritum sanctum reprehensurum esse mundum per prædicatores, & tu interim Christo reluctabere? spiritui ne sancto officium suum recludes, quo minus ille redarguat mundum de peccato? Quamuis si impatienter pateris tibi uitia tua retegi, age hoc unū, peccare noli, & non opus habebit prædicator te de peccato tuo reprehendere. Augustinus uere maximum illud ecclesiæ lumen, ne transuersum quidem digitum hic discedit à uerbis Christi, dicitq; quia spiritus sanctus mundum arguet de peccato infidelitatis, eo quòd non crediderint in CHRISTVM. ait enim, Hoc peccatum, quasi solū sit, præ cæteris posuit: quia hoc manente, cætera detinentur: & hoc discedente, cætera remittuntur, quò respexisse etiā Paulum uerisimile est, cum definiret fidē substantiā rerum esse sperandarū. sic Beda hic fidem originem appellat uirtutū. Hinc quis non uideat è contrario, infidelitatem originē & firma-

Chrysost. 2Vat. 3. 17. Cyrillus Johan. 8. August. Hebr. 11. Beda.

mẽtum esse uitiorum? sicut & Christus horribiliter satis dixit, eum qui non credit, iamiam esse iudicatũ, eo quod non credat in nomine unigeniti filij dei. Johan. 3.

3. ¶ Deinde nõ minus etiã arguet spiritus sanctus mũdũ de iustitia, quia ego uado ad patrẽ, & iam nõ uidebitis me. Vbi admirabitur quis, quo pacto causa ista conueniret cum eo, de quo hic ueluti capite quodã agitur, puta, quomodo abitus Christi ad patrem respõdeat huic, quod spiritus sanctus arguet mũdũ de iustitia. Pulchre sane, dũmodo huc accedat declaratio diuina, q̃ demũ intellectũ præbet & illuminat mẽres hominum, sicut hic diuinitus edoctus egregie Chrysostomus exponit, dicens: Quum frequenter Iudęi Christũ accusarent, quòd à deo non esset, & propterea peccatorẽ legisq; transgressorẽ dicerent. Hinc aũt omnis calũnia amouebitur. Nam si opinio quòd à deo non sim, me transgressorem ostendit, cum spiritus me illuc abeuntem, neq; ad horam, sed permanentem ostenderit, signum ergo est quòd irreprehensibiliter uixi, quia uado ad patrem. Iudæi igitur inique de me opinati sunt, & spiritus sanctus qui idem illud prædicatione confirmabit & miraculis apostolorum, mundum de iustitia quoq; mea reprehẽdet, cui fidẽ adhibere noluerũt. Theophylactus etiam, De iustitia, inquit, arguet mundũ, hoc est, ostẽdet eis, quòd ego cũ iustus fuerim, & irreprehẽsibilẽ egerim uitã, iniuste occisus sum, & in eius iudiciũ uado ad patrẽ: si eñ essem talis, qualẽ me accusarũt, nõ haberẽ hunc honorẽ apud patrẽ. At tu hic quisquis uere pius haberi cupis, recogita diligẽter & expẽde, quãtę sit pietatis & misericordię, æternũ illũ dei patris filiũ ex alto cælorũ se demisisse in sanctissimæ uirginis uterũ. Vicissim q̃ magnæ iustitiæ & ætatis fuerit ascẽsio Christi, quã cũ cõtẽplarint Iudæi, merito à spiritu sancto arguendi erant ut blasphemi, qui iustitiam CHRISTI nec agnoscere, neque recipere uoluerunt. Omnes illæ expositiones ad iustitiam CHRISTI pertinent, quam mundus hic noluit agnoscere. sed tunc demum cum ascendit ille in cælum, deus pater declarauit ipsum, nec uerbo, nec facto, fraude aut dolo usum esse. Cæterum beatus Augustinus paulo elegantius idem hoc exponit, dicẽs: Non est quod iustũ putes de Psal. 118. Chrysost. Ioh. 7. 9. Theoph. Augustin.

iustitia argui, sicut de pctō peccator arguit. ideo enim dicit dominus, quòd spūs sanctus arguet mundum de iustitia scilicet fidelium: quoniam qui non credunt, & ipsi arguent ex fide bonorum, & prædicationi & miraculis apostolorum credere noluerint. Arguent itaq; siquidem ipsa fidelium cōparatio, infidelium est uituperatio. sic mūdus de pctō quidem suo, de iustitia uero arguit aliena, sicut arguunt de lumine tenebræ, iuxta illud Paulinum: Omnia quæ arguunt, à lumine manifestant. Sed adhuc dubitantes ex uobis quosdam cōspicio, & sic apud sese cogitantes: Quod si iustitia hoc mō de iustitia fidelium exponit, quō ad eā adcommodabit ratio illa CHRISTI? Sane neque id male cōuenit, quia Christum iam reuersum ad patrem fideles amplius nō uident: & tamen in illum credunt, quāobrem iusti sunt, sicut Thomæ dixit dominus: Beati qui crediderunt, & nō uiderunt. Obstinati autem, quia nolūt credere in Christum, quem nunquam uiderunt (sic enim communis est iste clamor impiorum, quō crederent, ąd nunquam uiderunt?) merito à spū dei arguunt. At dices, quo pacto etiam fideles amplius uisuri non sint dominū, quum iam olim magna fiducia dixerit Iob, se in carne sua uisurum dominum? Aut quō saluari poterit, quod & Paulo uisus est dominus, & Stephano, qui etiam cælos uidit apertos, & filium hominis stantem à dextris dei? Respondet ad hæc, illud quod dixit dominus, Iam non uidebitis me, intelligēdum esse de ista uisibili & mortali specie atq; passibili, quam tunc habebat. Deinceps uero quotiescūq; uisus est, immortalis & impassibilis apparuit, non quomodo iudicatus est, sed in ea forma, qua ipse iudicaturus est uiuos & mortuos. Mitto hic expositionē, quam inducunt nōnulli de eo quòd spiritus arguet mundū de iustitia neglecta, sicut cum quis rationem reddit officij sibi cōmissi, ei non tantum mala designata exprobrantur, sed & bona intermissa: quòd sic etiam isti arguentur à spiritu sancto de iustitia, quam facere neglexerūt. 4. Præterea de iudicio quoq; spiritus sanctus arguet mundum, siquidem princeps mundi iam iudicatus est. Vbi obscurum est, quō ratio illa sermoni huic competat, sed tamen sensus propemodum talis est: Iudæi Christum iudicârunt tanquam

Ephe. 5

Iohan. 20.

Iob. 40.

1. Cor. 15.

Actuū. 7

Chrysost.

dæmonium habentem, & in potestate Beelzebub principis dæmoniorum dæmonia eiicientem. Vicissim spūs sanctus qui per miracula testaturus erat, uictum à Christo dæmonem (iam enim is iudicatus est) facile etiam declarabit falsum extitisse Iudæorum istud de Christo iudicium, ipsumq; adeo dominum triumphasse, iuxta illud euangelicum: Iam iudicium est mūdi huius, iam princeps huius mundi eiicitur, quod utiq; per Christum factum est, dum ex illo triumphauit. Johan.8 Matth.12 Johan.12

Posset tamen idipsum sic exponi, quia Iudæi primum, ac deinde Pilatus, Christum inique cōdemnārūt. idipsum quoq; arguet spūs sanctus per doctrinam & miracula apostolorum, uniuerso orbi manifestaturus falsum & iniquū ipsorum iudicium: cuius iniquitas summa nō tm ex Pilati patet testimonio, quum se innocentem à saguine iusti illius prædicaret, ac deinde causam in eo mortis nullam inuenire se diceret, sed hinc quoq;, quòd quum instinctu diaboli, qui primum miserat in cor Iudæ, ut traderet dominum, CHRISTVS occisus est, sicq; innocentem illum tradidit in mortem, ipse quoq; diabolus iudicatus deinde est à deo, & potestate sibi sua adempta, mors ipsa quoq; per illum est demorsa. Quod igit & diabolus iudicatus, suaq; potestate priuatus est, signum nobis dat euidens, Pilatum etiam & Iudæos inique Christū morti adiudicasse, quod ut argueret in mundo, uenturus erat spūs sanctus. Postremo adsignari dariq; poterit & intellectus huiusmodi, Princeps huius mundi missus est foras, quoniam iudicio iguis æterni irreuocabiliter destinatus est. & de hoc iudicio, q princeps iudicatus est mundi, arguit à spū sancto mundus, quoniam cum suo principe iudicat, quem superbus atq; impius imitat, secundum illud quod Petrus ait: Si deus angelis peccantibus nō pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, neq; mundo diabolum sequenti in semitis suis parcet, quod & Iudas in epistola sua pulchre cōmemorat. Admonitos super hæc homines omes esse decet, ut credant in Christum, ne forte & ipsi infidelitatis suæ pœnas luant. Curent ut sint in numero fidelium, quorum uitam simul & exempla imitent, ne de illoz Matth.27 Luc.23 Johan.13. Osee.13 Augustin. Cyrillus 2.Petri.2 Judę.1.

iustitia arguantur ipsi, ac puniantur, quos sequi noluerint. Caueant sibi & prospiciãt à die nouissimo, ne cum diabolo condemnentur, dum in peccatis cõdemnatum imitantur: ne incidant iram & ultionem domini hic temporaliter, isthic uero in sempiternum. Ita nos Christus hic & illic custodiat in seculorum secula, Amen.

HOMILIA III. SVPER euangelio dominicæ quartæ. à festo Paschæ.

TRansiturus iam dominus ex hoc mundo ad patrẽ, charosq; suos discipulos derelicturus, multas eis in ultima cœna, tum doctrinas salutares, tum euidentes dedit promissiones: è quibus non minimas hoc euangelio iam audistis, quo ille se abiturum prædicit, abitumq; hunc suum plurimum cõmodaturum ipsis insinuat: deinde spiritum eis sanctum paraclitum missurũ se promittit, qui mundũ arguat de peccato, iustitia & iudicio. Post hæc oĩa subiungit: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non poteſtis portare modo. Quibus ille uerbis quod antea de abitus sui utilitate dixerat, confirmare intendit. quoniã enim ipsi rudes adhuc erant & imbecilles, debilioresq; q̃ qui sublimia capere possent mysteria, ideo spiritus sanctꝰ fragilitatem eorum cõfirmaturus, ipsos quoq; omnem docebit ueritatẽ. Sẽsum porro & intellectum istorum uerborum ex patribus alĩ aliter excusserunt: nõ tamẽ sic, quòd ideo ipsi sibi doctores contrariĩ sint, sed quia spũs sanctus adeo redundat & exhuberat in scripturis sacris, ut pro se quilibet patrum oĩbus uiribus studuerit aliquem ex ijs sensum eruere commodum, unde præmium à deo reciperet, iuxta istud: Qui me elucidant, uitam æternam habebunt. Hinc fit ut non raro unus quispiam ex patribus uarios inferat unius loci sensus. Et quid hoc mirũ tibi? Hæc enim illa est aqua paradisi, quæ quum una esset, in quatuor flumina tamen est diuisa. sic una quamuis sit scriptura, in multos tamen sensus distrahi & referri potest. Nec est quod absurdum putes, aquas nos exponere scripturas sacras. sic enim & Iob, Profunda, inquit, fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. & Sapiens, Ciba

Eccl. 24.

Gene. 2.

Iob. 28.

Eccl. 15.

uit eum pane uitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Quum igitur pleni fuerint spũ sancto sancti dei patres, nihil reliquerũt in sacris literis inexcussum, nihil quod non eruerent. Ac recte quidem, quia spiritus scrutatur omnia. Et nos quoq; citra prejudiciũ ueritatis, uarias huius sermõis expositiões adducemus, quas equidem omnes & ueras esse crediderim, & sic à CHRISTO intellectas, cum eloqueretur secundum altissimam & ineffabilem sapiẽtiam suam. Quæ apostoli, inquit Augustinus portare non poterant, uultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem, quæ illi capere non ualebant? Ac per hoc neque per me expectanda sunt ut dicãtur, quæ forte non caperem, si mihi ab alio dicerentur: nec uos ea portare posseris, etiã si ego tantus essem, ut à me ista, quæ uobis altiora sunt, audiretis. Sed quænam sint ista, quæ ipse non dixit, temerarium est uelle presumere & dicere. Hoc tamen ex multis unum est, quod discipuli nondum erant idonei atq; parati portare seu sustinere pro Christo supplicia mortis, sicut idẽ paulo apertius eis dixit dominus: Non potestis me sequi modo, Petrus autẽ qui sibi uidebatur satis obfirmato animo ad sustinendum, succubuit, dum credere noluit Christo dicenti, Hac nocte ter me negabis. At post missionem spiritus sancti potuerunt portare uerbum hoc: neq; ipsi tantum, sed & innumeri alij uiri ac mulieres, iuuenes, uirgines, senes ac iuniores, qui omẽs coronã martyrij adepti sunt, inuenti cum ouibus post Christi passionem: tuncq; misso spiritu sancto, oues portare potuerunt, quod antea, loquente domino hæc uerba, nõ potuerũt portare pastores. Intellectus autem iste, cum plurimum sit angustus, & ipse deinceps Augustinus digrediatur ad latiorẽ, nos quoq; aliò ueniamus, Cyrillus sic inquit: Quia dñs imbecilles illos ad suscipienda maiora sine spiritu cognoscebat, hæc dicit: Adhuc multa habeo uobis dicere, multa uero dicenda sibi restare profunda, & ultrà q̃ hũan⁹ anim⁹ ferre possit, adfirmat, quæ silentio, inquit, trado: quia nondum à spiritu meo reformati estis. eáque tunc intelligeris, cum per spiritum sanctum spirituales quoque uos in intellectu uestro facti fueritis. Idem iam antea in parabola dixe

1. Cor. 2.

Augusti.

Mat. 26.

Cyril.

Matth.9. rat eis dominus, quoniam nemo uinum nouum mitteret in ueteres utres, nisi qui uellet utres cum uino perire, sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. Vtres ueteres erant apostoli, dum Iudaicis adhuc ritibus & obseruationibus adhærerēt: neq; nouū euangelicę legis mustū caperepoterāt, donec utres nouos eos faceret spūs sanctus, qñ tandē cū musto nouo toti⁹ noui testamēti eis datus ē intellectus. Et q̄diu missus nō erat spūs sanctus, poterat dominus dicere omnibus quod uni Petro dixerat in lotiōe pedum: Quod facio, nescis mō, scies autem postea. Sic sæpe in euangelio, quum CHRISTVS quid

Johan.13. dixit discipulis, addiderunt euangelistæ non intellexisse illud discipulos, uel uerbum istud absconditum fuisse

Lucę.2.18 Johan.2 ab eis.

2. ¶ Verba hæc Christi, de doctrina euangelica nobis ueniunt intelligenda quum enim ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, statim'q; subdit, Spūs sanct⁹ docebit uos omnem ueritatem, ex ipsa serie literæ facile colligit, q quicquid nō dixit hic eis Christus, id omne deinceps docuit ipsos per spūm sanctum. Qua de re mox plura. Ægit autem optimus ille magister cum discipulis suis, sicut facere solet studiosissimus quisq; præceptor, qui pro captu discipulorum eos docet, huic subtiliora, isti rudiora quædam præscribens. sic Paulus quoq; fecit, sicut ipse de se testat, inquiens: De q̄ nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audidum. Etenim cum deberetis magistri esse, ppter tempus,

Heb.5 rursum indigetis ut uos doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo. Id adeo & Petrus facere solitus est, quando suos sicut mō genitos infantes, lac cōcupiscere iubet.

1.Petri.2 Sic Paul⁹ Corinthijs suis nō secus atq; infantulis in Christo, lac se præbuisse cōmemorat, nō solidum cibum. Vicissim intelligentibus quid dixerit, alibi testatur, Sapientiam se loqui ait inter perfectos. de imperfectis autem, Fra-

1.Corin.3 tres, inquit, nō potui uobis loqui quasi spūalibus, sed quasi carnalibus. tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, nō escam. nondum enim poteratis, sed neque

1.Corin.2. 1.Corin.3. nunc quidem potestis. adhuc enim carnales estis, cum e-

go carnales adhue essent apostoli, non semel omnia eis dixit Christ⁹, sed multa reliquit magisterio spiritus sancti. quamuis hæc quoq; causa est, quod nondum præcesserat eos ille in magisterio crucis.

¶ Beatus Augustinus in lib. de mendacio capite x. sic ait: Vera tacuit, neq; tamen falsa interim locutus est, qa ueris audiendis eos minus idoneos iudicauit. Theophylactus, Nihil inquit, de se magnum locut⁹ est dominus, partim dat nobis figuram humilitatis, partim propter infirmitatem audientium & ingratitudinem Iudæorum. siqdem per totam euangelici contextus seriem non inuenimus usq; docuisse Christum, legis Mosaicę ceremonias desituras, imò se non uenisse ad soluendam, sed implendam legem dominus ipse professus est. Neq; dubium est, quin ex hoc offensi fuissent discipuli: quandoquidem accepto iam spũ sancto Petrus ratus est solos Iudæos gratiæ Christi esse capaces. Verum magister ille spiritus sanctus tandẽ docuit eos opus non esse implere amplius legem, sicut deinde apostoli in primo concilio suo sanxerunt, Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris. Hinc factum est ut misso spiritu sancto, uera'q; scientia dei manifestata, figuræ legales abolerentur, & pro ijs uerus ueri dei cultus erigeretur, per huiusmodi tamẽ signa, quæ per spiritum sanctum fiunt, fide confirmata puta sacramenta sancta ecclesiæ.

Augustin. Theoph. Matth. 5. Actuũ. 10. Actuũ. 15.

3. ¶ Consimilem prouidentiam qua hic Christ⁹ usus est, habere debent omnes prædicatores, ut quicquid loquuntur, id omne dicant ad ædificationem audientium, & emendationem uitæ illorum. Sic apostoli non statim accepto spiritu sancto, abrogârunt legales ceremonias Moysi: neq; subito uenerationem docuerunt sanctorum, ne forte suspicarentur simplices nos plures habere deos, quàm ipsi inter dæmonia & idola, Iouem, Mercuriũ, Martem, Herculem. Neq; sabbatum statim abolueruut. Quid quòd Paulus (quod maxime tolerabile fuerat) noluit necessariam uitæ suæ sustentationem accipere ab ijs, quos ipse alebat uerbo dei? Taceo q̃ circunciſionem tolerârunt ad tempus, sicut Paulus discipulum suum circuncidit Timotheũ. Ita nimirum prædicatorem circunspectum esse

Actuũ. 15. 1. Corin. 9 Actuũ. 16.

decet, nec; omnia radicitꝰ euellere, quo plus sæpe perdat q̃ emender. paulatim prædicanda ueritas est, & tanti sper ueluti per gradus proponenda, dum arcem cordis humani aliâs inuictam euincas. Trahi cm̃ uolũt ingenia bona, nõ cogi: plus suasionibus ducunt, q̃ uerberibus pcellant.

Mysteria non reuelanda.

¶ Rationes hic duas doctores sancti adferunt, quamobrem non semper expediat mysteria omnia simplicibꝰ reuelare, q̃rum prior hæc est, ne inde offendantur, cũ fieri perq̃ facile possit, ut dum scrutari uolunt omnia, impingant in multis. Sic nõ laudant prædicatores, qui gloriæ caprandæ studio, de prædestinatione & huiusmodi subtilissimis rebus dicere multa uolunt coram simplicibus, unde illis tantum occasionem offensæ præbent, cum tamen modis omnibus sit cauendum, ne simplices & rudiores offendamus, iuxta doctrinam Christi & Pauli. Ratio altera hæc est, ne forte mysteria proposita respuant, contemnant, & temere tractẽt: sic Iudæi, autore Origene, ante annum ætatis quadragesimum, neminem sinebant legere Cantica canticorum, & alios tres locos Bibliæ apud eos pueris non tradi in manus permittebant. Sic mihi relatum est, lege cautum fuisse apud Anglos, ne quisquam liber totius Bibliæ præter nuda euangelia in uernaculã eorum linguam transferret. Quod si & nostrates neochristiani, nõ ita omnia prælo Germanico tradidissent, deum immortalem, quantum malorum caueri potuisset? quot hominum millia non perijssent?

Matth. 18
Roma. 14.

Origenes

4. ¶ Post hæc omnia ne suspicari possent discipuli, defectum aliquem esse doctrinæ euangelicæ, quo minus portare eam possent, immensam eis dns utilitatẽ pollicet ex aduentu spiritus sancti, qui sicut mũdum arguet de peccato, ita uicissim illos docturus erat omnẽ ueritatem. Certum est enim quia ueniente desuper spũ, apostoli maiorẽ multo scientiam ueritatis, q̃ omnes sapiẽtes mundi omi studio & labore cõsecuti sunt. De hoc promisso est q̃d uere merito; gaudeant omnes Christiani, nec; cogitẽt promissionem hanc ad solũ pertinuisse diẽ Pentecostes, sed factam in psona totius ecclesiæ. quæ spũ sancto gaudet rectore & magistro in oĩbus cõcilijs. q̃re nec; errare põt, magistrũ habens huiusmodi, qui nec falli põt nec fallere,

Beda.

qui ipsam ducit in omnem ueritatē, quo dictante, omnes hactenus refutatæ sunt hæreses. Idq; adeo uerū esse, nōne hinc liquet, ꝙ post diem Pentecostes adhuc tamē Petrus nihil cognouerat de uocatione gentiū, & in ipso die Pentecostes apl'i omnes nihil sciuerunt de electione 7. diaconorum. Paulus quoq; ait, Spiritꝰ manifeste dicit. & tamē idipsum nō in die Pentecostes factum est, quādo Paulꝰ adhuc erat persecutor ecclesiæ. Christus etiam docuerat apostolos baptizare in nomine patris & filij & spūs sancti, illi tamen non sine instinctu spūs sancti abeuntes, baptizârūt in nomine Iesu. Pleriq; apl'i (ipseq; etiam Iohānes) diē Paschæ celebrârunt semper die 14. mensis primi, sicut illius discipulus Polycarpus retulit ad Anicetum Papā. Spiritus autem sanctus docuit ecclesiam, diem Paschæ semper in dominica die celebrari debere, sicut sub Victore papa conclusum est. Sic aduersus Arrium spūs sanctus docuit ecclesiā uerbum hoc ὁμοούσιον, & perpetuo magisterium illud spūs sancti durauit in ecclesia. quid uero mirum, cum sic exauditus est dñs in oratione sua, cum dixit: Ego pro te rogaui Petre, ut nō deficiat fides tua? Plus q̄ centum ortæ sunt aduersus ecclesiam hæreses, & tamen omnes sopitæ, ut bona spes sit, hanc quoq;, quæ nunc grassatur inter hæreticos pestem, aliquando desæuituram, Hæc siquidem est illa Petri nauicula, de q̄ pulchre cecinit ille:

Actuū. 10. Actuū. 6. 1. Tim. 4. Matt. vlt. Actu. 2. 10. Li. 5. eccle histo. Lucę. 22

Niteris in cassum Petri submergere nauim.
Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

Pius papa.

¶ Quid ꝙ oportet hæreses esse? quæ tamen, quia terræ arenosæ superstructę sint, statim adueniens spiritus dereuertit eas. Hinc patet quàm arenosum & plane nihili sit omne istud fundamentum nostratium hæreticorum, qui nihil nobis credendum & assumendum esse, nisi quod expresse contineatur in scripturis, docent, insani & stupidi planeq; cæci, ut qui non uideant quomodo magisterij sui officio interim priuent spiritum sanctum, quem è schola ecclesiastica disturbare conantur, sed frustra, quia quem ecclesię suæ ueritatis magistrum reliquit dominus, eum exautorare nō poterunt. Aut nonne multa fecerunt apl'i,

1. Cori. 11. Matth. 7.

Actuũ.15. quæ nusquam à domino edocti fuerant, ut de non seruan
Actuũ.6 da lege Moysi, de septem diaconis, de baptismo in nomi
1.Corin.11 ne Iesu, de uelamine capitis muliebris, de coniuge infide
7. li, de abstinendo ab esu sanguinis, atq; id genus pleraque
Actuũ.15. alia? Quod si non omnia expressit Christus in euangelio, multa utiq; reliquit magisterio spiritus sancti per apostolos: & tamen inæstimabiliter magis superauit Christus apostolos, quàm hi excelluerint præ successoribus suis pontificibus & episcopis, non est igitur, q̃ dissimules, uel pertinaciter neges Christum plurima reliquisse discipulis suis pro conditione temporis. Quanto magis non parum reliquerunt, imò ueluti per manus lampada cursu tradiderunt apostoli successoribus suis, ut & in ijs magisterium
Leo. suum declararet spiritꝰ sanctus, ut testatur Leo papa? Aut unde nobis Christiani sabbatum suum probabunt, nisi ex ecclesiæ autoritate? Vnde confirmabunt istum fidei suæ, articulum, Descendit ad inferos? tantum ex ecclesia. Vnde constabit Annam fuisse uirginis Mariæ matrem? ex ecclesia. Vnde baptismum paruulorũ probabunt? ex ipsissima, ut sic dicam, ecclesia. Possunt id genus multa induci, de quibus ex scripturarum testimonio nihil constat, tantum ex disciplina & magisterio spiritus sancti in ecclesia, quem ueneremur, colamus & adoremus. ei credamus, illum oremus, quatenus procul inde abigat, quicquid est ubiq; errorum & infidelitatis. doceat & nos quibuscunq; opus habemus, ut sic suo præsidio post hanc uitam, uitã consequamur æternam, Amen.

HOMILIA QVARTA QVARTAE *dominicæ post festum Paschæ.*

INter cætera promisit apostolis suis dominus, spiritum sanctum simul atq; uenerit, docturum ipsos omnem ueritatem. Vbi nos iam porro uobis in Christo dilectissimi, quæstiones nonnullas obiter incidentes dissoluemus. Et primum quidem, quomodo non contrarium sit hoc quod ibi dicit dominus, multa se habere quæ diceret apostolis, at illos portare ea non posse. huic quod

alibi dixit: Omnia nota feci uobis, quæcunq; audiui à pa- Johan.15.
tre meo. Respondetur, locum hunc iam adductum, non
sic intelligi debere, quasi tunc omnia nota eis fecerit, sed
quia partim ipsis nota quædã fecisset, partim alia paulo
post per spiritum sanctum nota facturus erat, & sic locu
tus est, quasi iam factum esset. Qui sane scripturę mos est,
ut sæpe de futuris, ut de ijs quæ facta sunt, loquatur. ait
enim Augustinus, Qui certis & immutabilibus causis oia
futura prædestinauit, quod facturus est, fecit: sic ante plu- Aug. sup Johã. tracta. 105.
rimos annos dei filius per os Dauidis locutus est, Foderũt
manus meas & pedes meos. dixitq; illud Dauid, quasi iam psalm. 21
factum esset, quod tandem post multos annos in Christo
est adimpletum. Sic in hoc ipso sermone, quem post cœ-
nam habuit dominus, dixit: Quia opus consummaui, ꝙd
dedisti mihi ut facerem. neq; tamen adhuc consummaue- Johan. 17
rat illud, sed nocte proxima quæ tunc primum imminebat. Ita hic quoq; intelligendum est, ꝙ quæcunq; audiuit
à patre suo, nota fecerit illis, hoc est, infallibiliter nota
eis facturus erat. adhuc em̃ futurum illud fuisse superiora
Christi uerba testantur, cum dixit: Vos cognoscetis ueri
tatem, & ueritas liberabit uos. Adhuc tamen sanctus Au- Johan. 8
gustinus futurum illud exponit, nõ de spiritu sancto, sed Augustin. 1. Cozin. 13
de uita æterna, sicut de hac re Paulus loquitur: Cum ue-
nerit quod perfectum est, euacuabitur ꝙd ex parte est. Et
iterum: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam
sicut & cognitus sum. Nam & ipse Apostolus saluos nos Roma. 8
dicit esse factos per lauacrum regenerationis. & alio loco
ait, Spe salui facti sumus. Si ergo nunc est tempus fidei, sa
lus autem animarum est merces fidei. & infra, Felicitas in
ista mortalitate, in spe potius habetur, q̃ in re tenetur. Si
quidem nemo beatus est quisquis sperat, & spes illa quæ
uidetur, spes nulla est. sic nos quoq; speramus & expecta-
mus rerum omnium notitiam, cognitionem q̃ in uita æ-
terna, quam etsi non habeamus, tamen certo certius illã
nobis cõferet de⁹, dummõ in gratia illi⁹ mortui fuerim⁹.

2. ¶ Quæret deinceps aliquis, & dubitabit nonnihil
super hoc quod dicit hic dominus: Cum uenerit spiritus
ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Vbi beatus Augustin.
Augustinus, Non arbitror inquit, in hac uita in cuiusquã

mente posse compleri. quis enim uiuens in hoc corpore quod
corrumpit & aggrauat animã, posset omnẽ cognoscere
1. Corin. 13 ueritatẽ, cũ dicat Apls, Ex parte scimus, hoc est, imperfecte? Respõdet ad hoc Augustinus ipse, & ait nos in hoc tẽpore nõ cognoscere omnẽ ueritatẽ, sed tunc demũ cũ suscipimus pignus spũs sancti, ut ueniamus ad perfectionẽ, & uideamus de facie ad faciẽ. tunc inquã intelligemus o-
2. Corin. 1 mnem ueritatẽ. Hisce igit uerbis dñs nobis pollicet ipam spũs sancti dilectionem nos deducturã eo usq, dum oia cognoscamus in felicitate æterna.

Beda. ¶ In eadẽ sententia est & Beda, cũ ait: Diffunder in cordibus uestris charitatẽ, cuius magisterio intus edocti, profi ciatis de uirtute i uirtutẽ: digniq efficiamini peruenire ad uitã, in q uobis æterna claritas summæ ueritatis appareat. Vnde patet, quãcæ tũ temeritatis, tũ stultitiæ sit suo capiti atq intellectui nimiũ tribuere. si. n. qui spm dei acceperunt ueritatis cognitionẽ uniuersam nõ habent, magnum q in ea re defectũ patiunt, ubi sapiẽtes huius mundi manebunt, qui etiã pileo Salomonis sapiẽtiores sibi uidentur? O em sapientiã mundi, quãta corã deo stultitia efficit? O abominabilẽ apud deũ & odiosam illius gloriationem de priuata sapiẽtia contractã. Cyrillus q ad hæc re-
Cyrillus. spondens, ingt: Etsi imperfecta sit in hac uita omnis ista quæ de ueritate suscipi põt cognitio, tñ in ea q quãtumuis minima notitia ueritas illa imperfecta nõ est. sicut. n. in speculo etiã minimo, faciẽ tuã cõtemplaris totã, quis imperfectius & aliquãto minus q in magno: ita quã hic in modico speculo fidei uides, triũ personarũ essentiã unã, illam uidebis tandem in uita æterna, in illo immenso & ineffabili speculo essentiæ diuinæ.

3. ¶ Præterea solutio dari põt etiã huiusmodi, & mea quidẽ sentẽtia literæ simul & spũi scripturæ nõ paulo cõuenientior: Quãdo collegiũ istud sanctissimũ totã repræsentauit ecclesiã catholicã, sicut in hũc q diẽ plati in cõciliis ecclesiam referũt uniuersam: aliãs nunq futurũ esset ut tota congregari posset ecclesia. Quicquid igit hic promissum est apls, qa personale nõ fuit, toti simul Christus promisit ecclesiæ. Quod nos uel maxime solari põt & debet, quantumcunq in ecclesia errorũ & hæresum sub-

nascatur: nos tamen per omnia hic Christo fidē simul & gratias habere debemus, qa spiritus sanctus omnē nos docturus sit ueritatē. Necq; sunt interim ista Christi uerba absolute de omni intelligēda ueritate, quæ habebit in uita æterna. sed ea tm̄, quā nos spūs sanctus edocet hactenꝰ, & perpetuo docebit in ecclesia, iuxta exigentiam temporis & necessitatis. Id autē expende iuxta ea quæ homilia superiore induximus. quāuis enim Petrus satis didicerat in die Pētecostes unde p̄dicaret, & coapostolos suos scripturarum testimoniis defenderet, loqueret uariis linguis, baptizaret homines: ueritatē ramē illam adhuc ignorabat, q; & gentes gratiæ Christi participes essent, q̄d eum spūs sanctus tandem aliquāto post tempore docuit per uisum linteī, & omnis generis animaliū immundorum. Quòd si itaq; illum apostolor̄ omnium principem spūs sanctus cū tempore sic demum edocuit, q̄d ante nescierat, quāto magis idem hoc de cæteris credendū est apostolis, oīb⁹q; eorum successoribus in hæc usq; tempora, & q; nunc quoque ecclesiam suam spiritus sanctus doctrinam euangelicam perfecte doceat? unde & nos non minus q̄ apostoli clamare debemus: Veni sancte spiritus, reple tuor̄ corda fidelium &c̄. Ades & auxiliare nobis spūs sancte deus, proculq; amoue à fide nostra catholica sectas omnes & hæreses. nos etiā ab omni errore libera, quia tu es spūs ille ueritatis, qui nos doces omnem ueritatem. Actuū. 2. Actuū. 10.

4. ¶ Chrysostomus, Et quid? inquit, Maior ne te est spiritus, cum quæ nunc non possumus, illo demum adueniente portabimus? Num maior illius & perfectior est efficacia? Minime. Mea enim dicet, & non loquetur à semetipso, sed q̄cq̄d audierit, id loquet. & qui nō est à semetipso, à semetipso etiam non loquet. Quinimo sicut à patre est & filio, ita etiam quod loquitur, habet ab illis. unde uera esse oportebit quæcunq; dixerit. Aliter autem facit spiritus iste malignus, qui plus quàm commissum sibi est loquitur, sicut CHRISTVS eum, si loquatur ex proprio, mē dacia loqui perhibet. Non sic ramē spiritus ille sanctus facit, qui quicquid audit, tantū loquit, & nihil à semetipso. sic Christus ad discipulos, Verba, inquit, quæ loquor uo- Chrysost. Ioan. 8

Johan.14 bis, mea non sunt, securos sic illos reddere uolens, q̃ spiritus sanctus nihil docturus esset suæ doctrinæ contrariũ: nec aliam ueritatem, nisi quam audisset, scilicet ab æterno processionis suæ à patre & filio. Notabiliter autẽ hoc obserua, quòd hic dicitur audire spiritum sanctum. quandoquidem enim filius dei uerbum est ẽternum à patre exiens, Johan.1 ipsum deinde uerbum audit spiritus sanctus, dum ab utroq; illo spiritu spiratur. sed hæc ad scholas remittẽda sunt. Tu hic uide Augustinum.

Augustin.

Insuper unũ etiãnũ addit Augustin⁹. Et futura adunci
1.Cor.14. abit uobis. spiritus enim (iuxta Paulum) mysteria & arca
Apoc.2. na loquitur. quamobrem Iohannes in Apocalypsi sua, q̃ multa de futuris continet, inquit: Qui habet aures audiẽ
1.Cor.15. di, audiat qd spiritus dicat ecclesiis. Cuiusmodi multa re-
2.Thes.2 periuntur in Paulo, & alijs apostolis de uita æterna, de iu-
1.Tim.4 dicio nouissimo, de Antichristo, de periculis temporum illorum, de incremento uitiorum, hæresum &c. quæ oia utiq; ex spiritu sancto habuerunt sancti illi homines, sicut eis hic promisit Christus, cui penè respondet quod di-
Isaiæ.46. xit Isaias, Adnunciat ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt.

5. Nunc demum quartum spiritus sancti officium ad-
Beda. dit dominus, quia clarificaturus est Christum. id̃q; sane factum est, quia per eum tanta charitas in cordibus discipulorũ accensa est, ut abiecto timore carnali, resurrectiõne eius cõstanter p̃dicarent, à q̃ tẽpore passiõis pauidi fugerunt. deinceps enim impleti sunt spiritu sancto, & cum
Actu.4 fiducia locuti sunt uerbũ dei: quia quicquid facturi erant apostoli in gratia spiritus sancti, id hic Christus spiritum sanctũ ait esse factum. Christus q̃q; in mũdo uixerat contẽptus & spretus ab omnibus, quo ad mundum: morte de-
Augustin. mum mortuus est turpissima, magna cũ contumelia. Tũc uero rursus est clarificatus, quando spiritus sanctus per prædicationem apostolorum, per testimonia miraculorum declarauit Christi gloriã, maiestatem & diuinitatẽ, cum iam ille fieret dominus dominantium, data sibi uni-
Apoca.19 uersa potestate quæ in cælis est & quæ in terra. Hoc igi-
2.Matth.28 tur illud est quod Christum glorificauit spiritus sanctus,

primũ ad illuminãdos apl'os, deinde ad addendã illis audaciã p̃dicandi, postremo ad dãdam eis uirtutẽ miraculoꝝ, unde creuit nomẽ dñi nostri Iesu Christi cum summa laude per uniuersum terrarum orbem. Sicꝯ uides quomodo CHRISTVS in sua essentia nihil glorificetur, sed tantum à mundo gloria summa dignus agnoscatur. Quomodo Petrus dixit ad Iudæos: Deus gloriæ glorificauit filium suum, quẽ uos negastis, & tradidistis Pilato. CHRISTVS autem rationẽ huiusmodi adfert, quia de meo accipiet: quod sane uerbum utut minimũ uideatur, summum tamẽ & quasi caput quoddam est fidei nostræ de sancta trinitate, quod ibi tres sint personæ in una essentia. Tertia enim in diuinis persona spiritus sanctꝰ est. unde hocꝰ quia scilicet de filio accepit. sed quid acceptꝰ diuinitatẽ, diuinã hanc quam habet essentiam ex illa æterna processione, qua dum processit à patre & filio diuinitatem accepit. unde & ipse tertia est persona trinitatis. Ecce autem & CHRISTVS illud quod sibi dedit pater, dicit maius esse omnibus, idꝯ adeo ipsa est diuina substantia, quam deus pater cũ filio simul dederunt spiritui sancto in spiratione actiua. & hoc est quod hic dicit, De meo accipiet. Audi hic & attende, qsquis superes ex Græculis hæreticus, quoniam non à solo patre procedit spiritus sanctus: procedit & à filio, procedit ab utroꝯ. quia de meo accipiet, inquit CHRISTVS, sic singulis diebus dominicis in symbolo canit ecclesia, Qui à patre filioꝯ procedit. Audi & tu infelix Macedoniane, quia spiritus sanctus uerus est deus. siquidẽ diuinam essentiam proprie habet & identice, ut iam non male faciant qui in symbolo apostolorum sic confitẽtur: Credo in deum spiritum sanctum. Clarificabit autem ille Christum, quia de essentia Christi accipit. sicꝯ & glorificabit ipsum, dum apostolis adnunciabit omnia, & cosdem illuminaturus est in omni necessaria eis ueritate, sicut ille dixit: Paraclitus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunꝯ dixero uobis. O igitur omnipotens & misericors deus, solita pietate nobis donare digneris quoꝯ gratiam spiritus sancti, quatenus & nos laudare possimus atꝯ glorificare dominum nostrum Iesum Christum, ut tan-

Actu. 3.

Johan. 16.

Johan. 14.

2.Cor.3 dem post hanc uitam, deuelata facie gloriam dei intueri mereamur in secula seculorum, Amen.

DOMINICA QVINTA
POST FESTVM PASCHAE,

Euangelium Iohannis.XVI.

Matth.21
Marci.11
Supra.14



1.Johan.1

IN illo tẽpore dixit Iesus discipulis suis: Amen amẽ dico uobis, si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo non petistis quicquã in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis, sed palã de patre meo annũciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. & non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia ex deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundũ, & uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis, nunc scimus quia scis omnia, & non opus est

tibi ut quis te interroget, in hoc credimus quia à deo existi.

HOMILIA .I.

PRiusquam expositionem huius euangelij ingrediamur, breuiter causam, cur hoc euãgelium in ista dominica legatur, explicemus. Constat dies iam imminẽtes, dies rogationum appellari, quos Germani quia septimanam crucis dixerunt, argumentum magnum est, hoc ita usurpatum esse iam inde à tempore illo, quo Germani primum facti sunt Christiani. & illud tamen neochristiani nunc quidem ex diarijs siue kalendarijs suis edere non uerentur, qui nisi pœnitẽtiam super hoc & alijs peccatis egerint, ipsi quoq; delebuntur de libro uiuentiũ, & cum iustis non scribentur, sed cum ijs quorum non est memoria amplius. Quia ergo ij dies rogationum sunt, & prope iã imminet glorioſus ille dominicæ ascẽsiõis dies, quis nõ facile colligat, cur euangeliũ hoc hodie legatur? si quidẽ & Christus prolixũ istũ sermonẽ, quẽ discipulis suis fecerat post cœnã, concluſit cum ascensione sua, qua certi reddebantur illi de ipsius omnipotentia. unde & orare cœperunt, ut gaudium eorum impleretur. cumq; perseuerãtes essent in oratione unanimiter, cum mulieribus & Maria matre eius, decimo tandem die susceperunt spiritum sanctum. Et nos igitur audaces confidentioresq; reddere uoluit dominus ad orandum, ipso sermonis sui epilogo, iamiam abiturus in cælum per semitam passionis suæ & mortis.

Psalm. 52.

Johan. 13 14. 15. 16

Actũ. 1.

¶ Eadem quoq; de causa qua euangelium istud huic dominicæ, diebus etiã competit rogationum. Quidam eñ uir pius Mamertus, episcopus Viennensis in Gallia, memor adhuc erat promissiõis huj⁹ Christi, ac proinde spem & fiduciam suam omnem in deum sanctumq; dei uerbum posuit: quum homines grauiter angerentur, torquerentúrque terræ motibus, peste & innumeris morborum generibus, quum insignes stupendique in aëre sonitus audirentur, quum insolita sæuitia lupi irruerent in

uillas, pagos & ciuitates, in'q; ipsos immensos hominum aceruos letalibus irrumperent morsibus, triduum istud continuum ante festum ascensionis idem Mamertus instituit & dicauit supplicationibus, quibus deum iugiter pro omni aduersitate rogaremus, ueluti iamiam ad Christū ascensuri in cælum: qui antequam ascenderet, petere nos iussit, & sic accepturos promisit. Consultū uidebatur, hoc modo humanæ miseriæ & fragilitatis ærumnas deo patefacere, si quo fieri posset, ut ille ad miserationes erga nos moueretur, non desperantes de promissione data, quin ille qui pro nobis aduocatus adsistit deo, & propiciatio est pro peccatis nostris, clementer nos sit exauditurus.

Johan. 16.

1. Johā. 2.

¶ Letania hæc licet minor dicatur, maiori tamen non paulo antiquior est, quia illam Mamertus instituit sub imperatore Zenone, cum interim maior demū cœperit erectaq; sit per Gregorium Magnū, anno nono Imperatoris Mauricij, qui plus quàm centum annis tandem post Zenonem imperauit, autore Aurelio Sexto.

Aurelius

2. ¶ Vtraq; hęc letania quāuis in priuatis regiōibus cœperit, altera Viennæ Galliarum, altera Romæ per Gregorium nondum pontificem, tamē susceptæ ambæ sunt per uniuersalem ecclesiam, quæ multis magnisq; rationibus ad hoc est adducta. Siquidem hoc tempore plerunq; excitātur bella, quo nomine orare debemus pro continua pace. Segetes & fruges quoq; iam adolescunt, ita ut teneritatem eorum facile quid possit offendere. Ad hæc quilibet in semetipso experitur sanguinem iam ebullire & efferuescere carnem: unde cum multę oriantur in homine concupiscentiæ & commotiones malæ, meriro iam orandus est deus, & clamandum ad eum cum Paulo, ut auferatur à nobis ista carnis tentatio: & ut ad spiritus sancti susceptionem paratiores promptioresq; efficiamur, conuenit nos antea in ieiunijs, orationibus, supplicationibus, & aliis operibus bonis diligenter exercere. atq; ut sub ascensionem Christi maiore cum fiducia, quàm quouis alio tempore, oremus deum, ipso maxime iam nūc nos petere, pulsare, & quærere iubente. Et ad extremum, quando exemplar nostrum Christus est, qui iamiam ascēdit in cælum: & nos quoq; ut tandem ascendere in cælum mereamur,

2. Cor. 12.

merito nunc clamamus ad dominum, supplicamus, obsecramus &c.

De materia processionum non est animus, iam nos in illam intromittere. tu si quid uis, require parte tertia De supplicationibus & stationibus. Tantum hic rationē edisseram, cur in Lateranis non solum deum, sed quosdam etiam nominatim sanctos imploremus, ut Petrum, Andream, Georgium &c. ut orent pro nobis. sit hoc sane uel eo maxime noīe, ut sic apud deū sanctorum suorū intercessione opem & auxilium nobis impetremus, nostrarum precum per illos certum inueniamus euentum, & tandem ad illorum consortium perueniamus in cælo. Quodq; in iis & aliis orationibus nostris commemoratione utimur, & intercessione perfrui cupimus sanctorum, facimus tanquā obedientes sanctæ ecclesiæ filii, quæ idipsum fieri ordinauit, instinctu spiritus sancti commonita, qui illam docet omnem ueritatem. quamuis multa habeat eius rei ar- Johan. 16
gumenta ex ueteri lege. in qua etsi nondum aperto cælo, nōdum facta redemptione peccatorum, sancti nulli erāt, eorū tamen sedula fiebat in orationibus memoria. Quāto rectius nos hoc facere debebimus nostris sanctis, qui iā in æterna felicitate essentiam dei cōtemplantur? sic Mo- Exodi. 32.
yses orauit ad dominum pro populo, Recordare Abra- Daniel. 3
am, Isaac & Iacob. & placatus est dominus super oratione hac. Tres pueri orabant etiam in fornace ardente, Domine deus noster, ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraam dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Sed & Iezechiæ regi ægrotā 4. Reg. 20
ti, atq; cum lachrymis dominum deprecanti respōdit dominus, Liberabo te & ciuitatem hanc, & protegam urbē Exodi. 32
istam propter me & propter Dauid seruū meum. Eō pertinet & illud, quod quandocunq; sacerdos iste legalis ingressurus erat in sancta sanctorum, rationale gestabat in pectore, in quo erant lapides duodecim, & iis incisa nomina duodecim filiorum Israel. Possent hic induci multa de intercessione sanctorū aduersus neochristianos, quæ passim inuenies in homiliis de sanctis, nunc aliorsum diuertamus. Profecto cum nomina sanctorum cōscripta sint in Luc. 10.
libro uitæ, & Dauid ipse dicat, Nimis mihi honorificati

Psalm. 138 sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum: & nos merito illos uenerari debemus, atq; orare, ut & ipsi intercessores nostri sint apud deum.

Aug. tra. 41. sup Johan. 2 li. 2. de doct. Christ. 3. ¶ Nunc tandem ad contextum euangelij ueniamus, ubi primum statim dicit dominus: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Amen inquit Augustinus, non est, interpretatum. neque enim Græcus hoc interpres ausus est facere, nec Latinus: sic manst, ut honorē haberet uelamento secreti, non ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatum. Cuiusmodi uoculæ pleræque remanserunt integræ, quas nemo interpretum ausus est in alienam linguam transfundere, ut sunt, Osanna, Alleluia, Pascha, Maranatha, quibus nunc ultro supersedemus.

Origenes

¶ At quæres, cum Amen dictio sit Hebraica, & tam frequenter in ecclesia usurpetur, quid sibi uelit tamen. Respondeo, uocem illam apud Hebræos usum geminum habere. (quia uenit à uerbo aman, quod significat credere, fidelem uel ueracem esse: inde Amen, quod potest esse aduerbium iurandi, aliâs etiam potest esse aduerbium affirmandi uel precandi) prior hic est, quod hac particula præcedentem sermonē confirmamus. sic Hieronymus Amē

אמן

Super Matth. 6. signaculum uocat orationis dominicæ.

Sup epist Gala. 6 ¶ Alibi etiam, Amen, inquit, consensum significat audientis, & uelut signaculum est ueritatis. Quo usu accipitur, quando in ecclesia ad collectas & benedictiones respondetur Amen, hoc est, utinam, credo, uel fiat. sic plurimus illius etiam in concionibus usus est, quoniam hoc modo est aduerbium mixtum, affirmans simul & obsecrans, quæ duo certe pari gratia nequaquā præstare possumus aliquo latinæ linguæ uocabulo: ut mirum non sit, nomē hoc in germana sua lingua iam inde ab apostolis remānsisse in ecclesiastica obseruatione. fecisse autē hoc apostolos, ex ipso

1. Cor. 14. constat Apostolo, qui docet supra benedictiones responderi debere, Amen.

¶ Alter dictionis illius usus est in confirmando & iurando, siquidē אמן apud Hebræos, idem quod ueritas est, siue credere. sic sæpenumero in scripturis iurat dominus,

Nume. 14 Viuo ego, dicit dominus, sic in euangelio ait Amen, com-

probare uolens uerum esse quod loquitur. Et notanter ui de, solum Iohannem geminare amen, cum cæteri semel tantum enuncient.

4. ¶ Ait igitur dominus: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem meum in nomine meo. In nomine meo addidit, inquit Cyrillus, ut mediatorem se & collargitorem ostenderet. Nullus enim accedit ad patrem nisi per filium, per quem adductionem habemus ad patrem in spiritu, ut ait Paulus. In hoc ille se ianuam quoq; appellauit, & talem quidem, ut nemo ad patrem nisi per hanc ingrediens perueniat. siquidem hic ipse, uia, ueritas est & uita. Ac per hoc nouam illam & euangelicam orandi formulam declarauit hic dominus, quæ in ueteri testamento usitata non erat. ignota enim patribus ista fuit orandi consuetudo in nomine Christi. & sicut cæterorum nihil fuit in lege perfectum, adeo ut iustitia legis quoq; perfecta non fuerit, ita & modus orandi erat imperfectus. Cyrillus. Ephes. 2. Johan. 10 Johan. 14 Heb. 7

¶ Simul atq; autem uenit Christus, & cum eo gratia & ueritas facta est, omnia quoq; emendata sunt in melius, illeq; rectiorem nobis præscripsit orandi formulam: quam deinde per uastum & spatiosum terrarum orbem arripuit ecclesia, & nũc quoq; obtinet, ut collectas omnes sic cõcludat, Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuũ, qui tecum uiuit & regnat in secula seculorum, Amen. Johan. 1

¶ Et merito quidem per Christũ precamur, tanq; mediatorẽ nostrum inter deum & homines, qui dedit semetipsum redmptionem pro omnibus nobis. Idem quoq; de uirgine matre in usu haberur, licet ea mediatrix nõ sit redemptionis, tamẽ intercessionis. In cuius rei argumentũ, ecclesia in horis canonicis post orationem dominicã adiungit salutationem angelicam: & tunc demum repetitur illud, Et ne nos inducas in tentationem &c. Vnde constat, nos per Mariã tanq; mediatricẽ, cupere à tentatione & omni malo eripi. 1. Tim. 2

¶ Porro cũ Christus & mediator nobis sit simul & collargitor, nõ eodem utrũq; sit modo. Inquantũ enim filius & deus est, unà cum patre nobis bona largitur: quod ostendens Paulus, dicebat: Gratia uobis & pax à deo patre & domino IESV CHRISTO. Inquantum uero mediator Cyrillus. 1. Tim. 1

1. Johan. 2 est, pontifex, consolator & aduocatus, nostras q; preces ad patrem adducit, hoc est, secũdum naturam humanam. Et nos itaq; dilectissimi in nomine domini nostri Iesu Christi oremus, id q; expressius & non in communi, sicut in ue-
Psalm. 62. teri testamento etiam Dauid orabat: In nomine tuo leua-
Jerem. 14 bo manus meas. & Ieremias quoq; dicebat, Nomen tuum inuocatum est super nos. Nunc nõ sic tantum, sed expres-se oramus deum per Christum dominũ nostrum, si modo exaudiri cupimus, & ut petita accipiamus, simul q; repleamur gratia dei ad resistendum uoluptatibus carnalibus. & ut de die in diem feruentiores reddamur in operibus bonis, gaudentes in hac uita ex spe præmij eterni, q d nobis concedere dignetur, qui est benedictus in secula, uiuens & regnans cum deo patre in perpetuum. Amen.

HOMILIA II. DOMINICAE V. *post festum Paschæ.*

Augustin. AMen amen dico uobis, dicit dominus, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. O uerbũ desiderabile, omniq; gaudio & lætitia prosequendum, quod tamen non sono literarum ac syllabarum accipiendũ est, sed eo quod sonus ipse significat. q d q; eo sono recte & ueraciter intelligitur. idipsum sane accipiendus est dicere Christus, cum ait, In nomine meo. quia non petitur in nomine saluatoris, quicquid contra rationem saluris petitur. & in hoc diuino consilio angelus pre-
Matth. 1 cepit Ioseph, ut uocaret nomen eius Iesus, quoniã ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Est q; hæc immensa nominis Iesu dignitas, quam attendens Paulus, di-
Philip. 2 xit: Quia exaltauit eũ deus, & dedit ei nomen super oẽ nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, cælestiũ,
Chrysost. terrestrium & infernorum. O admirandam atq; stupendã nominis Iesu potestatem. siquidem ille neq; uisus, neque rogatus, sed appellatus tãtum apud deum patrem, mira-
Actu. 4. biles reddit uiros apostolos, sicut pulchre testatur Lucas, cum ait: Domine, da seruis tuis cũ omni fiducia loqui uerbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Ie-

su,& cum orassent,motus est locus in quo erāt congregati,& repleti sunt omnes spiritu sancto,& loquebātur uerbum dei cum fiducia. En hic tibi efficaciam sancti nominis Iesu, de quo plura require in die circuncisionis domini.Potest autē,inquit Beda,mouere infirmos auditores, quomodo discipulis saluator promittat,Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis.cum non solum nostri similes multa, quæ patrem in Christi nomine uidentur petere, non accipiunt: uerum etiā ipse Paulus tertio dominum rogauerit,nec impetrare potuerit. Atqui iuxta Augustini sententiam Pauli ista petitio non faciebat ad suam salutem, eo quod tentatio illa permissa in eum fuerat diuinitus, in custodiā humilitatis, iuxta quod ait: Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus est mihi stimulus carnis. Noluit ergo exaudire illum deus, quia hęc petitio non fiebat in nomine Iesu,siquidem cōtra salutem. Beda. 2. Cor. 12.

2. ¶ Deinde tentari malum non est, sed in tentatione succumbere,id deniq; malum est,ut ait Iacobus,Pro magno gaudio ducite fratres,cum in tentationes incideritis uarias. Quum igitur Paulo gratia rāta diuinitus data sit, ut tentationem uincere posset, longe utilius ei fuit non exaudiri,iuxta quod dominus respondit ei, cum rer orasset:Sufficit tibi gratia mea,quia uirtus in infirmitate perficitur.Vnde & Augustinus dicit,exauditum esse Paulum ad salutem,qui tamen exauditus non est ad uoluntatem. Et dat ille tunc regulam egregiam,cum ait: Nouerit magnum sacramētum charitas uestra, quod ideo cōmendamus uobis,ne unquam incidat uobis in tentationibus uestris.Sancti ad salutem per omnia exaudiūtur,semper inquam exaudiuntur ad salutem æternam. Iacob. 1. 1. Cor. 12. Augustin. super. Canno. Johā. tra. 6.

2. ¶ Hinc iam cōstare potest,quomodo quilibet Christianus comparare se, animumq; instituere suū debeat in oratione sua.iam enim auditum est, deum semper exaudire sanctos ad salutem: interdum malos quoque, sed ad uoluntatē tantum,nō etiā ad salutem.Sic à deo petijt sathan sibi permitti,ut aduersitatibus affligeret Iob,& impetrauit, interfecitq; ei filios & filias, ædes deiecit: boues,oues,asinos,camelos,& quicquid erat possessionum

ademit: solâ illi reliquit uxorem, nõ in solatium tantorũ malorum, sed eo animo, ut tandem rebus & dolis destitutus omnibus, per solam illum deciperet uxorem, sicut primum parentem nostrum, & per eum nos omnes in ruinã adduxit: neque omnino fefellit illum spes sua, licet uana, siquidem cum maxime ægrotaret Iob, & affligeretur uehementissime, tum eum uxor tentauit acerbissime. Sic exauditi sunt spiritus immundi, cum orassent dominum sibi permitti, ut in porcorum gregem irruerent. Perfida gens Iudæorum & impia, cum abundaret manna, petiit carnes sibi dari, & datæ sunt. uerum quo euentu? tali nimirum, ut Dauid canit: Manducauerunt & saturati sunt nimis. & desiderium eorum attulit eis. non sunt fraudati à desiderio suo. adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. (siue secundum Hebræum, incuruare fecit.)

August. super cano. Johan.

Matth. 8.

Nume. 11. Psalm. 77

¶ Ecce quàm uerum sit illud, quod uulgo dicitur, Sepe dat deus iratus, quod non daret placatus. Multi sunt qui petunt, & exaudiuntur à deo, tantum in malum proprium. sunt qui postulant sanitatem, diuitias, honores, & contingunt illis: quoniam nouit deus eos aliquid bonorum operum facere aut fecisse, quæ eis hic temporaliter remunerat: cæterum ipsos tandem detrudi finit in gehennam ignis. De iis uerum est illud euangelicum, quia receperunt mercedem suam. Possem nominatim uobis hic exempla referre eorum qui sic orârunt, & exauditi sunt. uerum interim huiusmodi hominibus respondet dominus idem, quod duobus apostolis dixit, Nescitis quid petatis. Constanter orauit Dauid dominum de ægritudine filij sui, cum lachrymis & ieiunijs: mortuusq; est infans die septimo, & pro illo dedit ei dominus filium maiorem Salomonem. Atq; ut aliquando finiam, quum nescit homo, an quod petit, sibi conducat magis aut obsit, quo ad salutem animæ, relinquere debet illud diuinæ uoluntati & misericordiæ, atque in hunc modum dicere: Fiat quæso domine uoluntas tua. Sit igitur hęc tibi lex certa, & ut ut amussis, ad quam omnem orationem tuam accommodes, neq; errabis facile. tm̃ medico liberã relinque tui cu-

Matth. 6

Matth. 20

2. Reg. 12.

ram. ipſe enim optime cognoſcet, quid animæ tuæ magis conducat. Amuſſim autem hanc ſi ipſe non habes, ex Apoſtolo pete, & dabit tibi, dicens: Nos quidem quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecũdum deum poſtulat pro ſanctis. Ad hanc regulam ſit hoc tibi exẽplum: Si ſit tibi filius, & hic ægroter ad mortem, tuíq; ores deum pro incolumitate eius & longæuitate, nec tamen audiaris, illeq; moriatur. Quid ita? quoniam idipſum animæ ſuæ conducibilius eſt, cum ille iam mortuus, ſaluetur, qui ſi diutius uixiſſet, malitia perditus, forte perijſſet. Quare & Sapiens dicit: Placens deo factus dilectus, uiuens inter peccatores tranſlatus eſt, raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Reperias huiuſmodi liberos plures, quibus quanto melius eſſet cito mori, quàm diu uiuendo ſibi ędificare gehennã? Saul primo bonus erat, neq; multo poſt animus eius mutatus eſt in malitiam. Salomone quoq; primum quis melior? & ipſe tamen demum idola coniugum ſuarum adorauit. Roma. 8 Sapien. 4 1. Reg. 15 3. Reg. 11

3. ¶ Deinceps dicit dominus: Hucuſq; nihil petijſtis in nomine meo. petite, & accipietis, ut gaudium ueſtrũ plenum ſit. quæ ſane uerba beatus Auguſtinus uult quodãmodo interpretari ſuperiora, ita quòd omnis oratio noſtra eò tendere debeat & dirigi, ut gaudium noſtrum plenum ſit. id autem niſi in felicitate æterna fieri nõ poteſt, ubi tantum illud fiet, ut ei reliquũ addi nihil poſſit. Quiſ quis igitur pro iſto gaudio conſequendo petit, is petit in nomine Ieſu: & quicquid extra uitam æternam petitur, nihil eſt, ſi conferas ad felicitatem. Quomodo & Paulus hominem procacem & temerariũ ait nihil eſſe, non quòd omnino nihil ſit, ſed comparatione bonorum: ita hic nihil orant, quotquot pro alijs rebus à felicitate orant. orare autem debemus, ut gaudium noſtrum plenum ſit: plenum uero gaudium non eſt, quòd triſtitia miſcetur, ſicut ait Sapiens: Riſus dolore commiſcetur. Dum igitur dicit dominus, Petite, & accipietis, ut gau- Auguſtin. Gala. 6 Bernard.

dium uestrum plenum sit, insinuat nos semper orare debere, & non deficere, tantisper dum plenum illud gaudium uitæ æternæ consequamur.

Chrysost. Iterum hic declarat apostolis profuturum, si corporaliter ab eis recederet. siquidem illi hactenus nihil petierant, & post abitum domini denique petituri erant. Illud itaque dum dixit, uelut hoc dicere uisus est: Quid de abitu meo contristamini? ecce nomẽ meum relinquo uobis, potẽs adeo & prævalidum, ut quicquid patrem meum in illo petieritis, id certo habituri sitis. Nec est quod derelictos uos esse putetis, dum magnificũ adeo & forte nomen uobiscũ habeatis. Et hoc est quod Theophylactus ait: Tũc

Theoph. plenissimum erit gaudium uestrum, cum accipietis omẽs petitiones.

4. Multũ hic laborant doctores, quomodo dicat Christus discipulos suos hactenus nihil petiisse, cum multa uideantur huic sententiæ esse contraria. siquidem filii Zebedæi per matrem petierunt, ut sederẽt alter ad dexteram,

Matth. 20 ad sinistram alter. Ad hæc, discipuli omnes ciecerũt dæmonia, quod sine oratione non fit. Quid quòd dominum

Lucę. 9 petiit Petrus, dicens: Domine, quò uadis? & Philippus, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Vniuersi

Johan. 13. & 14. quoque discipuli orârunt: Domine, adauge nobis fidem. Verum quidem est, antehac quoq; petiisse discipulos multa à domino: at hic Christus iubet eos petere ex patre suo,

Lucę. 17 & sic accepturos illos. Sed & omnis ista discipulorum petitio ut plurimum aliud continebat à uita æterna, quam-

Augustin. obrem & oratio eorum nulla erat. siquidem quod mater filiorum Zebedæi petebat, carnale erat & corporale, nihilq; faciebat ad uitã: sed istud bibere calicem passionis,

Lucę. 9. & quod gratiam sanitatum ex deo petierũt, id quoq; corporale extitit, multisq; modis infertus iis quæ uere sunt spiritualia. Quid multa? cum nondum uere agnouerint discipuli magnificentiam Christi ante ipsius resurrectionem, ascensionem & spiritus sancti missionem, nõ potuerunt quicquam efficaciter petere in nomine suo, cuius uirtutem & omnipotentiam cognitam nõ habebant. tantũ igitur petebant Christum, quàm diu illum præsentem secum habebant.

Beda.

¶ Pulchre hæc Christi uerba uenerabilis ille pater Beda adcõmodat, dicens: Petite, ut gaudium uestrum sit plenũ, & accipietis. plenum ergo gaudium, beatitudinem perpetuæ pacis appellat. Nam ut taceamus de gaudio reproborũ, quo sibi luctũ merentur æternum, habent sancti etiã in præsenti gaudium de spe cælestium bonorum, cũ pro domino terrenis exercentur aduersis, discunt gaudere cũ gaudentibus, flere cum flẽtibus: sed non est plenum gaudium, quod fletu uariante miscetur. Nõ huiusmodi gaudiũ petere illos uoluit, sed tale, quod nulla inquietatione minuitur, tempore nullo finitur: tale inquam, de quo Petrus loquitur, dicens: Credentes exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum. Dominus deus noster per suam immẽsam misericordiam dignetur nobis gratiam conferre suã, cuius ope & præsidio digni efficiamur, qui possimus plenitudinem hanc accipere gaudiorum felicitatis æternæ, Amen.

Roma. rs

1. Petri. 1

HOMILIA III. DOMINICAE *quintæ post festum Paschæ.*

POstquã discipulis suis dominus dixisset, ut quiduis peterent in nomine suo, statim subdidit: Et hæc in parabolis loquutus sum uobis. Quod de quibus sane uerbis dixerit dominus, non absurde admirabitur quispiam, & primum quidem intelligunt nonnulli ista dicta parabolica referenda ad ea, quæ apostolis suis dominus loquutus est adhuc degens in terra: quoniam futurũ erat, ut nec in parabolis, neq; prouerbijs loqueretur illis, scilicet in uita æterna. sic Paulus: Hic inquit, uidemus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. & ut Iohãnes ait: Videbimus eum sicuti est. Et quamuis eò propemodum declinat Cyrillus, illius tamen sententia Augustino satis non facit, qui dicit: Possem hanc de qua loquitur horam dicere, futurum oportere seculũ intelligi, ubi uidebimus palam quod beatus Paulus dicit, Facie ad faciẽ.

1. Cotin. 13

Cyrillus. Augustin.

1.Corin.13 & in prouerbijs iam loquutus sit, quod idem dixit, Videmus nunc per speculum & in ænigmate. sed & istum sensum uidetur impedire quod sequitur, Illo die in nomine meo petetis. in futuro enim seculo quid petituri sumus, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum?

¶ Quicquid autem id est, hoc sane constat, in die nouissimo omnem propheriam desituram: finemq; tunc futurum omnis illius, quæ nunc est in ænigmate, cognitionis dei, cũ figura mundi istius transierit. Quemadmodũ in nocte serena stellarum splendor & pulchritudo apparet, sole autem oriente, particularis stellarum splendor euacuatur: eodem arbitror modo, cognitio ista præsens tẽpore illo desinet, cum perfecta cognoscendi lux nobis infusa fuerit. Omnis quoq; illa nostra rerum cælestium cognitio, nocturna tantum est & caliginosa, lucente nobis tantum unica ista stella fidei, unde modicum habemus fulgorem & radium gloriæ dei. Vbi autem in uita æterna exortus nobis fuerit sol iustitiæ, tum denicq; discedent astra & nocturnus splendor fidei. Vt iam expositio illa & in se uerissima sit, & nobis modis omnibus amplectenda. CHRISTVS tamen an hic de hac re loquutus sit, paulo post disseremus.

2. Cyrillus.

¶ Sunt insuper qui uolunt hic Christum loquutum simul & insinuare uoluisse discrimen noui & ueteris testamenti. hoc enim totum in abditis, occultis & arcanis, mysticisq; uerbis positũ fuit, quando istis in figura omnia certum est contigisse: quo nomine uelum quõdam fuit sanctis sanctorum prætextum, quod in hodiernum usq; diem præ oculis suis seruant Iudæi.

1.Cor.10
2.Cor.3

¶ At cum primum uenit plenitudo tẽporis, Christusq; in nouo testamento uera illa & omnibus manifesta sacramenta simul & sacrificia aperuit, facile cognoscimus, quomodo lex per Moysen data est, ueritas autem & gratia per Iesum Christum facta est. Parabola erat, illa iã olim apud Iudæos in usu habita agni paschalis mãducatio: atqui nũc clara uoce Paulus testatur & clamat, quia pascha nostrum Christus est, sicq; discurrere potest per omnes ueteris testamenti partes. Quid obstat igitur, quo minus omnis illa cognitio ecclesiæ sit in ueritate eorum, quæ iam olim si

Johan.1.
Exodi.12.
Hebrę.9.

guris tantum fuerunt inuoluta? istic oues immolabantur & hirci, hic Christus sanguinem diffudit proprium in salutem fidelium: istic sacerdotes offerebāt uitulos hostias pacificas, hic sacerdotes nostri nec uictimas, neq; hostias pacificas, sed nec aurum aut thus, sed q ñsdē muneribus & sacrificijs designatur, offerunt Christum Iesum, qui fecit utraq; unum. Psalm. 50 Ephesi. 2

¶ Neq; tamen interim desunt qui uerba hæc sic uelint intelligi, quod istud quod in parabolis loquutus est dominus, referat ipse ad uerba priora, quæ multum fuerant obscura. At ego non uideo, quomodo sequentia uerba non sint perinde occulta & obscura, ut illa de quibus isti loquūt priora.

¶ Cōmunis itaq; intellectus hic est, quod CHRISTVS loquutus sit de omnibus quæ euangelicæ doctrinæ sunt & prædicationis, quæ tum obscura fuerunt sepulta caligine, cum Christus prædicaret totum penè quadriennium, eo quod intellectus adhuc apostolorū rudis erat, carnalis & plane Mosaicus. & qui uix terrena capere poterat, ad sublimia & cælestia pertingere quomodo potuisset, cum animalis homo nō percipiat ea quæ sunt spiritus? Ex carnalium autem hominum numero tunc adhuc erant apostoli, usq; dum gratiam acciperent spiritus sancti, quando tandem uenit hora, de qua loquutus est dominus, simulq; pollicitus se iam amplius non in parabolis, sed aperte loquuturum illis, & adnunciaturum de patre suo. Ac quamuis iam habebant quorundam sacramentorum institutionem, adhuc tamen ignorabant uirtutem & efficaciam illorum, tantisper dū adueniret spiritus sanctus, qui corda eorum impleret, qui ipsos omnem doceret ueritatem: quod Christus quoq; post resurrectiōem suam fecit in die Paschæ, dum discipulis duobus prophetas interpretaretur & Moysen. Johan. 3 1. Corin. 2 Luce. 24

¶ Obijcies aūt illud hic mihi, q alibi dixit dominus: Vobis datū est nosse mysteria regni dei, alijs aūt in parabolis. Quid igit hic ait, hactenꝰ se cū illis locutū esse in parabolis? Ad hoc respōdeo, sine dubio apl'os ante dñicā passionem imperfectos adhuc fuisse, atq; ideo opus habuisse, ut cum eis dominus in parabolis tantum & prouerbijs Matth. 13

loqueretur. imbecilles enim erant, & dicta hæc sublimia, etiamsi audiissent, capere non potuissent. Quod autem alibi dixit eis, Vobis datum est nosse mysteria &cę. id quo
Heb. 5 que sic alibi constat, quod illis dominus plus mysticæ cognitiõis cõtulit, quàm uulgo hominum. Verum idipsum quoq; lac tãtum fuit, & nihil solidi cibi. sicq; cum illorum cognitio eminentior fuerit, quàm ista uulgaris hominũ, gustum solummodo habuerũt exiguum rerum sublimium fidei nostræ, quas tamen penitus non cognouerunt eousq; dum spiritus sanctus illis mitteretur.

Augustin. Chrysost. 3. Porro iam, in illo die, dicit dominus, petetis in nomine meo. Vbi secũdum communem sanctorum patrum expositionem, de die loquitur quo illuminati sunt. quod cœpit quidẽ statim post Christi resurrectionem, perfecte
Actuũ. 2. tamen adimpletũ est ipso die Pentecostes, quando in nomine Iesu miracula fecerunt, sicut liber Actorum apostolorũ testatur. Subdit autem Christus, non dico uobis, quia
Johan. 17 ego rogabo patrem de uobis. Quid hoc sibi uult, inquies? aut non uult Christus pro discipulis sui rogare patrem,
Augustin cum tamen constet, statim postea illum pro eis orasse, nec pro ipsis tantum, sed pro omnibus qui crediturí per eos erant? Augustinus ad hoc respondens, sic dicit: Dominꝰ noster Iesus Christus, inquantum homo est, pro nobis interpellat patrem. inquantum autem deus, nos exaudit cũ patre. Et iuxta hoc dicit hic se nõ oraturum pro eis, idq; sane promanat ex uerbis præcedentibus. quum enim ait, in illum diem scilicet Pẽtecostes, quum pertituri essent in nomine suo, se adnunciaturum eis de patre suo: cõstat eos etiam, quàm clare cognoscerẽt deum patrem, intellexisse hunc uerum esse illius filium (quia relatiua sunt simul natura, hoc est, naturali intelligentia) sicq; agnoscentes eũ deum uerum, cognouisse uticq;, quod illum adorare debe-
Chrysost. ant: nec amplius ipse pro eis rogaturus esset, & interpellaturus. Chrysostomus tamen hic adhuc respiciens humanam in Christo naturam, secundum quam mediator noster est, uult dixisse eum, quoniã amplius nõ sit rogaturꝰ pro eis, ẽsi sic dicere uoluisset: Nõ ego pro uobis rogo patrẽ, qa cũ uos me diligatis, uicissim uos diligit deus pater, sicq; dũ uꝝa in me dilectio sufficit uobis, sine ullo medio

ceſſum iã habetis ad deũ patrẽ meũ, neq; aliq̃ opus habe
tis mediatore, ſcilicet accepto iã ſpiritu ſancto in die pen
tecoſtes. Antea tamen adhuc ante paſſionẽ ſuam pro eis
orauit, cum nondum perfecta eſſet in eis dilectio. Neque
tamen ignoro, quoſdam ſic exponere, q̃ Chriſtus etiam
ſi hoc non prædixiſſet, pro eis tamen rogare adhuc potu
erit, idq; ego facile perſuadeor, ut credam: uobis tamen li
bentius propono certam ſanctorum patrum ſentẽtiam.
Et q̃ credididerunt pariter, & dilexerunt apoſtoli Chriſtũ,
argumentum efficax eſt aduerſus neochriſtianos, fidem
ſolam non ſufficere. Nos quoq; credere debem⁹, quod cre-
diderunt illi: quia ſaluator noſter Chriſtus dominus exi- Hilari. li. 6
uit à patre per generationem ab æterno, & per incarna- de. trin.
tionem in tempore: rurſusq; reliquit mundum per mor-
tem, ac uadit ad patrem in aſcenſione: quos progreſſus o- Pſalm. 18
mnes paucis uerbis expreſſit Dauid, cum ait: A ſummo cę
lo (cælum hoc eſt trinitatis) egreſſio eius, id eſt, incarna-
tio: & occurſus eius, hoc eſt, aſcenſio uſq; ad ſummum ei⁹.
Aſcendit enim in cælum, & ſedet ad dexteram patris oñi
potentis.

4. ¶ Et dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc palam lo-
queris, & prouerbium nullum dicis. Obñcies autem, quo-
modo illud uerbum diſcipulorum conueniat cum eo, q̃
iamiam Chriſtus dixerat ſe cum illis loqui in parabolis:
aut iã ne adfuerit hora, qua Chriſtus ipſis in parabolis
loquturus amplius non erat. Beda ad hoc reſpondens: Ver Beda.
ba, inquit, iſta domini myſtica fuerunt, ſed diſcipuli qui-
bus dicebantur, adeo carnales erant, ut eorum profundi-
tatem minime caperent: & non ſolum arcana dictorum,
ſed etiam nec ipſam ignorãtiam ſuam intelligerent: ſicq;
dum uerba hæc melius ſibi intelligere uidebantur quã
intelligebant, factum eſt, ut manifeſta putarent quæ non
accipiebant: & cum ex ſermone Chriſti tria hæc obſerua
rant, ſe à patre diligi, Chriſtum à deo patre eſſe, & nunc
rurſus ad illum abire: ſtatim eo quod ſe à patre diligi ani
maduerterant, omnia ſe intelligere putabant ac dicebãt:
Nunc ſcimus quia ſcis omnia: & non opus eſt tibi, ut quis
te interroget. Obñcier autem hic mihi curioſus quiſpiã,
& dicet: Qui omniſcius eſt, opus nõ habet, ut interroget

Augustin. cum ipse ab alijs subinde interrogef: cur ergo discipuli dixerunt, & nõ opus est tibi ut qs te interrroget, ac nõ potius, ut tu quenq; interroges? Respondet ad hoc Augustin⁹ & nõ abnegat uerũ esse quidẽ, qd eos qui multa nõrunt, ut plurimũ interrogemus. Verum hic apostoli Christo eminentẽ adeo tribuere uolebãt scientiã, ut p̃ueniret illũ qui se interrogaturus esset. qd quãto maius est, q̃ interrogatum respõdere? Vnde etiã cõcludunt apli & dicunt, Nũc credimus qa à deo existi: ex eo q⁹ omniscium eum credebãt, colligentes uerã illius diuinitatẽ, & q⁹ à deo exisset, non secus atq; Nicodemus cõfessus est: Nunc scimus qa à deo

Johan.3 uenisti magister. nemo enim põt hæc signa facere quę tu facis, nisi sit deus cum eo. cuiusmodi & illud est cæci apud

Johan.9 Iohannẽ, Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquã.

Beda. Cæterũ pulchrum est quod hic Beda dicit: Non hæc trãseunter neq; negligenter cõmemoranda sunt, sed solerter inuigilandum est fratres mei, ut nõ uerba tantũ & opera nostra, sed ipsa q̃q; cordiũ secreta, diuinis aspectibus digna reddamus. Non in templo pectoris nostri odiorũ flamma, non inuidiæ rubigo resideat, nõ inde turpis uel

Seneca. contumelioſi sermonis radix oriatur, nõ ibi meditatio facti nocentis innascatur. Quõ facit illud Senecæ nobile dictum: Noli peccare, deus uidet. Et itẽ hoc ex oratione Salomonis, Tu dñe solus nosti corda filioꝝ hoim. & illud

2.Par.6 Ieremiæ uaticiniũ, Tu dñe Sabaoth qui recte iudicas, ac

Jerem.9. probas renes & corda. Vnde merito moueri debemus, ne quicq̃ uel cogitemus turpiter, q̃m nihil est qd lateat deũ. Et ô uere sapientẽ illũ, qui omnibus foribus suis & pariẽtibus inscripsit, DEVS VIDET (quicqd facis) rursusq; istũ

Deus videt. qui sic scripsit, DEVS ODIT (peccantẽ) tertiũ q̃q; sic cõcludentẽ, DEVS PVNIT (non contritũ.) Meminerimus itaq;

Deꝰ odit. subinde eius, qd minat dñs per propherã dicentẽ: Ego o-

Deꝰ punit pera eoꝝ & cogitationes uenio ut congregẽ. Sic iam nos

Isaiç.66 q̃q; iecta uitioꝝ sentina, deo p̃paremus domiciliũ beneplacitum in cordibus nostris: qui nunc q̃q; corda & animos nostros cõsiderat, q̃tenus ille uicissim in nobis habitet hic per fidẽ & gratiã suã, tandẽ uero in gloria felicitatis æternæ, quã nobis largiri dignet in secula benedict⁹. Amen.

LIVM FERIAE II. ET III.

Rogationum, Lucæ XI.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi: Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & nō habeo quod ponam ante illū. Et ille deintus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, etsi non dabit illi, surgēs eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamē eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et dico ego uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis aūt ex uobis patrē petit panē, nūquid lapidē dabit illi? aut piscem, nunqd pro pisce serpentē dabit illi? aut si petierit ouū, nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo uos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quāto magis pater uester de cælis dabit spūm bonū petētibus se?

Iob. 19
Isaiæ. 8.

Matth. 7.
Iacobi. 1
Iohan. 16

HOMILIA PRIMA.

CVm iã discipulos suos, quid orarẽt docuisset dominus, deinceps orandi sedulitatem quoq; & constantiam declarauit. & siquidem iam dies rogationum imminent, quibus orandum nobis est pro uniuersis tum periculis tum aduersitatibus ecclesiæ, in quem finem institutas habemus supplicationes, letanias, processiones, eleemosynas & cætera opera bona, ad consequendam & impetrandam misericordiam dei, recte etiam hoc euangelium iam fidelibus proponit ecclesia, cuius nos contextum breuiter explicabimus. Quis uestrum habet amicũ?

Eccl. 6 Oh q̃ rara nunc est inter homines amicitia uera. uere the-
Hieron. saurum inuenit, quisquis amicum reperit fidelem. Atqui uera illa demum necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed dei timor & diuinarum scripturarum studia cõciliant, iuxta
Eccl. 6. illud Sapientis: Qui timet deum, æque habebit amicitiã bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.

¶ Sequitur, Et uadit ad eum media nocte. Constans doctorum sententia est, amicum hunc deum & dei filium esse Iesum Christum, qui apostolos quoq; suos uocauit amicos, dicens: Vos dixi amicos, quia omnia quæ audiui à pa-
Johan. 15 tre meo, nota feci uobis. sed neq; nobis fidelior est amicus
Prouer. 17 quisquam nec benignior Christo, qui nos omni tempore
Johan. 15 diligit, iuxta ueræ amicitiæ præscriptum, quiq; animam suam posuit pro amicis suis. Adhunc amicum ueniamus nos media nocte, hoc est, in medio tribulationis nostræ & aduersitatis. sicut enim uotorum locus maximus tunc est, cum spei nullus: ita cum adfligimur, ad dominum clama-
Psalm. 119 re mouemur, testante Dauide, Ad dominum cum tribularer clamaui. & Osea suffragante, cum in persona domini
Osee. 6 dicit, In tribulatione sua mane consurgent ad me. Neque male conuenit istud mediæ noctis tempus ad orandũ, sicut in cœnobijs quibusdam obseruatur, & non ignorauit hoc Dauid: In matutinis surgebam ad confitendum nomi-
Ambro. ni tuo super iudicia iustitiæ tuæ. Ambrosius ait nos hic doceri omnibus momentis, nec diebus solum, sed etiã no

ribus orare debere: quoniam uere liberalis & dare paratus est dominus, qui nocte etiam media dare non recusat: nec quisquam nobis est amicus Christo maior, qui animam quoq; pro nobis exposuit.

2. ¶ Et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes. Panes ij tres, intellectum designant sanctæ & individuæ trinitatis, uel etiam sublimes illas uirtutes, fidem, spem, & charitatem: quæ etiam significatæ sunt in historia Regum, quando Samuel dixit ad Saulē. Vbi ueneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad deū in Bethel, unus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam uini. Quæres autem, quare cognitio trinitatis in panibus tribus designetur, eo nimirum, quod illa pascimur & nutrimur. sic enim fides in patrem, sanat infirmitatem nostram sua omnipotentia: fides in filium, illius omniscientia inscitiæ nostræ medetur: ea autem quæ in spiritum sanctum habetur fides, bonitate sua nostram curat malitiam. Hæ illæ uirtutes tres sunt, quæ nobis quoq; uirtutem & uigorem tribuūt, nos illuminant & sanitatem præbent (hæc tu si uoles, extende quàm latissime, quia amplissima ē in symbolis uia, cū posses hic plus quàm decem facere sermones de solis panibus) Amicus porro qui uenit de uia, ipse noster est anim⁹, qui toties à nobis recedit, quoties ad appetenda terrena & temporalia foris uagatur: tandemq; errabundus tot⁹, cum reuertitur ex erroribus uiarum, & cupit pasci cibo cælesti, fatetur ipse se homo egenum esse & pauperem. siquidem per peccatum misere spoliatus est & priuatus omni gratia dei, uulneratus quoq; in ipsis naturalibus uirtutibus. Si enim uerum est illud Christi uerbum, ut est uerissimum, Quia nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum, nullus etiam peccator ex se solo potest resurgere, eo maxime, q; nos etiam sufficientes non sumus uel cogitare aliquid ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Si quando igitur animus hominis sic errabundus uagatur extra uiam, sicut Dauid errores suos confitetur dicens, Errauī, sicut ouis quæ periit, require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus, tunc & deus amicum quærit errantem, & per spiritum sanctum illum

1. Reg. 10 — Beda. — Luce. 15 — Johan. 6 — 2. Corin. 3 — Psalm. 118

reducit domum, aliâs per tribulationes, aliâs fame, ſicut
Luc.15 iſtum filium prodigum. Ipſe tamen totus homo ex ſe ni
hil habet, quod ſibi proponit: quoniã & liberum iſtud ar
bitrium ex uiribus naturalibus nihil poteſt boni facere ſi
ne gratia dei. (contra Pelagianos) tantũ igitur clamet ad
deum, illius opem & auxilium imploret.

¶ Et ille deintus reſpondens, dicat: Noli mihi moleſt⁹
eſſe, iam oſtium meum clauſum eſt. Amicus noſter deus
omnipotens, qui omnia habet per abundantiam, quam-
uis abſconditus eſt & occultus, audit tamen & uocanti⁹
Iſaie.15 ſe reſponder, iuxta illud Iſaiæ: Tunc inuocabis, & domi-
nus exaudiet te: clamabis, & dicet, ecce adſum, quia miſe-
ricors ſum dominus deus tuus.

¶ Rationem addit, cur non debeat ſibi eſſe moleſtus,
quia oſtium meum clauſum eſt. Oſtium, inquit Beda, eſt ſa
Beda. crarum intelligẽtia ſcripturarum, quam ſibi etiam aperi-
ri deſiderat Paulus ad eloquenda myſteria Chriſti. Et ó fe
Coloſſ. 4. licem aquilam altiſſima nubium tranſcendẽtem, cui clau-
ſa non fuit ianua iſta, cum diceret uidiſſe ſe: & ecce, inquit,
Apoca. 4. ianua aperta erat in cælo. Hæc nimirum ianua peccatori
bus clauſa eſt, ianua gloriæ, ianua iſta Chriſtus ipſe, teſtã
te Iohanne, ianua uerbi dei: quæ quàm miſere nunc clau-
Iohan. 10. ſa eſt, & uix pauciſſimis patet hoc tempore inter tot hæ-
reſes, quibus urgemur & circundamur. Atqui pueri, hoc
eſt, homines puri, mundi & ſancti, cum deo ſunt in cubili;
Matth. 18 nec; immerito pueri, quia ſic dicit dominus: Niſi conuer-
ſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in re
gnum cælorum. Et ut maxime iſti non omnes ſint in cæ-
lis, dum bona adhuc illorum pars uiuit in terris: nihil ta-
men uetat, quo minus conuerſatione uiuant & ſint in cæ
lo, dicant; cum Paulo: En conuerſatio noſtra in cælis ẽ.
Atq; huiuſmodi de cauſis ſurgere ille non poteſt, & dare
quod petitur.

Theoph. 3. ¶ Theophylactus mediam noctem dicit eſſe extre-
mum uitæ, ad quod cũ homines peruenerint, ſenſum bo
ni accipiunt & ad deum feſtinant, panes; tres petunt, ſa-
lutem corporis, animæ & ſpiritus. iſtorum enim interitus
metuendus erat. & quamuis benigniſſimus ſit dominus,
ſimulat tamen ſe quaſi nõ exauditurum, iubet; illum ſi-

bi molestum non esse. Cuius ratio altera hæc est, ut quod petitur, maiori desiderio cõcupiscatur, quod aliâs cito datum uilescere poterat & contemni. nam qui sic petit, accipit utiq;, sed tunc demum, cum debet accipere. sicq; quædam non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differũtur. Causa altera adsignari potest, q; hoc modo deus sedulos nos esse uult, & diligentes atq; in orando consiãtes, & ut agnoscamus, quæ sit donatio dei, utiq; sic in timore illam cõseruet. Ferè enim ita fit, ut quod quisq; labore magno uix demum adsecutus fuerit, id etiam conetur seruare diutius & retinere firmius, ne oleum & opera simul ei depereant. Augustin.

¶ Glossa dicit hic, quia non tollit ille nobis impetrandi possibilitatem, sed magis incẽdere uult orandi feruorem, dum difficultatẽ arguit impetrationis. Quo nomine causas duas adsignat: alterã, quia ostiũ meum clausum est: alteram, quia pueri mei mecum sunt in cubili. Tu ergo ne mihi fis molestus. Non desunt quidam adeo molesti deo, ut sua importunitate nihil neq; statim, nec aliquãto post impetrent, sicut de Antiocho scriptum est: Orabat scelestus dominum, à quo non esset misericordiam consecutus. Verum de ijs aliâs: nunc de ijs tantum loquimur, q̃s exaudit quidem deus, sed tamen petita eis differt, ut ardẽtius petant, iuxta illud Dauidis: Quærite deum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Vnde constat ostiũ hoc clausum, aliud sibi uelle quàm quæ apud Matthæum clausa est ianua, quam pulsantibus respondit dominus, Nescio uos, illa enim in æternum clausa erat. at hoc ostiũ sic tantummodo occlusum est, ut perseuerantibus in oratione denuo aperiatur. Rectius itaq; conferri potest ostio illi arcæ Noæ, quod etiam foris clausit dominus: rursusq; aperuit, quando placatus iram abiecit super extinguendo uniuerso orbe. Clauso itaq; ostio, & pueris secum in cubili existentibus, respondet ille. quasi diceret, Si & tu mũdus esses, mecum quoq; in cubili existeres. Nunc autem surgere non possum, scilicet commode, & è re tua, præcipue uero si quis in extremo uitę iam constitutus, pietatis suæ diuturnitate sarcire & rependere non possit, quod lõgo tempore neglexit. Glossa. 2. Mac. 9 Psal. 104 Matth. 25 Gene. 7.

4. ¶ At si ille sic perseuerauerit pulsans, dico uobis, Etsi non dabit illi surgens, eo q̄ amicus sit, propter improbitatem tamen eius surget. Si, inquit Beda, amicus homo surgit de lecto & dat, non amicitia, sed tædio compulsus: quanto magis dat deus, qui sine tædio largissime donat? quamobrem sic habet textus, si ille sic perseuerauerit pulsans. ubi tu perseuerantiam obserua in orando, sic enim quisquis perseuerauerit usq̄ in finem, hic etiam saluus erit. Sic Paulus ait: In disciplina perseuerate, tanquā filijs offert se deus. Augustinus quoq̄ sic inquit: Quando uenis ad tres panes, hoc est, ad cibum & intelligentiā trinitatis, habes tunc unde uiuas & pascaris, nec timeas tibi ut finias. panis enim ille non finietur, sed finiet egestatē tuam: disce & doce, uiue & pasce. Propter improbitatem eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Sic Christus quoq̄ expectat & differt, cum q̄ petens in oratione perseuerat, dat ille quàm largissime. Nos igitur ſ̄q̄ expectare decet, & sustinere patienter, iuxta illud quod Dauid docet: Expecta dominum, uiriliter age, confortet cor tuum, & sustine dominum. Perseuerare inquam debemus, & non deficere in oratione ad deum, sed subinde clamare: Deus meus clamabo per diem, & nō exaudies? & nocte, & nō ad insipientiam mihi. Surge domine, quare obdormis? Surge inquam, & ne repellas in finem. Cur auertis faciem tuam? obliuiscēris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? Sic quisquis in orando perseuerat, impetrabit quod petit abundanter. tunc enim aperit ille manum suam, & implet omne animal benedictione.

Beda. Matth. 12. Heb. 12. Augustin. Psalm. 26. Psalm. 21. Habac. 1. Psalm. 47. Psal. 144.

¶ Pulchre hic nos admonet & hortatur Ambrosius ad perseuerantiam orationis, eius q̄ rei exemplar nobis proponit Dauidem, qui etiam cum petijsset panes media nocte, impetrauit illos petijt, dicens: Media nocte surgebam, petijt rursus, inquiens: Lauabo per singulas noctes lectū meum. Nec q̄ metuit ille aut ueritus est, ne forte excitaret eum. sciebat enim ipsum nec dormire, nec q̄ dormitare. Et nos itaq̄ charissimi memores sacrarum scripturarum & promissionum dei, nocte die q̄ oremus, ut peccatorum remissionem impetremus. Nanq̄ si rex tantus multis & grauibus imperij sui negocijs occupatus, potuit tamen se-

Ambrosi. Psalm. 118. 8. 6.

ptes in die uacare precibus, sedulus obseruator matutina rum & uespertinarum orationum: quid nos facere oportebit, qui eo sæpius orare deum debemus, quo crebrius peccauimus, ut sic dum defessi sumus, panibus illis reficiamur? Quid quod nō nocte tantū, sed in singula etiā momenta uegetos ac uigiles nos esse iubet dominus & uigilare, ut siue in secūda, siue in tertia uigilia uenerit dominus, inueniat nos uigilantes: quia ō beatos & uere felices seruos, quos ueniens dominus inueniet uigilantes. Et ecce hic præceptum datum uobis sæpe multumq; orandi, unde spes bona sit impetrādi petitum. Omnino enim sic est, rogari uult deus, rogatusq; in nulla uos necessitate & tribulatione constitutos deseret. atq; ut maxime dare differat, non tamen destituet in finem. sic Dauid clamauit ad dominum, In te domine speraui, non confundar in æternū, in iustitia tua libera me. Sane non derelinquet nos deus, qua est in suos omnes misericordia & clementia, clamantes, & ex toto corde pulsantes exaudiet nos, & gratiam simul dabit & gloriam, Amen.

psalm. 118

Luc. 12.

psalm. 30.

psalm. 83.

POSTERIOR HOMILIA SVPER *Euangelio in diebus rogationum legi solito.*

CHristus discipulos suos postquam orare docuisset, statim sedulo & perseueranter monuit orare, proposita in hoc parabola cuiusdam, qui ex amico panes tres petens nocte media, tandem impetrauit. Vnde exemplum datur nobis sedulo, constanter & perseueranter orandi, ut sic tandem exaudiamur, iuxta illud prophe ticum: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat & donec ponat in Ierusalē laudem in terra. cui conspirat quod legitur alibi, Si quæsieritis eum, inuenietis. si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos Et hoc est quod nobili isto epiphonemate cōcludit dominus Ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Quę sane uerba, ut habent intellectum, ita plurimis aliis scriptu-

Isaię. 62

2. Par. 15

rarum locis illustrari possent: quibus tamen superfedentes, breuiter tantum explicabimus hunc quem in manibus habemus locum. Principio hic dominus nos hortatur & iubet petere, deinde impetrãdi fiduciam ingerit. Quid autem discriminis intersit inter petere, quærere & pulsare, alij aliter distinguunt, nos breuiter hoc uobis dabimus. Sunt qui sic explicent: Petite remissionem peccatorum, quærite gratiam dei, pulsate ad gloriam sempiternam. Vel, petite sapientiam ad intelligendum, quærite gratiam ad operandum bonum, & pulsate ianuam cæli ut ingrediamini illam. Glossa sic habet: Petite orando, quærite operando, & pulsate perseuerando. Vel sic, petite in oratione, quærite ieiunijs, pulsate eleemosynis. Possent omnia hæc in immensum tractari, sed mitto persequi singula, quia non est operosum longissime isto modo expatiari. Breuiter, petimus, dum oramus: quærimus, cum diligenter insistimus orationi: per quam quisquis ianuam inuenerit uitæ & salutis, quid cunctabitur pulsare? Initiũ uirtutis & magnus ad illam gradus est, cupere sibi uiam ueritatis innotescere: qua cognita, statim quærenda est semita, qua ad illam perueniat: ratio inquirẽda, qua uiã istam ingrediatur: sicq; acquisita uirtute, pulsandum tandem ostium, quo cælum ascendat.

2. ¶ Deinde fiduciam in nobis confirmare uolens, subdit: Omnis qui petit, accipit. Quæ esse debeant bonæ orationis leges & conditiones, suo loco audietis: hic tantum magnificentiam nescio dicam magis an munificentiam dei admiremur, qui neminem frustra petere sinit,
1. Mac. 2 iuxta illud Mathiæ: Cogitate per generationem & generationem, quoniam omnes qui sperant in eum, non infirmantur. & secundum istud Ioelis uaticinium, quicun-
Ioel. 2 que inuocauerit nomen domini, saluus erit. Sed & quis-
Sapien. 1. quis quærit, inuenit. sic enim Sapiens inueniri etiam dicit dominum ab ijs qui quærunt illum. Nec aliquam excusationem habebunt neochristiani, dum uidentur sibi bene facere noua subinde constituendo. siquidẽ si & ipsi fidem ueram & ueritatem quærerent, inuenirent utiq;. Verum omnis eorum cogitatio praua est, animus iniquus, & omnino mali corui ouum deterius. quia nihil habent antiqui,

quàm bona ecclesiastica quacunq; ui & iniuria sibi uendi care. unde & q̃d quærunt, inueniunt, pios homines & religiosos eludunt, monachos cõremptui habent, ceremonias spernunt: & quantum in ipsis est, disciplinam omnẽ ac honestatem euertere nituntur. dehinc cum hanc suam uiam strenue & foltiter ingressi sunt, fores pulsant inferorum, ibiq; iutro mittuntur: quia purgatorium nullum habent, q̃d sibi iamdudum expugnasse uidẽt. Non sic autẽ catholici, qui deum sedulo precantur, illumq; diligenter inquirunt, & perseueranter pulsant. Omnia autem hæc eo faciunt, ne unquam in orationibus nostris deficiamus, néue cessemus, si modo exaudiri cupimus, illumq; inuenire, qui tandem portas nobis aperiat honoris & gloriæ, dicẽte per Ieremiam domino: Inuocabitis me, & uiuetis: & adorabitis me, & exaudiam uos: quæretis me, & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde uestro. Ieremi. 29

1. Aliam porro parabolam inducit dominus de oratione, & dicit: Quando inter homines, quorũ sensus uniuersus ex natura in malum pronus est, parentes tamen nõrunt bona data dare filijs suis, neque pro bonis mala dant petentibus, quanto magis pater uester cælestis, qui & essentialiter & solus est bonus, nouit bona dare filijs suis petentibus se? Et cum pater corporalis mala pro bonis nõ det, quanto minus faciet deus, qui quanto nos chariores habet, quàm quisquam parentum filios suos? Mitto q̃ deus magis nobis pater est, ut qui & animam dederit (q̃nto autem hæc corpore est præstantior?) quàm aliquis pater liberis suis. Taceo quòd omnis sustentatio nostra ex deo est, baptismus quoq; ex illo. penes ipsum redemptio est, ab eo sacramenta omnia promanant. Vnde cum ille redemptor, cõditor cõseruatorq; nobis sit & saluator, immẽsum est quo ille propinquior nobis est patre carnali, quo nomine etiam magis bona dabit nobis petentibus, se quàm hic faciat. Gene. 8 Matth. 19 Luce. 11.

¶ Facile deinceps collectu est, quomodo tria bona quæ petunt, hic dominus proponit & tria mala, quæ auersant omnes & abhorrent. Bona sunt, panis, piscis, & ouum,

Aug. li. 2. ca. 22. de q. euan.

mala rursus, lapis, serpens & scorpio. Vtiq; omniscia illa dei patris sapiẽtia Christus, temere hoc nõ dixit. ait em̃, Quis ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? Mystice panis hic charitatem dei repr̃sentat: quia

Psalm. 103 Cant. 8.

sicut panis, teste Dauide, cor hominis confirmat, ita charitas dei animã. Fortis enim ut mors dilectio. Deinde sicut panis q̃uis cõmunis, præcipuus tamen est cibus, cũ misera sit mensa aliãs etiã lautissima quæ pane caret, ita charitas etiam p̃cipua quædam & uelut antesignana est uirtutum omniũ, sine qua cæteræ nihil sunt, quia spirituales

1. Corin. 13

non sunt. sic Paulus, Maior, inquit, horum charitas est. Si linguis hominum loquar & angelor̃, charitatẽ autẽ non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalũ tinniẽs. Etsi habuero prophetiam & nouer̃im mysteria omnia, & omnem scientiã, & si habuero omnem fidem, ita ut mõtes transferam, charitatẽ autẽ non habeam, nihil sum. En hic panem tibi præclarum & calentem charitatis diuinæ, quem corã deo proponere debemus, sicut in historia Regum legitur, propositos esse panes calidos ante faciẽ domini. Panis hic sanctus, est panis sanctuarij, cuiusmodi se

2. Reg. 21

tantum habere professus est Abimelech ad Dauid. Panem hunc petamus à deo patre nostro cælesti, & non dabit nobis lapidẽ, lapidẽ in q̃ duri cordis, quod charitati aduersat, quæ cor emollit. Nos autẽ si lapidem istiusmodi habuerimus in cordibus nostris, age age oremus deum, ut ille di-

Matth. 4 Iezec. 34.

cat lapidibus istis, quatenus panes fiant, sicut per prophetam iam olim ꝓmisit, ablaturum se cor lapideum, & pro eo daturum aliud carneum. sic Iohannes dixit, ea esse potentia deum, ut etiã ex lapidibus filios Abraæ facere pos-

Matth. 3.

set. Panes itaq; petamus, nõ lapides: & si qui nos quoq; in uia offendant lapides, istos abr̃iciamus, iuxta id quod Ieremias clamat: Tollite de uia lapides, lapides peccatorum.

Ieremi. 57

Secundo loco piscem proponit dominus, qui fidem uerã & non fictam designat, ubi pulchram habet Beda expositionem, superiorem etiam illa, quam Augustinus dedit.

Beda.

ait enim, Quomodo pisces sub tegumento aquarum nascitur, uiuit, alitur: sic & fides, quæ in deum est, quæ alterius uitæ gaudia per lamenta præsentium fletus q; requirit, inuisibiliter in corde gignitur inuisibili gratia, speci-

es per aquam baptismatis cõsecratur inuisibili auxilio diuinæ protectionis. ne deficiat, nutritur inuisibilium præmiorum intuitu, quæq; bona ualet operatur memor illius. Adhæc pisces isti in aquis scripturarum inueniuntur: & sicut piscem procellæ maris feriunt, ita fidelis tribulationibus mundi huius exagitatur, iuxta illud uerissimum utique ueritatis ipsius uerbum, In mundo pressuram habebitis: confidite tamen, quia ego uici mundum. Piscis q̃que dum coctioni paratur, prius desquamatur: & fideles si beatitudinem appetunt, omnem oportet istam squamosam fidei imperfectionem abijciant, sicut Paul⁹ ait: Cum uenerit id quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. tunc enim apertus erit diuinæ essentiæ intuitus & nõ amplius uelatus. Et quàm salutaris bonusq; est piscis uerę fidei, tam rursus malignus est corruptæ infidelitatis serpens, quã primo etiam homini inspirauit astutissim⁹ & perditissimus serpens, teste Paulo cum dicit: Timeo autem ne sicut serpẽs Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.

Johan. 16

1. Cozin. 13

2. Cozin. 11

4. ¶ Tertio loco oui exemplum proponit dominus, quomodo spes nobis significatur. siquidem in ouo uelut sepulta spes latet uolitantis pulli, quamobrem & spem significat felicitatis æternæ. Ouum enim est columbæ, in cui⁹ specie apparet spiritus sanctus. columba autem nidificat in cauernis petrarum, hoc est, in uulneribus Christi: & in foramine muri, hoc est, in latere Christi, oua ponit: & sicut testa oui tegit quod speratur ex illo, ita ibi nobis quã speramus, latet uita æterna. Contra autem scorpio uenenatus opponitur illi, qui cauda pungit, & desperationẽ repræsentat, qua finem inficit, dum illius desperationem inducit. Si ergo uos cum sitis mali, dicit domin⁹. Non sic tamen, quòd dominus hoc dixerit de apostolis, ait Hieronymus, sed totum hic genus humanum intelligitur. nec mirum est, quòd homines huius mundi malos appellat, cum etiam sanctus Paulus dicit, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

Hieron⁹.

¶ Amatores ergo mundi malos hic uocant, qui tamen cum nôrint bona data dare filijs suis, quanto magis pa-

ter cęlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Vbi & spiritum sanctum bonum esse arguit, & bonorum omniũ datorem, teste Dauide: Spiritꝰ tuus bonus deducet me in
Psal. 142. terrã rectam. & Sapiente, cum ait: O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis,
Sapien. 2.

¶ Admonitos itaq; ego hic uos uolo charissimi in domino, ut oretis sedulo non hoc tantum triduum, sed (ut
1. Thess. 5. ait Paulus) sine intermissione. Oremus ijs maxime tam periculosis temporibus, & procidamus coram domino, ploremus coram illo qui fecit nos, ut aliquãdo exaudiamur.
Psalm. 94. quæramus dominum & faciem eius semper, ut tandem inueniamus. expurgate in uobis omnes sordes corporis
Matth. 5 & animæ. soli quippe mundi deum uidebunt, mundoq; corde illum intuebuntur. Orantes autem petamus à deo iustitiam regni sui, fidei, spei & charitatis cõstantiam in-
Habac. 2 concussam. Nanq; & iustus ex fide uiuit, & misericordia
Psalm. 31 circundat omnes sperantes in dominum, & plenitudo q̃dam legis est dilectio. Quotiescunq; igitur à deo charitatem petimus & dilectionem, toto corde clamantes ad il-
Matth. 6. lum, Panem nostrum quotidianum domine da nobis hodie, non est quod metuamus ipsum pro pantibus daturũ nobis duritiem cordis. Dum ab eo petimus constantiam
Luce. 17 fidei aduersus impetum & insultum diaboli, dicentes: Domine, adauge nobis fidem, nihil est quod putemus eum permissurum nos mergi, & ueneno perire infidelitatis. & sic quoq; cum spei firmitatem precamur. Quid multa? quandocunq; illum pro nostris & totius ecclesiæ aduersitatibus precamur, consolemur nos ipsos illo ueriss̃imo di-
1. Johan. 5 cto Iohannis: Hæc est fiducia quam habemus ad deum: q̃d cunq; petierimus secundum uolũtatem suam, audit nos.
Galat. 5 Oremus itaq; dominũ, ut gratia spiritus sui inducat nos in uiam ueræ fidei, quæ per dilectionem operatur. Et ut illud facilius impetremus, sic uiuamus, ne simus degeneres & tanto patre indigni filij, sed innocentiam quam in baptismo Christi accepimꝰ, filij dei facti, immaculato corde & corpore conseruemus. Certum enim est, quia si altissimi patris mandata custodierimus, æternæ benedictionis hæreditate remunerabit ille nos, quam iam olim prę parauit nobis per dilectũ filium suum dominum nostrũ

Iesum Christum, qui tecum, ò pater, uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA DE CONditionibus, uirtute & efficacia piæ orationis.

Oportet semper orare & nunquam defice re Lucæ. XVIII.

REm sane præclaram & magnam esse oportet orationem, quæ & deo tantopere placet, & dæmones omnes fugat, propellit ac coercet. Nanque Christus etiam solicite adeo illam docuit & præcepit, atque adeo opere ipso expressit: & quotquot tum in nouo, tum ueteri testamento amici dei habiti sunt, illam excoluerunt, ut qui maxime: totaq; deinceps ecclesia usum orandi sacrosanctum adsumpsit, & in hunc usq; diem retinet. Deinde tam multa & magna uirtute orationis facta sunt miracula, ut mirum dictu sit, quàm eximia res sit oratio: in qua, quisquis pius est, frequentissime, imò semper se exerceat, ut uere Christianus inueniatur. Tu ubiq; uiuam consule scripturam, & uidebis quàm continuus fuerit in orando dominus. dimissa enim turba populi, solus secessit in montem orare, aliâs etiam in desertum. Refert etiam Lucas Christum in montem ascendisse oratum, ibique pernoctasse in oratione. Transfigurans quoq; se coram discipulis, ascenso monte orauit: & dum oraret, trãsformatus est in conspectu illorum. Appropinquante deinceps tempore passionis, secessit in montem Oliueti: & procidens in terram, pronus orauit: Transeat, si uis pater à me calix iste. sicq; dum esset in agonia, prolixius orauit. Cum ergo Christus nullius orationis indigus, tantum in exemplum nostrũ toties orauerit, omnisq; Christi actio nostra sit instructio, merito qlibet Christianꝰ Christi dñi sui insistẽs uestigijs, uitæ illius se ꝙq; cõformẽ exhibeat, sedulòq; obseruet, ꝙ tã multis locis ꝑcepit dñs, & hoc ꝑcipue ꝙd supra adduximꝰ, oportet semporare & nõ deficere.

Matt. 14
Luc. 5. 6
Matth. 17
Luc. 22
Gregoriꝰ.

Super ijs uerbis alijsq; dicendis, ne quicq̃ temere & infrugiferum nobis excidat, spũs sancti gratiã imploraturi, orationem dominicã cõiunctis animi uotis simul oremus, dicentes: Pater noster qui es in cælis &c̃.

EVANGELIVM IOHANNIS XVI. VEL ILlud superius, Lucæ. XI.

VIDE DOMINICAM PROXIME præcedentem, & homilias feriæ III. atq; inde adduc quædam de necessario orationum usu.

HOMILIA I.

MAgnum est re uera charissimi, quod nõ ipse tãtum Christus sedulo orauit, uerum etiam suos orare tum docuit tum præcepit: neq; id absurde, quãdo discipulos quoq; suos præcursor Christi Iohannes orare docuerat. quod hinc patet, quia ad Christũ quẽdam discipulorum uenisse legimus & dixisse: Doce nos orare domine, sicut & discipulos suos Iohãnes docuit. Quid autem ille eos orare iusserit, expressum in scripturis non habemus. Christum tamen euangelistæ testantur docuisse suos orare orationem illam, quæ proinde dominica dicitur: Pater noster qui es &c̃. Tanta etiã diligentia orare ille suos docuit, ut uix aliud sit opus, in quo sedulo adeo nos instituerit. Nã & illud docuit, quid, ubi, qñ, quõ & cur orare debeamus. Itaq; q̃d tam diligenter ille instituit, nos negligenter ne discamus, quando turpe futurum est, si & minus studiose & rarius nos faciamus istud, in quo se ipsum dominus noster & magister tam iugiter exercuit.

Lucę. 11.
Matth. 6
Lucę. 11.

¶ Et hoc est quod ubiq; orationis laudes tantopere extollũt sacræ literæ, ita em̃ de Iob legit, Iob seru⁹ me⁹ ora-

Iob. 42.

bit p uobis. faciem eius ſuſcipiã, ut nõ uobis imputeẽ ſtul titia. Quõ etiam facit illud Sapientis, Nõ impediaris orare ſemper. Et non diſſentit ab eo Thobias, Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere. Sed & Eliachim ſacordos circumſiens omnẽ Iſrael, ſic alloquutus eſt eos: Scitote quoniã exaudiet dominus preces ueſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu domini. Memores eſtote Moyſi ſerui domini, qui Amalech confidentem in uirtute, potẽtia, exercitu, & clypeis & curribus & equitibus ſuis, nõ ferro pugnãdo, ſed ꝓcibus ſanctis orãdo deiecit. Præterea regi⁹ q̃q; propheta Dauid tãtope oratiõis laudes extulit, ut diceret: Voluntatẽ timentiũ ſe faciet dñs, deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Et in alio loco: Orabo ad te, mane exaudies uocem meam.

Eccl. 18
Thob. 12
Judit. 4.
Exodi. 17
Pſal. 144
Pſalm. 5.

¶ Quoties autẽ nos orare iuſſerit dominus, multis locis teſtantur euãgeliſtæ. Sic enim apud Matthæum legimus: Videte, uigilate & orate, quoniã neſcitis quando tempus ſit futurum. Apud Lucam dixit illud, unde exorſi ſumus primum: Oportet ſemper orare & nunquam deficere. Et inde, Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Et infrà, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus eſt, caro autem infirma. Petrus quoq; unanimes nos eſſe iubet in oratione, & uigilare in eadem, idq; adeo in ſpiritu & ueritate. Et Paulus ſic ait: Sẽper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. hæc eſt enim uoluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus uobis. atq; iterum, Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones ueſtræ innoteſcant apud deum. Et ad Timotheum: Volo uiros orare in omni loco, leuãres puras manus ſine ira & diſceptatione. Sic Iacobus etiam de oratione multa ſcribit, & ſedulam cuiuſq; iuſti plurimum cõmendat, atq; ea omnia exemplo Eliæ confirmat. Quod ſi igitur tantopere in nouo ſimul & ueteri teſtamento nõ tantum commendatur, ſed & præcipitur oratio, uſuſq; illius declaratur, quiſq; pro ſe uideat, quanta tum diligenta tum pietate deum ſedulo precari debeat.

Matth. 13.
Luc. 18
Luc. 21.
1. Petri. 4
1. Theſ. 5
Philip. 4.
1. Tim. 2
Jacobi. 5.

2. Neq; uero uerbis tantum, sed opere ipso ab omnibus amicis dei orationis euidentia est comprobata. Et mitto hic quidem breuitatis studio illos, qui in ueteri testamento deum deprecati sunt, Abraamum alios q; patriarchas. Taceo Moysen, Dauidē, Salomonem, Manassem, Danielem &c. Neq; in nouo testamento Annam commemoro uiduam, & Mariam matrē Christi, alios q; q unanimiter omnes perseuerantes erant in orationibus. Petrū tacere non possum, cuius exemplum summopere placet, quoniam certis temporibus in penetralia ædium secedebat oraturus. huiusmodi rebus abundant omnes penè de omnium sanctorum uitis historiæ.

Luæ.2. Actuū.1.4

Cum primis uero ad precandi sedulitatē moueant nos immensi fructus orationis, quos omnes hic commemorare nimis lōgum esset: tantum hoc pro confesso ponimus, longe & plurimas & maximas esse orationis utilitates, quoniam omnes sancti in quibuscunq; aduersitatibus suis ad deum sese conuerterunt precibus pñs. Quid quod ingruere nihil potest tam durum aut arduum, ad quod sancta non faciat oratio? siue enim bella irruant, siue annonæ caritas, siue fames, siue pestis, siue incendia, siue tempestas, siue quodcunq; aliud mali genus, aduersus omnia ea oratio prēsentaneum est remedium: quia in omnibus istis dicimus, Quū ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Ecce orauit Elias dominum, & non pluit toto triennio: rursus orauit, & pluit. Orauit etiā Iosue, & stetit sol, ut posset persequi inimicos suos. Anna sterilis orauit deū, & statim imprægnata peperit Samuelem. Amalech pugnauit cum Iudæis, & uicit. orāte autem Moyse, manus q; suas eleuante ad deum, prævaluerūt Israelitæ. Iezechiæ denunciārat iam mortem propheta Isaias, uerū ille nil motus isto uaticinio, deprecatus est dominū, & adiecti sunt uitæ suæ anni quindecim. Præterea irruente rege Senacherib in terram Iudæorū cum manu forti, rex Iezechias ascendens in templum, orare cœpit dominum, & exauditus est: statim q; per angelum de exercitu Sēnacherib cæsa sunt centum octogintaquinq; millia hominum. Sic quoq; si per singulas scripturæ sacræ, & omnium sanctorum uitæ curramus historias, inuenimus tantam orationis effi-

2.par.20. 3.Reg.7 Iosuę.10 1.Reg.1. Exodi.17 4.Reg.29 4.Reg.19

caclam.ut dicere posſemus facile omnipotentem esse illã, per quam mire adeo deus operatur. Ne iraq; uos illam auxiliatricem tantam in neceſſitatibus uestris cõtemnatis, ſed quicquid uobis aduerſum, durum, graue, periculoſum acciderit, ſtatim ad deum currite, clamate, & orando perſeuerate: neq; deſeret ille uos, iuxta illud Iudæ Machabæi: Clamemus nunc in cælum, & miſerebitur noſtri deus noſter. ſæpius enim ille expertus eſt magnam orationis uirtutem, qui aduerſus Timotheũ quoq; pugnans, clamantibus ad dominum Iudæis, triumphauit. Notatu dignũ eſt, q̃d legit S. Martinũ in mortẽ uſq; inuictum ab oratiõe ſpm̃ nõ relaxaſſe. Perinde pulchrũ ẽ, quod ſanctꝰ Paulus eremita iã defunctꝰ, à S. Antonio inuentus eſt in arborem declinans, aperto adhuc ex oratione ore, expanſiſq; in cælum manibus, ut dubium nõ ſit, illum adhuc orãtem ſimul cum oratione ſpiritum deo tradidiſſe. O felicẽ, ò ſanctam, ò pulcherimam mortem, orationi immori, ſicut & Chriſtus in cruce mortuus eſt, patri cõmendans ſpiritum, totumq; Pſalmum perorans. Ecce autẽ tu quoq; oratione baptizaris, oratione ſepeliris, oratione dum uiuus, ſuſtẽtaris. ideo enim coram morituris oramus, ut ſic omnes moriantur ad exemplum Chriſti quàm proxime accedentes, omniumq; fidelium animæ piarum precum aliꝫs adiutæ, quamprimum euolent in cælum: unde plus ille & ſanctus promanauit uſus, ut etiam coram defunctis Pſalterium decantetur.

1. Mac. 4
1. Mach. 5
S. Martin.
S. Paulꝰ.
Pſalm. 22
Lucę. 23.

3. Neq; paruo hoc nobis eſſe ſolatio debet, quod preces noſtras nõ ipſi tantum, ſed & nomine noſtro ſancti angeli offerunt deo. Creditote igitur uobis iam per iſtos rogationum dies orantibus angelos dei adſiſtere, ueſtrasq; preces offerre in ſublime altare maieſtatis diuinæ. Sic angelus dixit ad Thobiã: Quãdo tu cum lachrymis orabas, & mortuos ſepeliebas, ego oratioẽs tuas obtuli domino. Sic Iohannes inter cætera uidit 24. ſeniores habentes phialas aureas, plenas odoramẽtis, quę ſunt oratioẽs ſanctorum. Sic Danieli p̃ces ſuas angelus obtulit domino. Quæ nunc quoq; peculiaris eſt lætitia & exultatio angelo tuo, cui cuſtodia tui demandata eſt, ut quicquid uel oras uel cæterorum bonorum facis, ille offerat in conſpectu domini, non ſecus quàm CHRISTVS eccleſiæ ſuæ preces ſe

Thob. 12
Apoc. 5.
Danic. 10.

dulo offert deo patri. Quòd si autem hoc in singulorum hominum priuata oratione euenit, quanto magis in illa communi & publica precatione totius ecclesiæ, quam ministri ipsius exoluunt sacerdotes? neque enim illi horas suas sibi tantum perorant, sed pro catholica ecclesia. Adeo magni refert, si quis sacerdos, maximè uero animarum curator horas suas negligit: sicq; non se tantum, sed subditos omnes, totamq; adeo ecclesiam priuat cõmodis orationis suæ. Necq; me interim latet communem orationem dici, quæ ab uniuersali congregatione alicuius ecclesiæ (sicut nunc per dies rogationum) fit, siue dum sanctis diebus conuenimus ad preces mutuas & publicas. Quæ tamen nunc, proch dolor, negligenter in ecclesia exercentur: dum plerique aut nõ conueniunt, aut ad primum aspectum, uelut lupo uiso, resiliũt: aut si qui sunt, qui ad tẽpus manẽr, sunt tñ ñ pauciſſimi, isti uel blaterãt, uel in utrãq; dormientes aurẽ, stertũt profundum. Vt itaq; illius etiam rei rõnem habeatis & modũ, quando hæc nõ parua Christianæ disciplinæ pars est, atq; ut non per hoc triduũ tantum, sed omnibus etiam alijs diebus festis tales uos exhibeatis quales oportet, en id omne quàm pauciſſimis uobis expediam.

¶ Et primum quidem omnium, orationẽ illã qua Christus sancte usus est, non decet quẽquam negligenter absoluere, eo quòd istam Paulus quoq; serio docuit, ecclesiæ martyrum sedulo obseruauit: & tota deinceps iam inde à temporibus apostolorũ ecclesia catholica in missa, & alijs sanctis ritibus cõstãter retinuit ad hæc nostra sæcula usq;. Christum autem ea usum esse testatur Iohannes, qui post illum prolixum & magnificum sermonem, quem discipulis suis habuit iamiam abiturus in supplicium mortis, ita serio & grauiter orare cœpit, ut oratio illa exẽplum esse merito debeat, & forma orandi totius ecclesiæ. Hinc fluit etiam quod ad finem sermonis semper orare debemus, sequentes in hoc uestigia Christi. Singula porro illius orationis membra prosequi nimis longum foret, quia illam toto capite 17. descripsit Iohannes, sicq; exordiatur: Subleuatis oculis in cælum, dixit. Vnde colligitur quo quamq; decenti gestu fieri debeat oratio, ne rudis ea

Iohan. 17
Iohan. 14
15. & 16

Et nimium, sed honesta, sed pia, sed huiusmodi quæ aliorum etiam moueat adfectus: quia sicut hic CHRISTVS, ita Stephanus quoque oraturus intendens in cælum, uidit maiestatem dei. Sic etiam Susanna dum ad lapides duceretur, quibus iãiã obruenda erat, flens suspexit in cælũ, quoniam fiduciam habebat in domino. Sanctus Martinus iam extremo confectus, oculis tamen & manibus in cælũ erat semper intentus, dum orabat. Et pium itaq; est & honestum, uirum orare uolentem, aperto capite esse, iuxta illam Pauli doctrinam: Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. non ergo debet uir uelare caput suum, quia imago & gloria dei est. Sancta quoq; & pia obseruatio est, genua flectere dum oras. idem & Christus fecit, flexis genubus orans, aliâs etiã in facie prolapsus, in terrã usq;, ut ait Marcus. Sed & ad Christum penè quotquot uenere, in terram prociderunt, ut Petrus à piscatu, & ille qui lunaticum adducebat, leprosus apud Marcum. Paulus quoque, ut ipse testatur, inquiens: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi. per propheram quoque dicit dominus, Mihi curuabitur omne genu. sed & Daniel in singulos dies ter genua flectebat in oratione sua ad deum & ciuitatem sanctam Ierusalem. similiter & Petrus dum oraret. Neq; male decet orationem piam pulsus pectoris. quo nomine publicanum commendat dominus, quod ille etiam reueritus oculos in cælum tollere, tantum tũdens pectus, dixerit: Deus, propitius esto mihi peccatori. Sic qui Christum in cruce morientem uidebant, tundebant pectora sua. Eò pertinet extensio manuum uel in altum, uel in modum crucis super terram: quoniam huiusmodi gestus omnes animum incendunt, & affectum simul cũ corpore erigunt in deum, humilitatem parunt, qua uel maxime mouetur deus, & ad exaudiendum redditur facilior. Sic Paulus uult uiros orare in omni loco, & leuare puras manus ad deum. Neq; aliter fecere Iudæi coram Esdra, eleuantes enim manus suas, prociderunt in terram, & adorauerunt dominum. Esdras quoq; ipse, extensis ad deum manibus, orauit. Eodem pertinet istud Dauidicum: In nomine tuo leuabo manus meas. & iterũ illud, Dñe, ad te cla

Actuũ. 7.
Danie. 13.
Chrysost.
1. Corin. 11
Luce. 12
Matth. 26
Marci. 14
Luce 5
Matth. 17
Ephe. 3.
Isaie. 45
Daniel. 6.
Actuũ. 9
Luce. 18
Luce. 23
1. Tim. 2
3. Esd. 9
1. Esd. 9
Psalm. 62.
Psalm. 87

maui, tota die extendi ad te manus meas. In hunc modum
sacerdotes, totúsque populus, mulieres & uirgines eleua-
Matth.26 bant faciem suam in cælum, & adorabant deum in cælis.
Iudit.9 CHRISTVS quoque orans procidit in faciem suam. simi-
Lucę.8 liter & Iudith, & mulier quæ tetigit fimbriam uestimen-
Johan.9 ti dominici, & cæcus cui uisum CHRISTVS restituit, le-
Lucę.3 prosus quoque & complures alij. Atque hæc omnia proli
xius paulo uobis libuit narrare, de externo gestu in ora-
tione seruando, quem neochristiani, ut alia pleraque, im-
merito cõtemnunt, contra tam aperta sacræ scripturæ te
stimonia, contra apostolos, ipsúmque adeo CHRISTVM
dominum. Vos autem ut uere catholici & Christiani ho
mines, nolite tam sacras ceremonias ꝓpter impuras hæ-
reticorum calumnias intermittere. Quin potius CHRI
STVM sequimini & sanctos illius amicos, quàm hæreti-
cos istos. Quisquis uestrum, uelut uni sibi ꝓprie dictum,
credat illud: Exemplum dedi uobis, ut sicut ego feci, ita
& uos faciatis. Ita nos CHRISTVS adiuuet ad cõsequen-
dam uitam æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA DE IMMEN
sa uirtute orationis.

*Oportet semper orare, & nunquam de
ficere, Lucæ XVIII.*

VT magis ad publica hæc & annua rogationũ suf-
fragia moueamini, charissimi, dixi superius id-
ipsum à CHRISTO, apostolis & uniuersa deniq;
usurpatum esse ecclesia: ubi abduxit quidem nos à cœpta
uia paululum Iohannes, dum eleuatis primum oculis o-
rasse Christum refert: sed tamẽ salutaris hic nobis fuit ex
cursus, quoniam sic inamplissimũ scripturarum campum
deducti sumus, simulq; contemplari quãtum externi istí
in orando gestus, orantem deceant & ornent. Nunc uero
obseruatis quidem ijs, non penitus tamen intermittamus
quod primum statim dicere cœpimus: quin potiꝰ ad insti-
tutum, unde paulisper digressi sumus, reuertamur: dica-

musq; Christum post ultimum illum suum sermonem, generalem fecisse orationem ea mauritate, tanto serio, ut uix unquam antea. primum enim grauiter ꝓ se ipso, deinde pro apostolis, mox & pro fidelibus, tandem pro electis omnibus patrem suũ deprecatus est. & principio ꝓ se sic orditur: Pater, uenit hora, clarifica filium tuũ. pro apostolis autem orans, ait: Pro ijs quoque rogo, quos dedisti mihi, pater itaq; sancte serua eos, quia tui sunt: serua inquam eos in nomine tuo. Et pro fidelibus omnibus: Non pro eis rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per uerbum eorũ in me. Et pro electis omnibus orat illud: Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Plurimis hæc omnia uerbis loquutus est dominus, sed ijs paucis inductis sumus contenti. Quũq; sic orasset, exauditus utiq; est, ut ait Paulus, pro sua reuerentia. Orauit ergo tã multis dominus, partim ad eruditionem nostram, partim necessitatis nostræ gratia. Et poterat utique dominus, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere uoluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis: quoniam tanti magistri non solũ apud ipsos sermocinatio, sed etiam ipsius pro nobis ad patrem oratio, discipulorum est ędificatio. siquidem eadem deinceps orandi forma usi sunt apostoli, ut ex Paulo patet, ad Timotheum sic scribente: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Ecce quàm præclare hic Paulus docet simul ac præcepit orationem illam publicam pro magistratibus & omnibus in uniuersum hominibus. Id etiam deinceps semper obseruauit ecclesia, iam olim quoque tempore martyrum, sicut ex Tertulliano patet in Apologetico aduersus gẽtes: Nos pro salute Imperatorum deum uocamus æternum, illuc suspicientes Chtistiani manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia nõ erubescimus: denique sine monitore, quia de pectore oramus: precantes sumus omnes pro omnibus Imperatoribus: uitam illis prolixam, imperium

Johan. 17.

Heb. 5.

Augu. sup Johan. 17.

1. Timo. 2

Tertul. cap. 30

ſecurum, domum turam, exercitus fortes, ſenatum fidelē, populum probum, orbem quietum, & quæcūq; hominis & Cæſaris uota ſunt. Ad Scapulam quoq; dicit, Chriſtianus ſciens Imperatorem à deo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat & reuereatur, & honoret, & ſaluum uelit, cum toto Romano Imperio, quouſq; ſeculum ſtabit, tam diu etiam ſtabit. Hoc eſt quod in canone miſſæ orat ſacerdos, & dicit: In primis quæ tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica. Hoc etiam eſt, quod Paulus ait orare nos pro omnibus hominibus, hoc eſt, pro eccleſia catholica, deinde ſacerdos pro Papa orat, mox pro Imperatore ſeu rege: & priusquidem pro Pontifice ſummo, eo quod ſacerdotium antiquius eſt regno & imperio. illud enim inſtitutum eſt Exodi 28. & 29. regia uero maieſtas longe poſt, ſicut in Deuteronomio & regnorum hiſtoria ſcribitur: præterquā quod illud etiam dignius & honeſtius eſt, quia quod minus eſt, à meliori benedicitur. quādo igitur à pōtifice ſummo Imperator coronatur & benedicitur, cōſtat illum hoceſſe maiorem. Ad eundem modum omnes reges benedici ſolent ab eccleſiaſticis, uelut rex Galliæ ab archiepiſcopo Remēſi, rex Angliæ ab archiepiſcopo Cāturiēſi, rex Hiſpaniæ ab archiepiſcopo Toletano, rex Polon⁹ ab archiepiſcopo Gretzēſi, rex Hūgariæ ab archiepiſcopo Strigoniēſi, rex Portugalliæ ab archiepiſcopo Vlysbonæ &c. Quo nomine etiā rex Boemiæ Iohānes, diœceſim Pragenſem erigi curauit in archiepiſcopatum, qui prius ad Mogūtinenſem pertinebat, ut ſic & ipſe archiepiſcopum haberet, qui ſe coronaret, neq; alio indigeret commodatio. Quoniā nuſquā inuenio alium ab archiepiſcopo poſſe regem uel ungere uel coronare. Atq; ideo non temere Papa ante regem ſeu Imperatorem in canōe numeratur.

Exodi. 28. 29. Deute. 17. 1. Reg. 8 Heb. 7.

Vſus quoq; cōmunis obtinet, publice poſt concionem, & nonnunquam ſub miſſa, orare pro magiſtratu tam ſpirituali quàm tēporali, pro tota prouincia, pro oīibus tribulatis, pro fidelibus defunctis, pro iugi pace, pro fruſtibus terræ &c. Quod quum etiam à Chriſto deſcendat & Paulo, uniuerſa'q; totius eccleſiæ conſuetudine, nos quoq; illum laudatiſſimum ſane orandi morem negligere non decet, ſed ſummo animi adfectu abſoluere, ut ſic deo pla-

centes, nostram quoq; salutem promoueamus. siquidem si humiliantis se oratio etiam nubes penetrat, quomodo non tot hominum constans precatio sublimia cælorum trãsibit, maxime cum ad eam perficiendam homines diebus festis cõueniant? Qd si nõ fieret, ubi implebit illud preceptum Pauli iubentis pro omnibus hominibus, rege & cunctis magistratibus nos orare? Nolite igitur charissimi arbitrari, audita missa die sancto, uos ex præscripto oĩbus satisfeciſſe: quin magis communibus ecclesiæ precibus adeste, uestris'q; orationibus coniunctis'q; suffragiis aliorum uota iuuate & promouete. Eccl. 35. 1. Tim. 2.

2. ¶ Quid quòd præcipuus quidam dei cultus hic est, & iuxta Chrysostomum ueluti census peculiaris quem damus deo de anima nostra, pro quo exoluẽdo excusare se nemo potest? sicut in eleemosyna danda de paupertate, in ieiunijs de corporis imbecillitate quis excusare se potest, nõ sic in orando, quoniam in cuiusq; potestate libera consistit oratio, secundum Dauidem qui dicit: Apud me oratio deo uitæ meæ. Quilibet igitur in omnibus aduersitatibus suis omnem cõfidentiam & spem ponat in deo; inde auxilium & opem requirat, quoniam deus cum singulis animalibus singula dedisset arma (sic enim Dente timet aper, defendunt cornua ceruum: sic equus calcibus, taurus cornibus, canis morsu, unguibus accipiter se defendit) imbelles homines, nudos & miseros uidemus nasci; id'q; eo factum esse constat, quatenus illi in deum confiderent tantũ, ipsius'q; opem in omnibus implorarent. Dices, Quando omnia nouit deus, neq; propositum muter (ipse enim dixit, Ego deus, & non mutor) quæ uirtus, quis locus erit orationi? Respõdeo, neq; nego immutabilem eẽ & deum & diuinam uoluntatem, sed tamen dico deũ oratione nostra nihil immutari, tantum enim cum oramus, impetrare cupimus apud deum, ut quod præuidit aeterno, per preces nostras dare nobis uelit: sic quoq; proprie loquendo, deus etiam pœnitentia nõ flectitur: & tamen unusquisq; interim deum orat, quod se ille per preces daturum ordinauit. Et quid si nõnulli ita sint diuinitus ad uitam prædestinati, ut illam nõ nisi nostris precibus acq-rant? Quid multa? quisquis mediũ istud impetrandæ salu Chrysost. Psalm. 41 Malac. 3. 1. Reg. 5. Augustin.

tis contemnit à deo sibi præscriptum, adfinem quoq; non pertinget: sicut e diuerso Niniuitæ, quia mediũ illud per pœnitentiam susceperunt, se simul & ciuitatem suam seruauerunt. Sic quamuis mortem Iezechiæ certo prædixerat Isaias, ille tamẽ quia medium hoc orationis adripuit, meruit uitæ suæ prorogationem. In promptu omnium est causa: Quoniam deus non opus tantum definit, sed & causas & media & ordinem illius prœuidet, & quomodo ad operis executionem peruenire tandem queat. Sic Gregorius, Ipsa, inquit, perennis regni prædestinatio, ita est ab omnipotẽte deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Non igitur dum oramus, proprie loquendo, mutare uoluntatem dei cupimus: sed tantum quod ab æterno daturum se nobis prœuidit, precibus nostris impetrare conamur. sicq; intelligendum est quod canit ecclesia: Ploremus ante dominum, flectamus iram uindicem. Et quia sic omnia pulchro digessit ordine deus, ut supplicationibus & orationibus quæ petimus bona impetremus, instemus fortiter neq; defatigemur. Quis enim scit an plura quã petimus, deus prœuiderit se propter orationem nostram nobis daturum? Vere enim ille est, qui dat omnibus affluenter.

Isa. 38

Grego.

Iacobi. 1.

3. ¶ Quæres autem, an quæ uoce & ore fit precatio, necessaria sit, cum dicat dominus, Orãtes nolite multum loqui sicut gentes. Ad hoc rñsurus, dico: Nõ solo corde, sed etiam ore precari, quodam in loco necessariũ est, in quodam utile, in alio plane nociuum.

Matt. 6.

1. ¶ Operæprecium est personas publicas, ut parochos & omnes sacerdotes non obiter tantum transire, sed articulatim singulas horas suas perorare, ex canone, quo præcipitur sacerdotes persoluere debere horas canonicas: ita tamen, ut horis competentibus iuxta possibilitatem aut à se aut scholaribus publice compleantur. Idem quoq; necessarium est illi, qui uel orationem aliquam uouerit, uel ex pœnitentia sibi iniunctam habuerit. ibi enim ut quisque certus sit se debito satisfeciſſe, operæprecium est orationem uoce complere. Sic Dauid: Clamaui, inquit, & dominus exaudiuit me de monte sancto suo. Neq; dubium est,

c. dolentes c. presbit. de cenſſa.

Psal. 3.

Christum, cum orādi formam præscriberet apostolis, uo- Matt.6.
luisse eos orationem illam ore exprimere, nec animo tan-
tū leuiter cogitare. Sic Dauid cecinit: Effundo ante faciē Psal.141.
suam orationem meam, & tribulationem meam ante
ipsum pronūcio. Sin autem quis pro se tantum orer, neq;
ut minister ecclesiæ, neq; ex uoto, neq; pœnitentiæ præ-
scripto, potest quis uel ore uel corde orare: quamuis mul- 1.
tis de causis præstat interdum uoce precari, quarū prima
hæc est, quod uerbis elanguescens animi feruor excitatur
magis ad timendum & diligendum deum. unde fit ut qui
aridi sunt nimium, imbecilles & carnales, dormitantē ani
mam excitare cogantur à torpore & grauedine: id'q; tan
tum lingua & uoce sonantiore, dum deum appellant iam
optimum maximum, iā uiuentem, iam misericordē, iam
tremendum, aliâs iudicem uiuorum & mortuorū. huius-
modi enim uerbis languens animi spiritus, exurgit uelut
experrectus ex longa molestia & fastidio rerum cæle-
stium.

¶ Deinde ratio quoq; suadet & reuerentia dictat, deum 2.
non minus ore & lingua, quām corde & animo colere, lau-
dare, prædicare. siquidem cum homo ex corpore & ani-
ma constet, se merito totum debet impendere deo & of-
ferre, eo quod naturalis ista corporis & animæ copula fa-
cit, ut utraq; illa hominis pars mutuo adiuta officio pos-
sit ore altera, & altera corde colere deum, non aliter ac
ille fecit qui dixit: Lętatum est cor meum, & exultauit lin Psal.15.
gua mea.

¶ His accedit, quod per uerba quæ quis eloquitur ore, 3.
se astringit & ab omni uagatiōe externa facilius coercet.
intentus enim animus ijs quæ lingua effatur, non euaga-
tur alio, qui aliâs omni uento inconstantior huc illuc fer-
retur, quocunq; ipsum cogitationum auræ impellerent,
maxime cum nihil fit in mundo, quod uelocitatē men-
tis exuperet, iuxta illud Sapientis: Multæ sunt cogitatio Proue.19.
nes in corde uiri, uoluntas aūt dei manet in ęternū. quę eti
am causa ē, cur multi pij sacerdotes psalmos etiā q̄s memo
riter tenēt, ex libris orāt, ne euagēt animo. Neq; latuit hu
iusmodi oratio Oseā, pphetā, cū ad ipam respexerit, dicēs: Ose.vlt.
Tollite uobiscū uerba, & conuertimini ad dūm. Omnē au

fer iniquitatem,& accipe bonum,& reddemus uitulos labiorum noſtrorum.uituli illi ſunt orationes.Obiicies aũe
Matth.6. illud uerbum Chriſti, Orantes nolite multum loqui. Ad id reſpõdeo, nõ abſolute Chriſtum hic in orando prohibuiſſe multiloquium, ſed iſtud ethnicum tantum. gentes ſiquidem putabant deum nõ omnia noſſe,ac proinde oratione poſſe mutari,ideoq; nõ niſi elegantiſſime & quàm elaboratiſſima oratione illum adoriebantur.Quem errorem ut excluderet dominus, dicit deinceps: Putant enim ſe in multiloquo ſuo exaudiri.& ne arbitraremur nos oratiõe noſtra quicquam ſignificare deo, quod neſcierat antea,ſequitur: Ne efficiamini ſimiles illis, quia pater ue-
Matth.6. ſter cæleſtis ſcit, quibus opus habeatis antequam petatis. Neq; tamen inficias imus, quod ſi quis ſentiat maiorẽ in ſe adfectum pietatis, ſi ſolo animo oret,quoniam ſic orare debeat ut Anna, quę motis tantũ labiis orabat in corde,
1.Reg.1. cum uox interim nulla exaudiretur. Et quòd multiloquium gentium damnârit dominus,teſtatur Auguſtinus,di-
Augu.li. 2.de ſer. domini in monte. cens: Et reuera omne multiloquium à gẽtibus uenit, qui exercẽdę linguæ potius quàm mundãdo animo dant operam, ut hoc nugatorĩ ſtudĩ genus etiam ad deum precem fundendum transferre conentur,arbitrantes,ſicut hominem iudicem,uerbis adduci in ſententiam. Et ad Probã quoq; epiſtola uiceſima prima, Ideo per certa intervalla horarum & temporum etiam uerbis rogamus deum,ut illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantum in hoc deſiderio profecerimus, nobiſmetipſis innoteſcamus, & ad hoc agendum noſipſos acrius excitemus Ecce tria operatur uocalis oratio, admonet nos, certos q̃q; facit de incremento pietatis,& excitat acrius ad omnẽ boni operis profectum. Oremus dominum &c.

HOMILIA TERTIA DE EFFICACIA ORATIONIS.

VEre magnus dei cultus eſt oratio pia, quam pro ſe quiſque exhibere deo,ut poteſt,ita debet maxime:illa tamen ut ſit grata deo,attẽtione indiget,

quæ uelut anima quædam est orationis, adeo ut sine illa omnis precatio uirtute & efficacia sua careat. Quamobrē mortuam huiusmodi orationem respuit dominus, dicens per propheram: Populus iste ore suo & labijs glorificat me, cor autem eius longe est à me. Neq; audit deus orationem, cui ipse qui orat, non attendit. Quò pertinet illud Bernardi: Qui aliud cogitat, perdit ueritatem & utilitatē orationis. & item istud Sapientis, Nō impediaris semper orare, & ante orationem præpara animam tuam. quę sane præparatio aliud non est, quàm ut homo animam suam, omnem cogitationem intendat ad id quod orat, ne oratio illa sit patens uanis cogitationibus. Cuiusmodi prę paratoria uox est sacerdotis in missa ante eleuationem ex clamantis, Sursum corda: respondente choro siue ministro, Habemus ad dominū. Flectamus itaq; charissimi cor da animo'q; nostros ad dominum, dumq; stamus ad orationem, ait Chrysostomus, uigilemus & incumbamus ad preces nostras toto corde, procul hinc recedat cogitatio lasciuiens, procul inde pruritus cōcupiscētiæ. Vnde & Augustinus, Scitote, inquit, non esse uoces ad aures dei, nisi animi adfectu. Dices autē, fieri nō posse, ut sic animo tuo ultra omnia mundana transcēdas ad cælestia, usq; uenire tibi quod rustico cōtigit, cui cum Sanctus Bernardus mulam promisisset, dummodo semel orationem dominicā citra ullum incidēs obstaculum peroraret, audaculus iste conatus est oratione tantula emereri mulam, sed uix dum tribus uerbis absolutis, interrupit orationē, & dixit: Etiā ephippia mihi pater cum mula donabis? sic'q; stolidus iste oratione simul sua & mula excidit. Itaq; ut inde quisq; se expeditius euoluere queat, pauca subnotabimus.

Isaię. 29 Gregor. Bernar. Eccl. 18 Hieron. Chrysost. Augustin. Rusticus. S. Bern.

1. ¶ Pro cōfesso habemus intentionem esse triplicem: actualem unam, qua quis iam attendit actui: uirtualem alteram, qua prioris illius uirtute quis opus aggreditur: & habitualem tertiam, quæ in animo residet, ex multa consuetudine nata. Vt si iam incipiens orare dominicā orationem, uerba ipsa intentus cōsiderem, intentionem habeo actualem. Deinde si progrediens orando, interim aliud quoq;, nescio quid incidens cogito: & tamē ab oratione non desisto, uirtualem habeo intentionem: quoniam

prioris illius, qua orare cœpi, intentionis uirtute pergo ad finem usque orare. Habitualis autem intentio, ex prioribus actionibus & lõgo usu nata, in animo quiescit, qua apta mens efficitur, ut quum uelit, possit simile opus exercere. Atqui iam dudum audire mihi uideor quendam reclamantem, difficiliora hæc esse quàm ut intelligat. Age age, paulo clarius adhuc idẽ hoc tibi expediamus, ne obscuritatem calumnieris. Quemadmodum in fundendis formandisq; candelis, quum primum filum intingis in seuum, parum seui ei adhæret, & quo dehinc sæpius intingis, hoc plus accedit de seuo usque quo fiat candela: ita in proposito si quid primum discis & leuiter exprimis forte semel, aliquid sane illius tum statim remanet in anima; si repetas identidem, & subinde ingemines, fiet tandem ut quod tam diu didiceris, etiam scias. ipsum autem scire perficitur ex ijs, quæ subinde alia ex alijs in anima adhæserunt & remanserunt: quæ quàm diu animæ insident, tam diu etiam scis illud quod didicisti, siue dormias, siue uigiles. Et hoc est quod de habituali intentione diximus in anima residente, quæ ex consuetudine nata est, cuius beneficio & uirtute uirtualem intentiõem, quum uolumus, habere possumus.

Intentio uirtualis.

¶ De uirtuali intentione hoc tibi exemplum sume: Si quis animum inducat Aquisgranum aut Coloniã uersus proficisci, domi statim instituit se Coloniam profecturũ; cuius instituti uigore abit ille Coloniam, neq; tamẽ in uia interim semper Coloniam tantũ cogitat & meditatur, sed nunc de uiarum diuerticulis & erroribus, nunc de diuersorio, aliâs de cibo & potu cogitat: & tamen uirtute primi propositi sic abit Coloniam usq;, in uia interim nihil minus quàm Coloniam semper cogitans. Et sicut in ratione propositi, ita in materia nostra intentionum se res habet.

Suil. par.

Neq; dissimile multum est in eo, qui ad scopum propositũ tacere quicquam uel lapidem uult promouere. is enim non admodum memor eorum quæ in medio sunt, solũ attendit scopum quem cupit attingere, & quamuis id ita faciat, nihilominus tamen uirtute iactus quem facit, etiam medium interpositum penetrat, quamuis illud non admodũ intenderat.

At iam diu quæres quæ nã tibi in oratione neceſſaria ſit intentio. Audi, & quidem pauciſſimis. Ad hanc rem tantã non eſt quod putes ſolam tibi ſufficere habitualẽ, quæ etiã dormienti tibi adeſt, & per omnem uitam non deficit, quã diu orare ſcueris. Porro actualis intẽtio in exordio quidẽ orationis neceſſaria eſt, in progreſſu illius nõ item: ſed uirtualis intentio neceſſario ſemper requiritur, eaq; ſuffi cit, ut cum incipis orare precationem dominicam, & ab initio ſtatim propoſitum tuum obſeruas, uelle te illã ora re, ſicq; uigore iſtius inſtituti tui dum pergis orando, dũ etiam ſi ſingula uerba (quæ tamen obſeruare intento ani mo utile fuerit) non animaduerteris, attamen & oratio il la tibi prodeſt: neq; interim ipſi in ſe quicq; decedit, ſi fragilitatis humanæ uiolentia cogitationes obiter inciden tes admiſiſti: neq; teneris orationem illam denuo repetere, quam ſic uel ex debito, uel uoto, uel iniũcta pœnitentia & ſatisfactione peroraſti.

2. ¶ Et ecce hic tibi euidens immenſæ miſericordiæ dei argumentum, ut qui agnoſcit imbecillitatem noſtram, & animi ægritudinẽ ex iſto inueterato peccato Adæ con tractam, eamq; rantam, ut nequeamus proh dolor, cohibere animum & cogitationes ad tantillum ſpatium temporis, quo ſemel orationem dominicam perorare liceret. Vt recte dixerit Dauid: Vniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Vſq; adeo mitiſſimus dominus compatitur nobis, ut nolit in oratione noſtra urgere nos ad actualem intentionem, non ignarus nunquam nos in eodem permanere ſtatu, ſicq; uirtualem tantum intentionem à nobis exigit. Vnum tamen eſt quod adiecerim, puta intentionem uirtualem ſic demum ſufficere, ut interim nemo ſe ultro in uagabundas dedat cogitatiões: quod ſi fieret, tuq; orare incipiens, tua ſpõte alienas tibi moueres cogitationes, nõ tantum intentioni iſti tuæ uirtuali uirtus omnis decederet & fructus, ſed idipſum quoque tibi computaretur in peccatum, dicente Baſilio: Diuinum auxilium implorandum eſt, non tantum remiſſe, nec mente hac atque illac uagante, eo quod talis non tantum nõ impetrat q̃d appetit, ſed magis irritat deum. Eo uſq; autẽ cauere debem⁹, ne temere cogitatiões uanas admittam⁹ in oratione, Pſal. 38. Baſiliꝰ.

Hugo de S. Victo. ut etiam si cum orationem fundimus, aliud quàm quod li cet in corde uersemus, etiam si illud bonum sit, à culpa ta men liberi non simus. Quamprimũ igitur homo animũ suum uiderit pereg rinari uelle, reuocet ad intentionem

Basilius. orationis, neq; sic alia ex aliis cogitare pergat. Sic Basilius inqt: Si tantũ debilitatus à peccato fixe nequis orare, quãtumcũq; potes teipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo quòd nõ ex negligentia, sed ex necessitate nõ potes adsistere co ram deo. Sin uero quis ultro uagari animo uellet, quantumcunq; sic oraret, ingratum esset deo, qui per prophe-

Isaię. 1 tam hoc modo multiplicantes orationes suas se non exauditurum minatus est. Aut non te pudeat cum principe tuo loqui summa cum attentione omnium etiam uerborum, & cum deo rem tuam agere tam uagabundis cogitationibus, ut ipse te non intelligas loquentem? En tibi

Gene. 18 Abraamum, quàm obseruabat ille singula cũ deo loquẽs. sic enim de se ipso dicebat: Egó ne loquar ad deum meũ,

Eccl. 28 cum cinis sim & puluis? Et Sapiẽs nõ absurda usus est similitudine, dicens: Secundum ligna syluæ sic ignis exardescet. quoniam omnino secũdum præparationem intenti onem'q; tuam accendetur in te ignis diuini amoris. Quisquis igitur oraturus est, curet prius, ut animo sit bene cõ firmato, & cogitationibus refrenatis, tantum meminerit quid & quare sit deum oraturus, & quid se speret oratione sua impetraturũ. Dehinc etsi animus illius inuito eo, aliorsum rapiatur ad alienas cogitationes, nõ ita nocebunt ei, dummodo pro uiribus excludat, ubi primum obseruârit, & manebit orationi meritum suum.

3. ¶ O autem immensam adhuc & infinitam misericordiam dei, qui nõ eo nos urget ad strictam intentionẽ, quominus amplam etiamnum nobis semitam relinquat. potest enim homo inter orandum triplicem habere intentionem, uerborum, sensus & finis. prima illa bona est, altera melior, postrema hæc optima. Verborum tamen nõ nimia habenda est intentio, ne dum singulas obseruas literas, ordinis & sensus obliuiscaris, quibus ad maiorẽ meliorẽq; adfectũ moueri poteras, inique aliâs acturus, si minimiũ obseruatis ꝟbis, pietatis & deuotiõis nõ meminisses.

¶ Neq; tamen ista etiam uerborum intentio mala est,

qua quis simul & meretur & satis facit. Satis facit enim sacerdos, dum preces quoq; non intellectas absoluit. Et meretur, modo tertiam habeat intentionem, uelitq; sic deo seruire, in cuius laudem & honorem, preces etiam nō intellectas perorat. Sic in monasterijs professæ & ex monachis nō pauci orāt, quæ intellectu non mō non adsequuntur, sed ne à longe quidem sequuntur: tantumq; ex obedientia regulæ, ex deuotione, & in laudem dei quicquid illud est, orant. Sic pueri in choro aut quidam è ciuibus cōstituti, psalterium, quod non intelligunt, canunt: solāque habita uerborum intentione, simul coniuncta illa tertia, finis, quia in laudem dei fit, opus hoc meritorium & deo beneplacitum est, etiamsi ab infantibus qui modo legere possent, exhiberetur, iuxta illud psalmographi: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam domine. psalm. 8. 2.

¶ Secunda porro intentio sensus est & intellectus uerborum, eaq; itidem ut bona est, ita bifariam fieri potest: uel iuxta literam, uel latentem sub illa mysticum spiritū uerborum, ut si quis legat aut canat, quomodo filij Israel exierint Aegyptum, transeuntes mare rubrum, liberati de captiuitate Pharaonis &c. Exodi. 13. Vbi si uerborum corticem quis tantum aspiciat, parum proficit. plus promouebit, si ad nucleum spiritus transspiciens, cōsideret exitum peccatoris ex caligine uitiorum per mare rubrum, meritum scilicet amarissimæ passionis & mortis Christi, quo asserore & uindice eripitur de potestate diaboli. Sunt tamen multa in orationibus, quæ coniunctum cum literali sensu mysticum quid habent: ut si ores, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, hic ipse in se intellectus spiritualis est. siquidem cor hominis quibusdam uelut aculeis ferit & excitat, simulq; salutaris ipsa etiā est extrema uerborum intentio.

3. ¶ Ad extremum est quædam adhuc intentio finis, cū quis considerat, cur & quem orer, rationem habens bonitatis, misericordiæ, sapientiæ & omipotentiæ dei. Quæ ut optima omniū, ita maxime necessaria intentio est: quā qui linguas ignorat, habere tamen potest ad laudem dei, animæ suæ simul & corporis salutem. Vt si quis amore uitæ æternæ quinquies orationē dominicam orat, quāuis

non semper inter orandum intentionem uerborum seruat, sed aliud quiddam cogitat de gaudijs beatorum, illis que adsociari desiderat. Vera illa sane & meritoria est intentio finis, faciens ipsam quoq; orationem placere deo, sic Hugo ait, Pura oratio est, cum ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, ut cum se ad deum postulatura conuerterit, præ amoris eius magnitudine etiam petitionis suæ obliuiscatur. Hugo.

Vnde plus quàm ridicula & infantilis patet neochristianorum stoliditas, qui missas latinas abolent, quia quibusdam non satis intellectas. Quandoquidem enim in missa pro magna parte scriptura sacra usurpatur, in qua semp spiritus sanctus loquitur, eamq; inspirat etiam in quibuscunq; linguis. Et quia sacerdos, ut publicꝰ totius ecclesiæ minister, missam celebrat, decet omnes homines fiduciam suam reponere in uniuersali catholicæ ecclesiæ fide: qd multo magis placet deo, quàm quæcunq; priuati hominis fides. Præterea quod in missa præcipuum fit, nulli profano subtrahitur, siue intelligenti, siue minus, siue propestanti, siue à longe, & uocem sacerdotis plane nõ exaudienti. siquidem sacrificium illud exhibetur in cõmemorationem passionis & mortis Christi, ad laudem dei, necessitatis nostræ gratia, & ad ædificationem totius ecclesiæ. Quæ omnia tu pro tua pietate, pro adfectu & ardore charitatis contemplari potes, & maiori sæpe deuotiõe Christum adorare, neq; intellectis, imò neq; auditis ijs, q̃ in missa proferuntur uerbis, quàm si singula obseruasses. Constans enim & concors doctorum omnium sententia est, intentionem uerborum etiam nocere posse, si quando orantis deuotionem impediat. Quàm puerile est quod p̃ se ferunt neochristiani de missis Germanicis, solam attendentes literam & intelligentiam uerborum, neglecto & deo & qui ex illo promanat spirituali intellectu.

1. Cozi. 14. ¶ Nec quicquam adiuuat eos, quod pro se, sibi quidem forte & inuictum uisum, adferũt ex Paulo argumentum, qui dicit: Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mẽte. Hoc telo isti rem totam uelut acu sibi tetigisse uidentur, & citra controuer-

fiam colligere hinc posse, omnem quæ lingua sola sine sensu & intellectu fit, orationem esse uanam & infrugiferam. Atqui ad hunc locum nos respondemus, & dicimus in eodem triplicem cõtineri orationem, oris seu linguæ, spiritus, & sensus siue intellectus. Si quis ergo in ignota sibi lingua orat, ore utiq; orat, simul & spiritu, hoc est, uoluntate, dum propter deum illud facit, mens autem illi⁹, hoc est, intellectus sine fructu est, quia quod orat nõ intelligit. Non quod tota inrerim illius oratio fructu careat, si quidem adhuc & meritoria est oranti & deo beneplacita: sed fructu illo destituta est, quẽ hõ ex intellectu capere poterat. Ideoq; ibi Paulus eò semper nititur, ut ostendat ꝓphetiam, donum scilicet scripturas & uerba orationis interpretandi, præstare gratia linguarum. Id ita tu persuasum firmiter habe, & deprehendes hic quoque insignem istorum errorem. Ecce enim tempore quo indies plurimi tum ethnici tum Iudęi conuertebantur ad Christum, non admodum conducebat fidelibus, multis linguis loqui coram eis, sed scripturarum interpretatio è re ipsorum tunc erat, quod sine illa scripturas non intelligebant. Cũ uero iam homines in fide Christi enutriti, & ab ipsis iam inde cunis instituti, adoleuissent in illa, assiduaq; prædicatione uerbi dei, iam tum constarer eis de omnibus quæ tractabantur in missa, uel aliâs fiebant in ecclesia. Ad qd necessarium erit, missas celebrare in lingua uernacula, cũ neminem etiam ex uulgo lateat, quicquid præcipuum in missa transigitur, dum omnes se gestibus suis ad uerba sacerdotis adcommodant, iam adsurgendo, iam genua flectendo, iam tundendo pectus &c. Vsq; adeo non desunt iã nostratibus etiam idiotis mysteriorum omnium cognitiones, dum prophetæ non desunt, qui quicquid uel in scripturis est abstrusum, uel in ecclesia fit arcanum, eis aperiunt, ut iam illi uere ore, spiritu & mente possint orare, ꝓphetiarum istarum adiuti beneficio, quæ in lingua populo bene intellecta fieri debent, teste Paulo. reliquos dei cultus non pro suo quilibet arbitrio in quacunq; peregrina lingua perficere debet, sed in ea quæ per uniuersam ecclesiam CHRISTI & latissima & amplissima est, apud

1. Cor. 14.

nos maxime, qui de ecclesia latinorum sumus. Aliàs quæ futura esset confusio, si nobis Germanice missas legentibus, aduenirent uel Itali, uel Galli, uel Vngari, uel Boemi, nihil intellecturi eorum quæ diceremus? Aut quid ibi futurum, nisi q̃ singularum nationum homines alio profiscentes, ĩisdem ad quos uenirent, barbari uiderentur? Sane eo respexisse Paulum satis magnus testis est Ambrosius, qui dicit illum hic redarguisse Iudæos, qui in sacrificãdo lingua Syriaca uti uolebant. Quomodo etiam fertur, apostolos ipsorum q̃ successores usq; ad tempora Cæsaris Adriani, lingua Hebraica usos esse in missa. Faxit deus ut qui nunc misere errant neochristiani, aliquando redeant ad unitatem, unde exciderunt, ecclesiæ catholicæ. Oremus dominum, &c̃ Amen.

HOMILIA QVARTA ET POstrema de oratione.

Oportet semper orare, & nunquam deficere, Lucæ XVIII.

1. Thes. 5 ECce hic charissimi, idem plane domini & serui, magistri & discipuli præceptum. Iubet Christus nos semper orare, Paulus etiam indesinenter. Et ne qd sit nobis hic molestũ, promissionem sane præclarã apud Iohannem addidit dominus, dicens: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et paulo ante, Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Apud Matthæum quoq;, Quicquid petieritis in oratione credentes, accipietis. Et in Marco, Dico uobis, omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis. Atq; non paulo fortius promittit dominus apud Matthæum: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiet uobis: qa omnis qui petit, accipit: qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Iacobus quoq; : Si quis, inquit, indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non exprobrat, & dabitur illi. Quod si præclare

Johan. 16

Johan. 14
Matth. 21
Marci. 11

Matth. 7.
Lucę. 11

Iacobi. 1

adeo promisit nobis dominus, se daturum q̃cquid in nomine suo petierimus, ipseq; etiam uia, ueritas quoq; est et uita, uerba utiq; eius uerissima sunt. Et unde tamen illud est, quod indies multa orantes, non semper exaudimur? Ex multis huius rei rationibus, quas ex Augustino excerpsit Beda, prima hæc est: Quoniam non raro contra nostram salutem oramus, tuncq; magni beneficij loco ducẽdum est, quod à domino non exaudimur. sic Paulus non impetrauit, cum peteret auferri à se stimulum carnis. Johan.14. 2.Corin.12

2. ¶Deinde etiamsi quod petimus, salutare sit & cõducat ad uitam æternam consequendam, non tamen exaudit orantes dominus, dum uita nostra peccatrice auertimus aures illius à nobis, sicq; incidimus in illam Salomonis sententiam: Qui declnat aures suas ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. proue.28.

3. ¶Si quando pro peccantibus oramus, ut conuersi in gratiam redeant cum deo, quamuis oratio illa scopum uerum uitæ æternæ respiciat, nosq; adeo digni essemus in ea exaudiri, obstat tamen peruersa istius uoluntas, q̃minus exaudiamur. sic ad Ieremiam dixit dominus de populo Iudæorum: Noli orare pro populo isto, neq; pro eis canticum accipias, quia non exaudiam. Et infra, Si Moyses & Samuel starent ante me, anima mea non est ad populum istum. Jeremi.7 Jeremi.15

4. ¶Fit etiam, ut cum solicite & anxie petimus, non statim exaudiamur: quoniam quod oramus in futurum differtur nobis, ut cum petimus aduenire regnum dei, illud tamen cum uisum fuerit domino, tunc demum dabit, idq; facit, ut ardentius & uehementius petamus. Atq; hęc ferè sententia Bedæ est in homilia super euãgelium hoc in diebus rogationum.

2. ¶Porro cum commune hoc omnibus sit, ut petentes non exaudiamur, neq; tamen aliquis sit hic in deo defectus, qui ut est munificentissimus, maximeq; misericors, benignissimus & potentissimus, ita etiam prope est omnibus eum in ueritate inuocantibus, uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Quid igitur reliquum est, nisi omnem defectum esse in nobis? sic oportet plura hic uidere quàm Psal.144.

aſpexerit Beda.

1. ¶ Non mediocriter uetant & prohibent peccata noſtra, quo minus exaudiamur, id etiam Beda dixit, & iã olim uidit propheta, cum diceret: Male fecimus, deum ad iracundiam prouocauimus, ideo es inexorabilis. Iſaias q̃ que dicit, Peccata ueſtra abſconderunt faciem eius à uobis quo minus exaudiat. Et apud Iohannem cæcus: Scim⁹, inquit, quoniam deus peccatores non exaudit. Dauid etiam idipſum reueritus eſt & dixit: Si iniquitatem aſpexiin corde meo, non exaudiet dominus. Et Ieremias ait, Peccata ueſtra prohibuerunt bonum à uobis. ac rurſus in altero libro, Nubem poſuiſti tibi ne penetret oratio. Dices, ſi peccatis noſtris impeditur oratio, fruſtra ſunt proceſſiones & circuitus noſtri, quando nos in uniuerſum omẽs peccatis non catemus. Ad hæc, durum eſt quod deus peccatores non exaudiat. Quur ergo undique ſacræ literæ hominem peccatorem ad orationem urgent, per quã conſequatur ueniam? Reſponſionem ad hæc uide in materia proceſſionum.

Thren. 3
Iſaię. 59
Johan. 9
Pſalm. 65.
Jeremi. 5.
Thren. 3

2. ¶ Tum quoq; non exaudit̃ oratio, quando non petẽda petimus. ſic filius Zebedæi reſpondit dominus, Neſcitis quid petatis. Sic dum ſæpe deo ſupplicamus pro auertendis bellis, peſte, fame, ille tñ non exaudit, q̃d iſta mala nobis proſunt. cum enim ex peccato ueniant, ſublatis iis, peccatum remaneret. Vnde & Iacobus dicit, Petentes non accipitis, eo quòd male petatis. Et Iſaias, Miſereatur impio, & nõ diſcet iuſtitiam facere. Cum uero feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis.

Matth. 20
Jacobi. 4.
Iſaię. 26

3. ¶ Contemptu quoq; legis diuinæ impeditur oratio noſtra, quod Salomon attendens, dixit: Inuocabunt me, & non exaudiam: diluculo cõſurgent, & nõ inueniẽt me, eo q̃ oderunt diſciplinam. Hinc eſt quòd neochriſtianorum preces non exaudit dominus, quoniam omnem diſciplinam abiecerunt, leges & quicquid bonum eſt ac pium, contempſerunt: ſibiq; ipſis conſtituerunt leges iuxta arbitrium ſuum, & non ad beneplacitum dei. Salomon dicit eius orationem, qui aurem ſuam ab auditu legis declinat, eſſe execrabilem. Sic cum Saul Samuelem rogaret, q̃tenus peccatũ ſibi ſuum portaret, & cum illo reuerteret,

Proue. 1.
Proue. 28.
1. Reg. 15

ut sic posset adorare dñm, respõdit Samuel: Nõ reuertar tecũ, qa & tu ꝓiecisti uerbũ dñi, & dñs ꝓiecit te ne sis rex.

4. ¶ Non parum q̃q; impedimenti accedit exaudiendæ orõni nostræ, ex duritia cordis nostri erga pauperes, q̃s dum nõ audimus & iuuamus clamantes ad nos, uicissim nos q̃q; frustra clamabimus ad deum, sic Salomone dicente, uelut ex oraculo quodam: Quisquis obturat aures suas ne clamorem audiat pauperum, ipse q̃q; cũ clamauerit ad dñm, nõ exaudiet. Nec; etiã lex æqor ulla est, q̃ ut q̃ q̃sq; mensura mensus fuerit, eadẽ & remetiatur ei. sic horrendum est, q̃d Iacobus habet, Iudicium sine misericordia erit ei qui misericordiam nõ exhibuit. Illum aute m exaudiet dominus, qui pauperibus mitis & placatus fuerit, qui prophetæ secutus cõsilium, panem esurienti fregerit, & egenos uagos; in domum suam introduxerit, qui operuerit nudos &c. Quisquis sic fecerit, huic clamanti ad dominũ ultro ille seofferet & dicet: Ecce adsum, ego em misericors deus tuus. 5. Quatuor hactenus orationis impedimenta & ueluti repagula declarauim⁹, dispiciamus nunc cætera. nanq; adhuc plura supersunt. 5. & quintum quidem illud est, q̃ non exaudiunt, q̃tq̃t ea sunt cordis duritie, ut etiam rogati nolint proximis suis dimittere noxã, nõ attendentes p̃ceptum Sapientis: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi p̃cã soluent. Homo hoi seruat iram, & à deo quærit medelã? In hominem similem sibi nõ habet misericordiã, & de p̃cis suis deprecat?

Proue. 21.

Matth. 7.

Iacobi. 2.

Isaiæ. 58

Eccl. 28.

6. ¶ Diffidentia q̃q; & incredulitas uetãt q̃ min⁹ exaudiamur. q̃s em diu orat dominũ, nec; se credit impetraturũ, tandẽ frustra petit, dũ hæsitat in fide, similis fluctui maris, qui uẽto & undis impellit. Quò pertinet istud Senecæ ꝓuerbiale dictũ: Qui timide orat, docet quõ peti ta neganda sint. & Dauid orantẽ iubet confidere, cũ ait: Spera in deũ, & ipse facie. 7. Præterea q̃cunq; adhuc denuo peccant, nõ exaudiunt à deo, dicẽte Psalmographo: Ecce qui elongant se à te, peribunt. huiusmodi homines etiamsi diu multum q̃ orent, tamen pereunt. nam qui etiam inter orandum peccat, nonne ea execratio orationi aduersaria est? Hinc Iacobus ait: Appropinquate deo. s. à p̃cis recedẽtes, & appropinq̃bit uobis, orationes uestras

Iacobi. 1.

Seneca.

Psalm. 96

Psalm. 72

Iacobi. 4

exauditurus. Possent adhuc multa obstacula induci, sed
Oratio.3 nos alio festinamus.

4. ¶ Pulchrum est orationis discrimina nosse. est em oratio quæ cum efficax non sit, aliquid tamen apud deū impetrat. Est alia quæ licet meritoria sit, attamen nō impetrat quod petit. Alia pariter & meritoria est, & efficaciter quod petit impetrat.

1. ¶ Primi generis oratio impetrat quidem, sed nil meretur, ut peccator orans nihil sane meretur, cum charitate careat, quæ radix est omnis meriti apud deum, & sine qua opus nullum meritorium est. Peccator itaq; oran
2. Corin. 13 do nil meretur, & tamen si petitionem suam diuino proposito facit cōformem, multum impetrare potest, instar Niniuitarum, qui cum infideles essent, eorum tamen ieiu
Jone. 3. nia & opera bona respexit deus. Sic nonnunquam exaudit deus malos ex ira, in uindictam & ultionem eorum,
Nume. 11. ut de Iudæis constat carnes in deserto petentibus. Hoc est quod Augustinus dicit, deum multa dare iratum, quæ non daret placatus.

2. ¶ Est etiam oratio quædam, quæ cum mereatur, nihil tamen impetrat: cuiusmodi fuit illa precatio Pauli de
2. Cori. 12. stimulo carnis. Sic si bonus aliquis oret pro malo & indigo tali intercessione, quamuis istius iustificationem petitio illius non impetrat, ipse tamen orationis suæ fructu non priuatur: quoniam sic quoq; remunerabit deus in illo opus gratiæ suæ & charitatis, quam proximo exhibu
Johan. 16 it, implebuntur'q; illa Christi uerba: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et iterum istud Dauid:
Psalm. 34. Humiliaui in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Vt igitur efficax sit oratio, mereatur'q; simul aliquid & impetret, quatuor præcipue necessaria sunt.

1. ¶ Vt qui se cupit exaudiri, oret pie. Pie autem o-
Oratio pia. rare, in ijs quinq; rebus positum est. 1. Principio in confidentia & fide bona. nam qui dum petit, non simul confidens in omnipotentis dei misericordiam, sperat se quod orat accepturum, actum agit. Sic Christus dixit: Si credi-
Matth. 21 deritis & non hæsitaueritis, atq; monti huic dixeritis, Transfer te hinc, & proijce in mari, fiet. Et omnino quic

quid petieritis in orationibus uestris credẽtes, accipietis. Ecce petenti illi ut filius suus à dæmonio liberaretur, re- Marci. 9.
spõdit dominus: Potes credere? omnia possibilia sunt credenti. Pete igitur confidenter, fide firma, & spe bona, iãq; ex parte pie orasti.

2. ¶ Deinde humiliter orare oportet, seq; indignum confiteri & insufficientem, atq; quòd omnis sufficientia sit ex deo, hominibus impartita desuper à patre luminũ. Iacobi.1
Eò respexit Dauid, dicens: Quoniam respexit dominus in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Psalm.101
Et quid hoc mirum, quando superbis resistit deus, humilibus tantum dat gratiam? Inde etiam gloria magna deo 1. Petri.5.
accedit, dũ indignos se reputãt hoies corã maiestate sua.

3. ¶ Huc facit quod oratio pia finem bonum & intentionem rectam habere debet, ut tendat in deum pro impetranda uita æterna, pro consequendis uirtutibus, aut incolumitate corporis, bonisq; externis: ita tamen, ut hæc omnia uergant in laudem & honorem dei, ut Paulus ait, 1. Corin.10
non sine gratia & charitate illius, citra quam nemo efficaciter orauerit. Quod recte uidit, nosq; prudenter Iohannes docuit, dicens: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid pe 1. Johan.3
tierimus, accipiemus ab eo.

4. ¶ Decet etiam, ut quis ordinate per debita media petat. frustra enim orabit deum pro scientiæ dono, qui ipse nil uolet discere: nihil aget diu multumq; orãdo pro uictu temporali, quisquis laborare recusat. Hoc modo cupiebant filij Zebedæi sedere alter ad dexteram, alter ad Matth.20
sinistram Christi-neq; permisit dominus, sed mediũ istud passionis eis obiecit, & calicem quem pro nomine suo bibituri essent.

5. ¶ His omnibus si accesserit intentio, de qua superiori homilia multis disseruimus, oratio pia efficitur, quæ prima proposita est bonæ orationis conditio.

2. ¶ Altera ex iis est, ut quis oret perseueranter. nam qui semel atq; iterum nõ exauditus statim desistit, nihil impetrat. Ideo enim & Christus ter orauit in monte oli- Matth.26.
ueti, & toties Paulus pro auertendo stimulo carnis. Quo 2. Cor.12.
niam multa sunt quæ cum negari uideantur, tantum diffe Augustin.

runtur ad tempus, quo dentur commodius. atque ideo ex
Luce.11 Augustin. presse dixit dominus, Petite, Quærite, Pulsate. Et sæpe fer
uat tibi deus, quod non uult cito dare, ut tu discas desi-
Judic.20 derare. Sic pugnantes filij Israel aduersus tribum Beniamin
de uxore leuitę, bis exauditi non sunt, perierunt́q; ex illis
plus quàm triginta millia hominum. perseuerãtes aũtem
orare etiam tertio, tandem audire meruerũt illud à dño:
Ascendite, cras enim tradã eos in manus uestras. Sic perse
Matth.15 Luce.11. uerans mulier Chananæa, demum impetrauit quod pete-
bat. Hoc sibi uoluit parabola amici, qui improba tandem
pulsantis importunitate uictus, surrexit, & panes dedit ei
quos petierat.

3. ¶ Cæterum oportet etiã orare salubriter, si modo
exaudiri cupis. Quoties enim non exaudimur petẽtes no-
stræ saluti aduersantia? sic non exauditus est Paulus, sic
2. Corin.12 Deut.3 quoq; non Moyses, cum peteret à deo transitum Iorda-
nis ad ingrediendum terram, quam daturus esset populo
suo. siquidem illud nec addebat, nec quicquam adjmebat
saluti ipsius Moysi: magnuḿq; quid erat, quod eo ipso
significabatur, quoniam Moyses, hoc est, lex quam ille tu
lerat, homines non pote rat ducere in illam ueram terri
promissionis regni cælorum. Sed Christus per euangeli-
Johan.1 um suum id tantum potuit, & præstitit quoq;. Quam ob-
rem & Iohãnes ait legem per Moysen datam, gratiã aũt
per Iesum Christum factam esse. Sic Christus quoq; pro
calice passionis rogauit patrem, sed præstabat Christum
pati, toruḿq; mundum liberare à peccato. Sic multis mo
dis non exaudiuntur homines, dũ orant & processiones
obseruant aduersus tribulationes, & id genus innumera
mala, quæ ipsis sæpe plurimum prosunt, sunt́q; certa ani
mæ medicamenta.

4 ¶ Vt efficax postremo sit orario & potens ad impe-
trandum, oret quis pro seipso. nam pro alijs orantes, plu-
rumque non exaudiuntur, sicut antea docuimus impedi
uirtutem oratiõis per indignitatem eorum pro quibus in
Jeremi.7. 11.2 15 terceditur, quod & Ieremiæ accidit. Vos itaque charis-
mi, pœnitentiam agite de peccatis uestris, & conuertimi-
ni ad deum ex toto corde uestro. Orate deum pro omni-
bus, tum uestris, tum ecclesiæ totius aduersitatibus, pro ci

tinua pace, pro fructibus terræ. Orate inquam confidenter, humiliter, sedulo, intente & ordinate, ut sic dominus Deus concedat gratiam & quicquid conducibile est uobis in hac uita, & post hanc gloriam in æterna felicitate, Amen.

DOMINICA SEXTA ET VLTIMA POST FESTVM Paschæ, super Euangelium Iohannis XV.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, q à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum uobis, ut non scãdalizemini. Absq; synagogis facient uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo. & hęc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neq; me. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum reminiscamini quia dixi uobis.

Matth. 10
Marci. 13.
Lucę. 12.

HOMILIA .I.

Iohan. 15 DOminus noſter Ieſus Chriſtus in poſtremo illo ſuo uereq; Auguſtali ſermõe, quem habuit apud diſcipulos ſuos, ſolicite ipſos & ſedulo confirmare uoluit in fide. Atq; inter cætera, quũm non parum cõſciẽtias eorum mouere iſtud potuiſſet, quòd in Chriſtum Iudæi crediturí non eſſent: iam hic docet eos nullam habituros infidelitatis ſuæ excuſationem. ſiquidem ne minimam quidem prætexere queant ignorantiam, quum tã euidens ſit doctrina Chriſti, ut in nullo refragari potuerint: tãq; aperta & ſtupenda miracula illius, ut cõtradictionem non ferrent. Nunc porro tertiam adſignat rationẽ, quoniam & ſpiritus ſanctus & apoſtoli illo confirmati, daturi eſſent teſtimonium Chriſto, Iudæi autem perſecuturi illos, & ait: Quum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre ſpiritum ueritatis, ille teſtimonium perhibebit de me &c. Conſolatur in hoc diſcipulos dominus, ut cum uiſuri eſſent illum morte turpiſſima condemnatum mori, ne crederent eum penitus extinctum: hic ipſis prædicit miſſurum ſe ſpiritum ſanctum paraclitum, quaſi diceret, Triſtes equidẽ uos uideo ex abitu meo, ſed conſolamini rurſus, neq; enim deſeram uos, ſed paraclitum uobis mittam ſpiritum ſanctum. Auguſtinus uerba iſta tractat in hunc modum: CHRISTVS hic diſcipulis ſuis prædicit, quòd ſicut ipſe mundo & Iudæis exoſus fuerit, ita poſt mortem quoque ſuam ſit futurum, ita ut concepta de CHRISTO inuidia, nullam ſit cum ipſius uita finem habitura. Nunc porro ſpiritum ſanctum miſſurum ſeſe promittit, per quem alij conuertantur, alij odio magis inflammentur: qui diſcipulis quoq; ſuis non ſint quicquam condonaturi, in q̃ magiſtro eorum nõ pepercerunt. Poterãt aliâs dicere diſcipuli ad CHRISTVM: Si ſermones tuos, ut ais, non audierunt, neq; noſtrum audient, fruſtra laborabimus inter eos, apud quos tua etiã tanta miracula nihil profecerunt. Quorſum ergo nos ablegas fructificatum, unde lucri nihil ſit ſperandum? Hæc & id genus alia præcauere uoluit dominus, promittens paraclitum ſe eis miſſurum, qui de ſe præbeat te-

Sapien. 2.

Auguſtin.

ſtimonium, teſtem magnum & præclarum, teſtem de cælis petitum ac ueracem, quia ſpiritũ ueritatis: qui quomodo teſtimonium dederit Chriſto, teſtãtur Acta apoſtolorum, quando iam apoſtolos omnes impleuit, iam ſingulatim Petrum ad loquendum cum fiducia uerbum dei, cũ fructu copioſo baptizatorum & pœnitentium, de effuſo innoxio ſanguine Chriſti, qui & eodem redẽpti ſunt ſanguine quem effuderant. Chriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, ut ipſum etiã peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt. Actuũ. 2 Auguſtin. Chryſoſt. Cyrillus.

2. ¶ Grauiter utuntur hîs uerbis ſancti patres aduerſus Arrium & Macedonium, nosq; in eccleſia latina contra Græcam eccleſiam fortiter inde concludimus, ſpm̃ ſanctũ procedere à patre & filio. id tu crede, & ſatis ẽ tibi eſſe perſonas in diuinis tres: primam dei patris, qui à ſeipſo eſt: ſecundam filij, qui à patre exiuit: tertiam ſpiritus ſancti, qui proceſſit ab utroq;, & idipſum totum ab æterno. Hæc noſſe ſufficit ſimplicibus, cætera ad ſcholas relegato. Johan. 14

¶ Et quum dicit hic CHRISTVS, Quum uenerit paraclitus quem ego mittam, ac paulo ante dixit, Paraclitus quem mittet pater in nomine meo, nemo hæc duo à ſe inuicem diuidat. ſicut enim & pater & filius mittunt illum, ita ipſe ab utroq; procedit. Quod pulchre deſignauit Iohannes, quando in ſpiritu oſtenſum ſibi fluuium refert exeuntem à throno dei & agno. fluuius hic nimirum ſpiritus ſanctus eſt. Verum hoc penitus nobis intelligere non datur, quod credere ſolum licet, eaq; fide perrin gemus ad uitã, in qua hæc omnia clarius conſpiciemus. Sed cur illum ſpiritum uocat ueritatis? aut quis tandem ex tribus illis ueritas eſt? Sane cum in cõmune quælibet pro ſe perſona ueritas ſit, hæc tamen proprie & uere filio tribuitur, ſicut de ſe teſtatur ipſe, quum ait: Ego ſum uia, ueritas & uita. Atq; ideo ſpiritus ille, ſpiritus eſt ueritatis, quia ſpiritus Chriſti filij dei. Et hoc eſt quod Paulus dicit: Si quis nõ habet ſpiritum CHRISTI, hic non eſt eius. atq; iterum, Deus miſit ſpiritum ſanctum filij ſui in corda ueſtra, clamantem abba pater. Deinde igitur quoq; ſpiritus dicitur ueritatis, quòd apoſtolos omnem docuit ueritatem: neq; ipſos tantum, ſed in hunc quoq; diem uni Apoca. 22. Johan. 14 Roma. 8 Gala. 4 Johan. 16. Matt. vlt.

Matt. vlt. uersam ecclesiam uerum docet euangeliū Christi, & docebit usq; ad consummationem seculi. Quum itaq; ille spiritus esset ueritatis, uoluit ei Christus merito credi, fidēq; certam adhiberi, si quando de se testaretur. Vere enim ille spiritus, quum ante eum figuræ tantum fuerant, & umbræ ueteris testamenti.

1. Cor. 10

3. ¶ Quid ergo facturus est ille ubi uenerit? Testimonium, inquit dominus, perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis. Testimonium perhibebit, ait Augustinus, in cordibus uestris, qui uobis aperiet omnem ueritatem, timorēq; omnem & pusillanimitatem auferet à uobis, igne diuini amoris accēdet uos. inde & uos testimonium perhibebitis, partim doctrina uestra, partim miraculis & exemplis.

Augustin.

¶ Ecce autem nondum perhibebant illi testimonium, quia perfecti nondū erant in intellectu suo, sed plane meticulosi & pusillanimes: atq; ideo nec capaces mysteriorum maiestatis diuinæ, ut ait Beda, neq; confirmati satis ad sustinendas iniurias & uiolētias hominum. Verum ubi iam superuenit spiritus sanctus in corda eorū delapsus, tunc primum datus est eis intellectus rerum sublimium, simul & robur concessum quælibet aduersa tolerandi, quo utroq; quàm diu carebant, poterāt adhuc negare dominū, deinceps rursus testimoniū daturi Christo, quod adhuc iam simul cum mundo dare nequibant, nisi prius perhiberet illud spiritus sanctus ipsis, diffusus iam in cordibus eorum: quod in Petro satis apparet, qui ad ancillulę uocem cum paulo ante negasset dominum, nō multo post coram Iudæis & gentibus, imò & imperatore ipso testimonium Christo perhibuit: atq; die Pentecostes pro apostolis omnibus loquutus, prædicauit illum Iudæis, quem pauculis ante diebus morti tradiderant, & in crucem suffixerant. Ah itaq; si quem delectat tam suauiter cum Augustino adeo sanctum spectaculum intueri, actus apostolorum legat, atq; ibi beatum Petrum, quem negantem doluerat, stupeat prædicantem. (rem admirandam) ecce Petrus, qui non poterat unicam ancillæ linguam nihil mali molientem sustinere, neq; dare testimonium Christo, unius linguæ impatiens, non multo post aliquot lin-

Beda. Roma. 5

Matt. 26.

Actus. 2

Augustin.

guis loquutus ipse, uariarum linguarum homines uno die conuertit ad Christum: tantus in eo erat fulgor gratiæ, tanta plenitudo donorum spiritus sancti, ut qui paulo ante meruebat pro Christo occidi, statim postea aliquot millia eorum qui Christum crucifixerant, conuerterit ad fortiter occumbendum pro Christo. Vtriusq; etiam illius testimonij testis est Lucas, cum ait: Et nos testes sumus omnium horum sermonum, ipseq; adeo spiritus sanctus quem dedit deus omnibus qui obediunt illi. Atq; ite rum: Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Christi. Neq; temere est quòd ait dominus: Vos qui ab initio prædicationis meæ mecum fuistis, qui certo audistis & uidistis omnia, ueraces eritis mihi testes. Quamobrem & Petrus noluit neophytum aliquem eligere apostolum, sed aliquem ut dicebat, ex ijs uiris qui congregati nobiscum sunt omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, testem esse resurrectionis illius nobiscum. Idem etiam, hunc, inquit, suscitauit dominus, cuius nos testes sumus. & ad Cornelium: Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri nõ omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis &c.

Actuũ. 5

Actuũ. 4.

Actuũ. 1

Actuũ. 2
Actuũ. 10.

4. ¶ Rationẽ deinceps horũ omniũ subdit dñs, declarãs cur hęc eis prędicat, q̃uis uerba illa magis ad sequentia, q̃ præcedẽtia pertineant, & ait: Hæc loquutus sum uobis, ut nõ scãdalizemini. Hęc in q̃ quę de psequutione dixi & odio mũdi aduersum uos, p̃dicere uobis uolui: qm̃ quæ p̃uidẽt iacula, minus feriũt. ne itaq; pturbemini, siquidẽ spiritus sanctus ille paraclitus pacabit corda uestra, dicẽte Psalmista: Pax multa diligẽtibus legẽ tuã, & nõ est illis scandalũ. ideoq; & charitas p spũm sanctũ diffusa est in cordibus discipulorũ, ut sic multã pacẽ haberẽt in pectore bene cõfirmato, & immunes fierẽt ab oñi offendiculo. Multũq; p̃derat eis hęc admonitio, q̃ obfirmare poterãt animũ in omni bono aduersus imminẽtes tẽtatiões. Quomõ sapiẽs filiũ abeuntẽ ad cultũ dei stare iubet in iustitia & timore, atq; omnino animã suã parare ad tentationẽ. Et Christus itaq; q̃si in hæc uerba discipulis loq uoluit: Si cm̃ uobis te

Augustin.

Gregori⁹.

Psalm. 118

Roma. 5.

Eccl. 2.

stibus, tot tanta q̃ mirabilia feci, si paraclitus quoq; in uobis similia faciet, nec tum Iudæi ad meliora reducentur,

Lucę.6. nolite conturbari, memores uerbi quod loquutus sum uobis, quia non est discipulus super magistrum. Sequitur: Absq; synagogis facient uos. Graue & magnum hoc erat apud Iudæos, non inferius excommunicatione nostra: unde contemptus quis erat omnibus, illud q̃ in repulsa synagogæ iam cœperant Iudæi exercere aduersus

Iohan.9 Christianos, conuenerant enim ut quisquis CHRISTVM confiteretur, è synagoga eiiceretur, & multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter pharisæos non con-

Iohan.12. fitebantur, ut de synagoga non eiicerentur. dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriã dei.

¶ Dices: Quantulum hoc fuit eis, ut de synagogis Iudæorum eiicerentur, cum aliâs non magnopere curabant ingredi illas? Verum sane hoc est, non multum laborabit synagogas intrare ratione ceremoniarum: attamen ipsis hoc ignominiæ dabatur & magno contemptui, tales haberi se, qui indigni essent aliorum conuersatione. Au-

Augustin. gustinus quoq; altius quid hic inquirit, & dicit CHRISTVM hic prædixisse duritiem Iudæorum, qui accepturi non essent euangelium suum, & constantiam discipulorũ, quoniam fidem & CHRISTVM deserturi non essent, ut sic necessario uelut auulsa synagoga sit ab ecclesia: quo-

Roma.11. niam si & Iudæi credidissent, permansissent utiq; tanquã uiui rami in oliua fructifera, factum q̃ esset corpus unum ex synagoga & ecclesia, cum iam diuisio facta sit, duratu-

Roma.9 ra tantisper, dum reliquiæ Israel saluæ fiant, & conuertãtur ad CHRISTVM. Iudæi itaq; non agnoscentes iustitiam dei, dum uolebant suam statuere iustitiam, apostolos

Roma.10 CHRISTI eiecerunt ex synagogis: quod quanto deũ immortalem, melius eis fuit, quàm si permansissent in iustitia Iudæorum? Hoc est quod de ipsis regius propheta

Psalm.88 præuidit, quando dixit: In lumine uultus tui, lumine scilicet fidei, ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, in iustitia tua (super iustitiam synagogæ) exaltabuntur, quoniam gloria uirtutis eorum tu es. sic enim Christus gloria & uirtus est omnũ credentiũ. Et Iudæi hoc qdẽ mõ absq; synagoga fecerunt apostolos: qui si oẽs credidis-

sent, synagoga quoq; penes ecclesiam & in ipsa manisfet. Porro quid inter templum & synagogam interst, alias explicabimus. Nunc hæc dicta sufficiant. Interim deprecemur dominum pro omnibus necessitatib⁹ eccleſiæ &c̄.

POSTERIOR HOMILIA DOminicæ sextæ post festum Paschæ.

CVm iam dominꝰ multa discipulis suis enarrasset de proditione Iudæ, de offensione & fuga illorum omnium, de trina Petri negatiõe, iamq; uideret animos eorum metu & anxietate perturbari, rursus consolatus est ipsos, sed ita, ut tamen subinde amara dulcibus cõmisceret. Inter cætera spiritum sanctum simul & ipsos restimonium sibi datutos prędixit, sed pro eo illos nihil accepturos, nisi eiectionem ex synagoga. qđ cũ ex minimis aliquid esset, addidit etiam hoc maius: Quia uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo. Quo nimirum hoc denunciare uoluit, quia Iudæi Christum non fuerant recepturi, à quo apostoli non erant recessuri, quasi diceret: Tam multi in me crediturí sunt per uos, ut etiam istorum repulsa ex synagogis, nil eos adiuuet, promoueat magis euangelij profectum, dum etiam in me credentes occidẽt, totum id facturi quasi ex zelo, sed non secundum scientiam. Sed & occidendo lapidando q; Stephanum, qualem habuerunt zelum Iudæi? Talem nimirum, quoniam legem habebant ex deo per Moysen, sacrificia habebant & templũ, hæc omnia mordicus tueri atq; tenere uolentes, cum audiebant prædicationem Christianorum ad destructionem & interitum illorum tendere, factum est inde, ut ex zelo persequerent prædicatores eorum in mortem usq;, non excusante tamen ipsos quocunq; illo zelo quem habebant. Huiusmodi persecutor fuit & Paulus, qui de seipso scribit in hunc modum: Audistis enim conuersationem meam in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æ-

Luc. 20

Iohan. 16

Augustin.

Roma. 10.

Actuũ. 7

Gala. 1.

mulator existens paternarum mearum traditionum. Sic fecerunt qui in concilio sedebant aduersus Christum,
Johan. 11. dicentes: Si sic permittimus & finimus illum uiuere, uenient Romani, & tollent à nobis ciuitatem & gentem, rati semper legem suam, templum & sacrificium manere debere. Et hoc est quod hic dominus dixit, quoniam puta-
Cyrillus. bunt obsequium se deo sic præstare. quasi dicat, Eo usque atrocitatis prorumpēt, ut sacrificiū uim in cæde uestra positam putēt. Ad hunc modum plures quàm quadraginta
Actuū. 23. Actuū. 9. uiri uorum uouerunt, se nec manducaturos nec bibituros antequam Paulum occiderent: qui & ipse antea literis acceptis Damascū ꝓfectus erat in hoc, ut ꝗscunq; huiꝰ uiæ uiros aut mulieres inueniret, uinctos adduceret in Ierusalē.

2. ¶ Rationem porro temeritatis tantæ Iudæorum adsignat, eo quòd credent in hoc obsequium se præstare deo, & quia dicit dominus, non nouerunt patrem neque me. Hoc uos ergo, ait Chrysostomus, satis consoletur, ꝗd
Chrysost. propter me & propter patrem hæc patiemini: ideoq; & deus persecutionem illam propter nomen suum factam remunerabit, iuxta illud: Beati qui persecutionem patiū-
Matth. 5. tur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos mentiētes propter me. Beatitudo hæc apostolis maximo semper fuit solatio in omni tribulatione, quoniam in omni Iudæorum persecutione simul aliqua eorum cōcurrebat ignorantia. quamobrem & dominus dixit, quia nō nouerunt patrem neq; me. sic & Paulus ait, Zelum habēt, sed non secundum sciēriam. & hoc est quod ille de se scripsit, Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contu-
Roma. 10. 1. Tim. 1 meliosus. sed misericordiam dei cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Hæc ergo apostolorꝫ fuit consolatio, quod eos Iudæi persequebantur ex ignorantia & errore, nō ueritatis amore, sed ex mero zelo erroris, quia nimium à uera uia errārunt. Id omne prædicere uoluit eis Christus tanquam futurorum omnium præscius, nō ut ipsi inde metum conciperent, sed ut cum fierent illa, memores essent, omnia sibi antea à domino prædicta: sicque & admirarentur magis, & constantiores fierent in fi-

de. Quæ sane summa tũ apostolis, tũ martyribus in omnibus supplicijs fuit cõsolatio, ex ijs uerbis Christi nata: quorum fiducia magis confirmarẽtur auxilio & gratia Christi, quàm persequentium crudelitate adficerentur.

3 ¶ Et hic iam quæstio nascitur, multa indigens explicatione: Quando hic dominus ipse testimonium dedit illis qui apostolos occiderunt, quod arbitrati sint obsequium se præstare deo, & ipsi sine dubio grauiter peccârũt fundendo sanguinem innoxium: quanto magis nos miseri peccamus, qui scienter malo animo multa flagitia perpetramus? Sic iam clamant nostrates bono & pio adfectu se omnia facere, abrogare missas, horas canonicas, dies anniuersarios & festos sanctorũ abolere: hæc oĩa in honorem dei & gloriam uerbi sui sancti se facere clamant, & tamen mugæ meræ sunt. Amplius quærat aliquis pro Iudæis & tyrannis antiqs, atq; istis neochristianis: Cum ita sit, ut uulgo ferrur, Quicquid agunt homines, intẽtio iudicat omnes, sicq; qualis qualis est intentio, tale factum efficitur, & à fine omnia denominantur: finis autem hic bonus est, quia honor dei, ergo & opus bonum. Quò facere uidebit istud Christi: Si oculus tuus simplex est, totum corpus lucidum erit, ubi nomine oculi, intentio significatur. Nec dubium est inter Christianos fieri, quæ sola intẽtione bona excusant. Ad hæc respondens, dico aliud esse, intentionem rectam, & aliud, bonam habere, eo q; in bona intentione error se intricare facile potest, qui illã corrumpat: & licet ea ex fine sit bona, tamen aliæ adhuc circunstantiæ inficere ipsam possunt, ut sit minus bona. Recta autem intentio est uoluntatis nostræ operatio, qua illa uero mõ & medio tendit in bonũ. Sequit inde, fieri posse ut si finis per se bonus, non uero mõ intendat, opus bonum non sit, neq; intentio recta. sicut eñ opus in se malũ ex fine bono bonũ nõ fit, ut si quis furetur, ut habeat unde det eleemosynas, ubi locum habet istud Paulinum, Nõ decet facere mala ut ueniant bona: ita hic quantumuis fine bono existente, si media bona non sint, opus nihilo melius efficitur. Eò pertinet quod supra de Iudæis adduximus ex Paulo: Zelum habent, sed non secundum scientiam. Et error itaque & inscitia perdit opus, dicente

Matth. 6

Intentio.

Roma. 3

Roma. 10.

Isaiæ. 5

Isaię. 5 domino per propheram: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Sic iam de neo christianis dici posset, qui uere forti uinculo blasphemię & hæreseos constricti tenẽtur à diabolo, quamobrẽ quia intelligentiam ueram & cognitionem non habent. Concludo itaq; & nota peculiariter, intentionem non idcirco esse bonam, quia proponit sibi finem bonum.

¶ Constat itaque, finem solum non sufficere. quid igitur reliquum? idipsum iam consideremus oportet, & dicamus defectum hic esse & uitium in ignorantia siue errore, q̃uis & hic solus satis non faciat. Hoc declaremus: ludęi si scissent fidem apostolorum rectam fuisse, non persecuti eos essent usq; in mortem: neochristiani quoq; si nossent idipsum, quod faciunt temere in imaginibus sanctis, missis, & sacramentis impugnandis, esse peccatum, plures eorum abstinerent. Ecce igitur quomodo error concurrit & ignorantia. Error autem hic nõ satis est ad contemnẽdum, cum dicat Hieronymus & post eum Augustinus: Et rare possum, hæreticus esse non possum. sic Cyprianus martyr errauit circa baptismum hæreticorum, Papias, Irenæus, Victorinus, Sisibutus rex catholicus cogens ludęos ad baptismum, & alij complures, quibus tamen nec error fuit perniciosus, neque opus ideo deterius redditum, quando nõ accessit pertinax assensus uoluntatis. Hæc eñ duo sunt, quæ demum faciunt hæreticum, error in intellectu, & pertinax erroris defensio in uoluntate. Et esse q̃dem pertinaciam istam graue peccatum, ex illo liquet, q̃d dixit dominus: Si non uenissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ecce quomodo peccatum eorum ad fectus ille pertinax & perseuerans in malo animus diiudicat. Radix tamen & origo prima omnium, quotquot unquam errârunt, est inordinata concupiscentia uel infecta & uitiata uolũtas, puta odio, timore, amore, auaritia &c̃. Adprobare enim, ut ait Augustinus, falsa pro ueris, non est natura hominis instituti, sed pœna damnati.

Augustin, Hiero. de viris illus. Picus cõclu. 7. apologię. Johan. 15. Augustin.

5 ¶ Pertinax uero habendus est, quisquis errorem semel & prælibatum & conceptum deserere non uult, neq; studiose ueritatem indagat, neq; ostensam sibi adsumit,

neq; peritis hominibus opinionem illius falsam declarantibus credere & assentiri uult. Quisquis itaq; suo tantum innixus capiti, suæ tantum confidit sapientiæ, is uere pertinax est: & sic docendus, ut ait Gerson, non est, qui mauult suum errorem defendere quàm corrigere. Proue. 3 Gerson.

¶ Hinc patet quàm exitialis & contagiosus sit morbus, planeq; insanabilis huiusmodi pertinacia, quoniam hic semper damnabilis concurrit præsumptio & superba temeritas. Væ igitur ecclesiæ, quam tale caput, insanum scilicet & pertinax regit, ubi oportet omnia perturbari. Recte nimirum & prudenter dixit Paulus: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est & delinquit, cum sit ꝓprio iudicio condemnatus. Etiam inde ratio peti potest. cur hæresis alicuius autores conuerti solent raro ad fidē ueram. peruersi enim sunt, & plerunq; ubi reuocârint errores suos ex animo tamen id non fecerunt. Sic Pelagius reuocauit in concilio Mileuitano in Aphrica, sed parum promouit, quia non multo post in multis articulis relapsus est in lutū hæresis suæ, perinde ac ad uomitū canis. Berengarius, qui idem olim sensit, quod infelici hoc nostro seculo Zuinglius & Oecolampadius, non esse in sacramento altaris uerum Christi corpus, in publico concilio errorem suum reuocauit coram Pontifice summo Nicolao: neq; tamen remansit, sed bis uocatus, toties etiam recidit in errores, ut testatur episcopus Roffensis. Hieronymus Pragensis, Iohannis Huss comes & assecla, non reuocauit tantum, sed & plane abiurauit hæresim: rursusq; in illam relapsus, quamuis ad asylum suum festinaret Boemiam, in itinere tamen à Iohanne duce Bauariæ apud ciuitatem Hirsau captus, atq; deinceps in concilio Constantiensi combustus est. Non desunt iam ex neochristianis q dam, qui reuocata & abiurata hæresi sua, plerunq; tamē perfidi reciderunt in cœnum hæreticum: & in eo diu prouoluti, à principibus tamen suæ factionis & fidei in cancellarios, consiliarios & episcopos electi sunt. O quàm dignum patella cooperculum. Titi. 3. De consedist. 8. ego Berenga. Roffen.

6. ¶ Quando itaq; error est in intellectu, & pertinacia in uoluntate, sequitur, ꝙ quanquam in rebus ambigu-

Gerson. is protestatio generalis etiam sub cõditione facta, tamẽ in articulis fidei uel rebus iam olim ab ecclesia constitutis, protestatio talis non solum non releuat facientem, sed etiam suspectum magis facit, ut cum iam neochristiani clamant: Nouit deus q̃ si scirem ueritatem hanc esse, ultro crederem corde ad iustitiam, & ore confiterer ad salutem. Quoniam simul cum tali protestatione, infideliras, offendiculum & superbia consistunt. nõ minus igitur facit aut iuuat, quàm si quis peccatum absolute cõmissum sub conditione confiteret, cum tamen iuxta constitutionem Calixti, manifesta peccata nõ sint occulta correctione purganda. Id enim si licet, nullus unq̃ fuisset hæreticus, cum omnes dicant se Christianos esse, nec quisq̃ se malle quàm catholicos haberi, facileq̃ informationẽ suscipere, modo certum habeant, eam quam tuentur opinionem, fidei & deo aduersari. Hoc quotquot unquam fuerunt hæretici, omnes dixerunt, sed nequicquam. Quin potius hic locum habet istud uulgi: Simulata æquitas est duplex iniquitas. Sic Iudæi persecutione sua putârunt obsequium se præstare deo, sic de se Paulus iudicat ad Galatas scribens, rationemq̃ reddit ad Timotheum. sic de aliis quoq̃ Iudæis sentit ille, ut supra citauimus. Sic Iudæis dixit Petrus in templo: Nunc scio quia per ignorantiam fecistis uos, sicut & principes uestri. Christus q̃q̃ pro eis orabat in hunc modum: Pater, dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Si enim peccatum non haberent, Christus pro eis nõ rogaret, ut dimitteretur peccatum. Sic Stephanus etiam lapidantes se dixit nescire quid facerent. Atqui nociua est ignorantia huiusmodi & damnabilis, & in hæreticis multum malitiosa: quoniam quisquis sic ignorat, etiam ignorabitur. sic igitur inscitia sua nostrates peccãt hæretici, ut de eis merito dictum uideri queat illud Psal. Nescierunt, neq̃ intellexerunt, in tenebris ambulant.

Roma. 10.

De pœni. & remis. cap. 1

Iohan. 16

Gala. 1
1. Tim. 1
Roma. 10.
Actuũ. 3.
Luce. 23.
Augustin.

1. Cor. 4.
Psalm. 81.

¶ Admonendi quoq̃ hic mihi estis eius discriminis, q̃d Augustinus inter hæreticum ponit scientem & ignorantem. Neq̃ enim sic accipiendum est, quasi hæreticus sciat se esse hæreticum: sed is demum sciens dicitur hæreticus, qui scit opinionem suam contrariam esse sanctionibus ecclesiæ catholicæ, ut quando iam Lutherani intercessionẽ

Augustin.

sanctorum eludunt, scientes errorem hunc esse Vigilantij, iam olim à sancto Hieronymo & ecclesia refutatum: & cum liberum hominis negant arbitrium, quæ hæresis ē inueterata Manichæorum ab Augustino confutata. Quisquis in hunc modum articulum ab ecclesia condemnatū & pro hæretico declaratum tuetur, ipso facto sciens est hæreticus. Sic Papa Gelasius dicit: Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessario præcauerunt, ut quod contra unamquamq; hæresim coacta semel synod⁹, pro fidei communione & ueritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent nouis posthac retractationibus mutilari: sed autore cuiuslibet insaniæ ac pariter errore damnato, sufficere iudicauerunt, ut quisquis aliqñ huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus. Similiter sciens est hæreticus, qui libros ab ecclesia receptos, reiicit, ut iā Lutherus epistolam Iacobi, Zuinglius Apocalypsim Iohannis, Oecolampadius etiā Machabæos ex canone explosit.

Hierony.

24.q.1.cc. 2Maiores.

7. ¶ Ex prædictis sequitur, satis non esse ad excusationem erroris, si quis paratum se clamitet ad emendationem. communis enim hæc est hæreticorum protestatio, & cum primum ad correctionem uentum est, resiliunt, subperbiunt, tumultuantur. Quod si sancti patres eis adferātur testes, clamant eos quoq; homines fuisse. Sin citent canones, obganniunt statim frigida hæc esse decreta. Si eligendi forte sunt iudices, recusant subito, dicentes Verbum dei non ferre iudicem. Quod si alligentur concilia, clamitant ea sæpius errasse. Atqui è sacris literis etiam si adferatur aliquid, & has suo ingenio tractant, suamq; tm̄ expositionem ratam haberi uolunt, cōtradicente etiam uniuersa ecclesia iam inde à temporibus apostolorꝫ. Hæ nimirum sunt istæ foueæ, in q̄s sese intrudunt uulpeculę nostræ, demolientes uineam ecclesiæ Christi. Atq; ideo Papa Stephanus monet, hæreticis dicētibus paratos se esse ad emendationē, credendū nō esse, & tū maxime, cū cōtraria ipi sibi docēt: nāq; id ubi primū faciūr, apostatę fiūr. et hoc ē illud Innocētij: Qui negat catholicā ueritatē, quā pri⁹ agnouit esse catholicā, peior ē infideli. Quid multa?

Euasiones hæreticorum.

Innocen. quidā de ap.

Quicunq; dum errat, legitime ab ordinario suo iudice, iuxta formam iuris correptus non desistit, neq; emendatur: iamiam pertinax est, & in ueteri testamento olim capitis reus fuisset, sicuti nunc neochristiani à summo pontifice condemnati sunt. Ecce autem sic præcepit dominꝰ,

Deut. 17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, ueniesq; ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis qui indicabunt tibi iudicij ueritatem: & facies quodcunq; dixerint qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; sententiam eorũ, neq; declinabis ad dextram, neq; ad sinistram. Qui autẽ superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille: & auferes malum de Israel, cunctusq; populus audiens, timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

¶ Ecce quàm seriò & grauiter iam olim in synagoga Iudæorum dominus finale iudicium cõstituit penes summum sacerdotem in omnibus rebus dubijs, dictata etiam pœna & supplicio mortis inobedientibus. Quis iam stolidus adeo esse poterit, ut dicat Christum ecclesiam, quam

Ephe. 5 sanguine suo redemerat, non etiam tali iudice, publico omnium dubiorum diremptore, præmuniuisse, qui nihilo inferiorem haberet potestatem isto legali sacerdote? Profecto enim nisi id ita esset, male prospectum foret ecclesiæ, si quando quid ambiguitatis in illa exurgeret. Hinc illæ lachrymæ, hinc istud malum, q̃ neochristiani nullum tolerare uolunt iudicem, nisi ipsam scripturam. Et pulchre sane, atq; ad pertinaciam & temeritatem cõmodissime: quoniam illa hic iacet, nec quenquam remordet etiam morsa & indigne tractata, non absimilis Aesopico isti ranarum regi, ut illi eam discerpunt, laniant, miseriscq; diripiunt modis.

8. ¶ Manifesta itaq; hæc pertinacia est, cum quis in fide errans, subijcere se non uult emendationi eorum, quo-

rum interest. Et quid mirum? quàm diu enim malum operatur, odit lucem, nec uenit ad illam, ne forte opera eius arguantur. Sic Leo inquit, præclare quidem & suo more grauiter: Quid iniquius quàm impia sapere, & doctoribus non credere? Sed in hanc insipientiam cadũt, qui nec ad ueritatem agnoscendam aliquo impediuntur obstaculo, nec ad propheticas uoces, nec apostolicas literas, nec ad euangelicas autoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Johan. 8

¶ Et sic quisquis eò insaniæ demergitur, ut plus sibi uni quàm toti mundo & tribuat & credat, manifeste pertinax est. Gerson extollit istud eximiũ Climachi & nobile dictum: Qui sibi dux esse uult, spreto duce proprio, nõ iam indiget dæmone tentante, quia ipse sibi factus est dæmon. Manifestam tamen istam pertinaciam auget, cum quis ad tuendum errorem suum alios quoq; iussu, minis, promissis, prece & precio inducere conatur: quoniam euidens hoc est argumẽtum, illum, institutum cœptum q; suum errorem irrefragabiliter defensurum. Quicũq; enim cum Christo non est, contra eum est: & qui cum eo nõ colligit, dispergit. Cuiusmodi iã, proh dolor, plurimi sunt ex ciuitatibus & nationibus qui dispergunt, eo quòd de numero sunt illorum, qui execrabiliter resistunt ueritati, non secus ac Iannes & Mambres restiterunt Moysi. Verum proculdubio illis eueniet iuxta illud uerbum Apostoli: Resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insaniant itaq;, sæuiant & tumultuentur iam neochristiani ut luber. permittit enim hoc eis deus ad tempus. Attamen adhuc tandem succumbent, & stultitia ipsorum innotescet omnib9. Veniet nanq; tempus, quando implebitur in contemptoribus ecclesiæ ista prophetia Christi dicentis: Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomæ & Gomorrhæ in die iudicij, quàm tali ciuitati. Vis scire fundamentum impudentis adeò & stolidæ sæuitiæ potẽtum istorum, aduersus ecclesiam tumultuantiũ? En uno uerbo tibi, SVPERBIA est. Et ad hoc pulchrum eccc & notabile dictum Hieronymi super Abdiam: Tumor hæreticæ mentis confidẽtium in mysterijs & secretis suis, & quantum in ipsis est, repromittentium sibi regnum cælorum. & quod Dauid

Gerson.

Luce. 12

2. Tim. 3

Matth. 10

Hieron.

Psalm. 72. inquit, Posuerũt in cælum os suum, & lingua eorũ transiit in terra: & sicut Abdias inquit, Superbia cordis tui extulit te. Subscribit Hieronymus: Quis hæreticorum non in superbiam extollitur, ecclesiæ simplicitatem parui pendens? Sic quod imagines sanctorum uenerat ecclesia, Carolstadius quid uocat, obsecro? simplicitatem. Quòd missam sacrificium esse pie credit ecclesia, quid sentit Luther esse? simplicitatem. Quod uerum Christi corpus sub specie panis in eucharistia esse sancte credit ecclesia, quid ad hoc quondam Zuinglius? simplicitatem esse cõtendit, admirabũdus nos persuaderi etiam à Christo potuisse in re tam non possibili. Horreo plura dicere super blasphemijs tantis, quas isti tamen claudi, uno stantes pede profundũt elati & insolentes. uolunt diuinæ omnipotentiæ metam ponere & obstacula, imperiti scripturarum, & uirtutis di-
Matth. 12. uinæ ignari. Porro tam obstinati & indurati plerũq; reddunt hæretici, ut cõstantiores magisq; obfirmato animo sæpe sint etiã ad mortẽ pro erroribus suis obeundam, q̃ multi fideles pro fidei catholicæ ueritate, neq; desunt exempla hæreticorum, qui uelut tripudiantes cum ad supplicium ducerentur, cecinerint: Homo dei ducebatur, aut simile quiddam. Quod si autem hæreticorum mortem & cædem sanctorum conferamus supplicijs, plurimum sane uidebimus discriminis, non eo statim, quòd preciosa est
Psalm. 115 mors illorum, hæreticorũ uero interitus sempiternus ẽ & execrabilis, sed etiam ratione gaudij ac uoluntatis moriẽdi, qua de re iam diximus. Nam quod exultãt hæretici ad mortem properãtes, gaudium tãtum est beluinum quoddã & furiosum, efferum, planeq; insanum, desperatione plenum & uana opinione, expers omnis dulcedinis & gaudij spiritalis. neq; aliter faciunt quàm latrones quidã aut principum ac patriæ proditores, aut ciuitatum hostes, gestientes etiam, cum sint iam morti proximi. longe aliter autem se habet lætitia sanctorum martyrum, quæ in charitate dei est radicata, non contumax, sed benigna, patiẽs, suauis, plena spei & fiduciæ, planeq; talis, quæ suauiter intus animum solatur & recreat spiritum, exterius uero etiam dolorem corporis minuit. Hæc itaque diuersitas est martyrum diaboli, & ecclesiæ, qua de re aliàs plura. uide

Gerſonem. Gerſon.

9. ¶ Quàm uulgare, tam uerum eſt illud, Nulla calamitas ſola. ſemper enim abyſſus abyſſum inuocat. atque ideo non ſinit deus quenquam tam abominabile peccatum & crimen hæreſeos incurrere, niſi plura concurrant ſimul, puta ſuperbia, ignorantia, negligentia, puſillanimitas, philautia & multæ inordinatæ adfectiones mentis. Vt igitur quilibet catholicus poſſit ſe facile ab incurſu iſtiuſmodi luporum præmunire, ſimulq; conſiderare ſtupenda iudicia dei: age breuiter iam expediamus, unde fiat quod ſinit deus aliquem cadere in tam abominabile ſcelꝰ hæreſeos.

1. ¶ Et primo ſtatim loco ſe offert ignorantia eorũ, quæ captus & intellectus hominis adſequi poſſet. id ita intellige, Cum primum aliquis eò temeritatis peruenerit, ut iam ſibi uideatur ſapientiſſimus: conetur etiam illa diiudicare, quæcunque fiunt in eccleſia, & iam de emendatione ſingulorum cogitet, ad huiuſmodi inſolẽtiam & ſuperbiam, planeq; ueſanam philautiam ubi quis peruenerit, uiſus iam ſibi intelligere omnia, ſe ſapere ſolum, nihilq; faciat quicquid oĩbus retroactis ſeculis ſit actum in eccleſia: hæc nimirum horrenda & plus quàm Luciferiana eſt ſuperbia neochriſtianorum. Aut quis non extremã temeritatem, neſcio dicam magis an ſtoliditatem, æſtimet, ſi quis ſic dicat, In hac ciuitate N. ſunt ſenatores, ſunt conſules quidam, ſed ætate ac prudentia non item ualentes. ĩ tantam ſibi arrogant ſapientiam, ut maiores ſuos omnes (qui tamen homines fuerunt prudentiſſimi) longo interuallo multisq; paraſangis poſt ſe relinquant, imò ut præ ſe eccleſiam catholicam totam ſpernãt, contemnãt, calumnientur. Vnde hæc omnia? quoniam intellectus ſui capacitatem probe ſatis dimenſi non ſunt, ita ut non nõrint quantum capiat. nam de intellectus noſtri imbecillitate tota undiq; plena eſt ſcriptura. Ecce enim magnus ille & præclarus propheta clamauit ad dñm: AAA domine, neſcio loqui. Et iſti ſcioli ſenatorculi, belluli ſcilicet conſiliarĩ, qui conſilĩ ſui modum ignorant ipſi, ſtatim ſciunt omnia, uerentur neminem, nõrunt quid myſterio rum cõcluſum ſit in cæleſtibus, qm̃ in hoc Paulũ ſuperãt, Cur deus ſinit homines cadere in hæreſin. Jeremi. 1.

quòd in quartum etiam cælum perruperunt ultra illum. Vah uah dementiam hominum. Vah astum & dolos diaboli, qui pro sapientissimis habitos ad tantam redigit insaniam. Sed quando tanta eis tum ciuilitas tũ consilioꝝ peritia insit, unde fit ut ignorent istud Socratis, Hoc scio
Laertius. quod nescio? Vere hic mensuram nouit intelligentiæ suæ & capacitatem, loquens utiq; hoc non de ciuilibus rebus, quarum erat peritissimus, sed de cælestibus. Hoc etiam est
Bernar. quod Bernardus dicit: Non est nihil, te scire, te nihil scire. Nimium insisto, quamuis id exigat materia, uos tamen cũ sitis catholici, istis monitis nõ multum indigeris: & apud quos opus esset hæc dicere, non audiũr illa, quoniam obicem posuerunt iam olim spiritui sancto, moreq; Turcico non ferunt aduersus errores suos quicquam prædicari: imò ut superent Turcas impietate sua, missas quoq; celebrari apud se non sinunt. Hi itaq; isti sunt homines licentiosi, qui cum licentia cupiunt intrare infernum. Diabolus enim est protector eorum. O domine Iesu Christe, ne sinas obsecro illos sic perire, quin potius illumina nubũ tuum super eos, neq; permitte ipsos in tanta superbia demersos interire. Non fuit animus eousq; extendere materiam illam, sed huc me impulit zelus domini, & salus uestra, omniumq; qui misere adeo nunc à crudelissimis istis tyrannis opprimuntur & coguntur aduersus dei, pontificum, Imperatorum ipsiusq; adeo naturæ leges, ad obseruandas illorum perditissimas constitutiones. Nunc breuiter percurramus quæ restant.

2. 10. ¶ Ex multis quæ adnumerari possent, neq; nulla nec postrema hæc quoq; causa est, quoniam intellectum suum quem à uera fide auocãr, ad errores istos conuertũr, ita submersi in illis, ut quicquid contrarium sapit, etiam
Prouer. 18 audire nolint, iuxta istud Sapiẽtis: Stultꝰ nõ recipit uerba sapientiæ, nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius. sicut enim non potest uidere homo quæ retro eum sunt, ita hæretici ubi semel à fide auersi fuerint, retrospicere non possunt ad fidei ueritatem, tantum in ea quam cœperunt ingredi, semita spinosa errorum pergunt: neq; aliPsalm. 35 ud aut uident, aut considerant, sicut Dauid inquit: Verba oris eius iniqnitas & dolus, noluit intelligere ut bene age

ret. Quid q̄ etiamsi miracula operetur deus, cuiusmodi exhibita sunt plurima aduersus Lutheranos, tunc quoq; recusant credere? Quid quòd nec scripturas, nec rationes solidas patrum accipiunt, nec doctorem aliquem legunt? aut si qui sunt, qui legunt, qui tamen sunt pauciſſimi, ij quoque nō eo legunt animo, ut inde ueritatem colligāt, sed tātum tenebrarum suarum caligine, illa quoque probata sanctorum patrum scripta obfuscant: sicq; eis fit, q̄d prædixit Dauid: Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. & istud quod Isaias ait, Neq; uident, nec intelligunt, ut confundantur. Psalm. 81. Isaię. 44.

¶ Ratio tertia adsignari potest, tum sublimitas credēdorum, tū ruditas intellectꝰ humani. Quomodo Caphar naitis obtusior est intellectus, quàm ut percipiāt credántque, diuina potentia corpus unum in diuersis esse locis posse. Sic etiam accidētia panis sine subiecto in sacramento esse renuunt Lutherani, nolentes credere istud Pauli, captiuandum esse intellectum nostrum ad obsequiū Christi. O quàm hic currus, quod aiunt, bouem trahit, cum oporteat prius credere quàm intelligere, iuxta illud Christi ad Martham: Si credideris, uidebis gloriam dei. Istis autem, qui cum ante fidem cupiunt intelligere, dici potest illud Isaiæ: Nisi credideritis, non intelligetis. (secundum Septuaginta. & ita legit Augustinus) Quicunq; autem uere pij sunt Christiani, intellectum suum eleuant lumine fidei ultra naturam & uires illius, atque admirandi & actoniti stupent omnipotentiam dei. Hoc est quod Augustinus dicit: Deus lumen est, sed pectorum & animarum, non corporum. lumen hoc quisquis non uidet, similis est caliganti in sole. 3. 2 Corin. 10 Johan. 11. Isaię. 7 Augustin.

¶ Magna quoque eius rei causa est negligentia inquirendi auxilij diuini, & socordia credendi. fides enim non ex natura, sed donum dei est. atque ideo nos quoq; decet nimium non tribuere sapientiæ nostræ, sed deprecari dominum pro incorrupta fidei integritate, & clamare: En credimus domine, tu modo adiuua incredulitatem nostram. Et iterum: Domine, adauge nobis fidem. Expresit hoc quoq; Paulus, dicens: Gratis saluati estis per fidem, non ex uobis, quia donum dei est. Nostrates autem neo- 4. Aug. li. 1. retra. ca. 23. Marci. 9 Luce. 17 Ephe. 2

christiani nouellis quotidie chartis inſident, atque ex ſe ipſis indies nouam fidem excogitant, nihil minus facientes, quàm ut illam petant à deo. Errant igitur, & cum aliàs omnis homo ſit mendax, ipſi fiunt mendaciſſimi. Veſpertiliones tantum ſunt hæretici, & ululæ, noctu tantũ circumuolitant, nec unquam ad ſolem perueniunt iuſtitiæ, dum magis amplectunt rancidos hæreticorũ cõmentariolos, quàm iuſta ſanctorum patrum uolumina. Nonne enim ſic eſt? magis placebis neochriſtiano alicui, uel corroſum illi adferens libellum Wiclephi, Rockenzani, Huſſij & ſimilium, quàm ſi recens inuentum, & antehac nunquam uiſum ei adferas librum Auguſtini, Chryſoſtomi, Cyrilli, aut Ambroſij. Quæ ſumma & execranda eſt abominatio, talis plane, ut de ea locutus eſt dominus, dicens: Lux uenit in mundum, & magis dilexerunt homines tenæbras quàm lucem. Quid itaque reliquum, niſi ut tandem perueniant ad principem tenebrarum in æternã damnationem?

Pſalm. 118

11. ¶ Iamiam animus erat uela contrahere: & ecce plures ſe mihi offerunt ratiões, quas etiam oportet euoluere. & quinta quidem eſt, obex peccati. ſicut enim qui male uidet, manu contegit oculos, ne offendant eum radij ſolis: ita & peccatum ſiue confuſio eſt circa peccatum in multis, qui ideo ſolem iuſtitiæ uidere non poſſunt, iuxta illud Iob: Rebelles fuerunt lumini, neſcierunt uias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. Eaq; eſt peccatorũ conditio, ut qui unum fecit, ad plura prolabatur. ficq; q in ſordib⁹ eſt, obſordeſcat adhuc, ſic multi iam homines perditę leuitatis, facilius ad hæreſim prolabuntur: quod ante & peccatis plurimis onuſtam humeris geſtant ſarcinam, & confuſione uelut ueſtimento amicti circumeunt. ſic filij ſacerdotum & monachorum plerunq; ad hæreſes prolabuntur uſurariorum.

9.

Iob. 24

Apoc. 22

¶ Huc pertinet quod inter hæreticos impune licet peccare quibuſlibet, nec aliqua eſt bonæ diſciplinæ ratio, neque enim refert apud eos, ieiunétne aliquis an oret, an feſtum diem ſancte tranſigat, nec quicquam intereſt num confiteatur, num offerat, num audiat miſſas. libere licet

carnibus uesci, cum uolunt & habent, processiones non obseruant, lumina non accendunt, neque dies anniuersarios celebrant. Ecquid hoc ordine facilius? quid hac semita ad gehennam tritius? nam si ad cælum tenditis, ad illam angustam CHRISTI uiam quantocyus properate. Nonne putatis adulteræ placere hoc, cum audit sibi non esse confitendum? an non sic audet quod aliâs uitaret? Nonne monachis & uestalibus arrideat, dum audiunt licere sibi secundum carnem uiuere, dum prædicatores eorum bis stulti & ter mali obganniunt, id ita recte fieri, & à Papistis, quos uocant, immerito prohibitum? Isti scilicet sunt, de quibus Ieremias: Sanabant, inquit, contritiones filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes, pax pax, cum non esset pax. Isti etiam sunt prophetæ mendaces, de quorum improbitate conquestus apud prophetam dominus, dixit: Deceperunt populum meum, dicentes: pax pax, & non est pax. parietem liniebant luto absque paleis. Et deinceps uelut uiuis coloribus aptissimoq; penicillo depingit propheta neochristianorum prædicatores, dicens: Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis, ad capiendas animas. et cum caperẽt animas populi mei, uiuificabant animas eorum. Et uiolabant me ad populũ meum, propter pugillum hordei & fragmentum panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo mèo, credenti mendacijs. Et Gregorius, Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum sub capite uel cubito iacentis ponit, ut qui corripi pro culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quiescat.

Matth. 7.

Jeremi. 8.

Jezech. 13.

Grego. 18. moza. c. 3

¶ Ad hunc modum prædicatores isti carnis, homines attrahunt, dum eis omnem uitiorum colluuiem libere permittunt, dum missas & uigilias explodunt, ieiunia & confessionem etiam in exilium relegant. Væ autem istis qui dicunt malum bonum, & bonum malum: qui ponunt tenebras lucẽ, & lucem tenebras: qui ponunt dulce amarũ, & amarum dulce. Væ uobis qui sapiẽtes estis in oculis uestris, & apud uosmetipsos prudẽtes. Aut potuisset ne

Isaiæ. 5

pheta magis proprie depingere sceleratam istorum malignitatem, qui execrabiles sunt omnino, iuxta illud Salomonis: Qui dicunt impio, iustus es, maledicent ei populi & detestabuntur eos tribus: qui arguunt eum, laudabũtur, & super ipsos ueniet benedictio. Certe magna istorũ errorum causa sita est in peruersis prædicatoribus, de quibus Paulus: Inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

Prouer. 24

Titi. 1.

¶ Multa dici possent de flagitijs & sceleribus neochristianorum, sed nunc mitto. Miror tantum auditorum illorum stupiditatem, quos sane uel non satis bonos, uel minus prudentes esse oportet, q̃ dum audiunt prædicatorum suorum instabilitatem, inconstantiam, & pugnantissimam contrarietatem: tamen pertinaciter adeo ipsis credunt & adhærent, nõ credituri tantum uel Augustino uel Chrysostomo, etiam si uiuos audirent. Verum non possunt isti quicquam constans & firmum efficere, quia impius opus facit instabile.

Sapien. 11

11. ¶ Ad extremum coronidis loco lubet rationes adhuc tres adnectere, & septima quidem superbia est & huiusmodi philautia, ut ipsi sibi placeant homines. sic Hieronymus in multis locis matrem hæresum facit superbiam. Hoc est quod propheta dicit: Arrogãtia tua decepit te et superbia cordis tui. addit Glossa, Quilibet hæreticus arroganter nimium de se prædicat, quoniam superbia facit hæreticum, non ignorantia. & Bernardus ait, Superbo oculo ueritas non uidetur, sed syncero.

7.

Hiero. sup Osee. 4.
Abdię. 1
Habac. 1
Iere. 49.
Bernar.

¶ Non inferiorem porro superbia efficaciam hic habet auaritia. sic enim Sapiens dicit, auaro nihil esse sceleſtius, quoniam & animam suam uenalem habet, & in uita sua proiecit intima sua. Aut cur putatis multos etiã præclaros uiros, Lutheranos & Zuinglianos fieri, nisi q̃ uidẽt opulenta ibi aliquot cœnobia diripi, census ui occupari, decimas, anniuersaria & fraternitates abrogari, indeq; sperant quæstum? neq; adeo tamen illi inhiant, ut negligant ecclesiam, prouident enim ei de tribus aut quatuor etiã scilicet bonis (ita coram plebe pollicentur) & doctis prædicatoribus, de quorum salario quicquid reliquũ est, quæ.

8.

Eccl. 10.

ris in quem conuertatur? inepte, id totum in publicam & diuitem arcam congeritur, sane in arcam diuitem, unde nihil sperandum sit pauperibus, quorum solo prætextu cæteri interim fiunt opulentissimi, dum istis algere & esurire licet fortiter. Præclare enim hic agitur, quia quamuis sancti contemnantur, interea tamen aureæ & argenteæ ipsorum arcæ, imagines, thuribula, calices confringũtur, & quæcunq; alia sunt uasa deo cultuiq; diuino dicata, in profanos usus conuertuntur. O quàm non attendunt exẽpla regis Balthasaris, Antiochi, Heliodori, & ex præcipuis Pompeij Magni, qui cum antea maximos gessisset triumphos, ubi primum templa uiolare cœpit, infelices semper habuit exitus. Et quid inde sperandum, nisi partim æternum supplicium, partim non plus fructus quàm ex auro Tolosano, cũ nihil hic felicitatis, nihil fortunæ bonæ esse queat? missas abrogant, sacerdotia abolent, census corradunt egregie, neq; uident illud oraculum è Paulina tripode profectum: Quia qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli. radix omnis mali est auaritia & cupiditas. eam quicumq; appetunt, errant à fide, inserentes se doloribus multis. Sed accedat Paulo & alius testis Sanctus Gregorius, & sacrilegos istos prædatores coarguat. Et sacrilegum, inquit, & cõtra leges est, siquis quod uenerabilibus locis relinquitur, prauæ uoluntatis studijs, suis tentauerit compendijs retinere. Accede autem & tu sancte pater Hieronyme, & da testimoniũ aduersus sacrilegos istos: Amico rapere quicquam, furtum est: at ecclesiam fraudare, sacrilegiũ est. Atq; huiusmodi flagitiũ graui semper supplicio etiã apud idololatras punitum est, autore Lucano:

Daniel. 5.
2. Mac. 3 & 5.
Josephus
1. Tim. 6
Gregorius.
Hieronym.
Lib. 3.

Quis enim læsos impune putaret
Esse deos?

9. ¶ Ad hæc omnia multum facit inordinata uoluntatis adfectio, sicut nunc, proh dolor, plurimi Lutherani fiunt ob inueteratum suum odiũ, quod semel aduersus clerum uniuersum conceperunt. unde & prædicatores suos instigant ad inuehendum contra Papam, pontifices & sacerdotes. Quis enim hæreticorum, inquit Hieronymus, non despicit ecclesiasticos? Quis hæreticorum non exultat in malis eorum? Et tales quidem homines irrequieti,

Hiero. super Abdiã

Gerſonis notabile dictum.

ait Gerſon, corrumpunt omnem ordinem hierarchicum, non in eccleſia tantũ, ſed & in ſeculari politia. tales infecerunt regnum Angliæ, deſtruxerunt ſtudium Pragenſe, & uſque ad Scotiam peruenerunt. Quid ſi pius ille pater reuiuiſcens, in hæc noſtra redeat tempora? quid obſecro dicturus eſſet, conſpicatus Lutherana rabie laborare tot inclytas, illuſtresq; regiones, Morauiam, Liuoniam, Daciam, Pruſſiam, Saxoniam, Haſſiam, & quaſdam alias, quam uis non ex integro, quia deus reſeruauit ſibi aliquot millia, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal?

¶ Sufficiant igitur hæc in præſentiarum dicta, diſcantque hinc neochriſtiani, ſe non excuſari de ignorantia, nihilq; eſſe quod clamitant, ſe, quicquid faciunt, animo bono facere, in laudem & gloriam dei. Quia ſic Iudæi quoque rati ſunt obſequium ſe præſtare deo, quum CHRISTVM crucifigerent, Stephanum lapidarent, Matthiam alioſq; apoſtolos & martyres occiderent, & tamen grauiſſime in hoc peccârunt. Nos iam communibus uotis deprecemur dominum, ut gratia ſua clementer illuminare dignetur omnes, quotquot ab unitate fidei catholicæ defecerunt, quatenus & ipſi ſemota cæcitate agnoſcant errorẽ ſuum, pœnitentiã agant & confiteantur, planéque deſiſtant: & ſic ad unitatem fidei reuerſi, nobiſcum noſq; cum ipſis ad unum illud ouile CHRISTI perueniamus, gloriam conſequuturi felicitatis æternæ, quam nobis concedat Ieſus CHRISTVS in ſecula benedictus, Amen.

IN CELEBERRIMA ET SANCTISSIMA FESTIuitate Pentecoſtes, Euangelium Iohannis XIIII.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos nō seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum uobis, apud uos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Non quo modo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur cor uestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. uenit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

HOMILIA

Dilectissimi in CHRISTO fratres, hac tam solenni festiuitate, deus pater & filius spiritum sanctum miserunt charissimis discipulis, iuxta promissum. Venit ergo spūs sanctus cum sonitu uehementi, & in specie linguarum ignearum, ad declarandum quia corda eorum uenerat inflammare & incēdere igne diuini amoris: cuius incendium internum, linguæ istæ externę significabant. Quamobrem euangelium hoc hodie legi ordinauit eccle sia, quando dixit dominus discipulis: Qui diligit me, man
Gregori°. data mea seruabit. Quo unico uerbo mendacij coarguit plerosq; neochristianos. quis enim est qui cum interroga tur an diligat deum, nō respondeat se diligere illum? At nos, si uerum scire uolumus, adcommodemus illam soli-
Joh. 8. dam & certam amussim Christi uerbum: Qui diligit me, mandata mea seruabit. Ideoq; cum pauci sint, qui manda ta dei custodiant, pauci quoq; diligunt deum: quoniā pro batio charitatis, exhibitio operis est. Atq; hoc Iohannes
1. Johan. 2 etiam testatur, inquiens: Hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. & paulo ante: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo ueri-
Johan. 14 tas non est. Potest hoc etiam ex uerborum circunstantijs colligi. interrogauerat enim illum Iudas Thadæus, dicēs:
Augustin. Quid est quod nobis te manifestaturus es, & non mūdo? Quæsierat ecce, ait Augustinus, discipulus de domini manifestatione, & audiuit de dilectione atq; mānsione, quia di lectio discernit sanctos à mundo: & quibus Christus dat su am dilectionem, illis donabit in fine suam manifestatio-nem, & diligentibus ipsum manifestabit se. diligentes aūt eum, nō sunt mundus hic, quoniam sic etiam Iudas inter-
Chrysost. rogauerat illū ex dilectione, ut testatur Chrysostomus. Cum plura hic dici possent de seruandis mādatis dei, quo-
Deut. 6 niam in corde, ore & opere custodienda sunt illa, sic Moy ses ait, Verba quæ præcepi tibi hodie, erunt in corde tuo (ecce cor) & dices ea filijs tuis (ecce in ore) & ligabis quoq;
Johan. 14 in manu tua (en operis consummationē) ita Christus etiā ad discipulos: Qui habet mandata mea & seruat ea, hic est qui diligit me. Et si bene expendas textum ipsum, uidebis quomodo CHRISTVS doceat discipulos suos. cum enim dixisset, Mundus non uidebit me, sed uos, Et deinceps, Ma

nifestabo eis meipsum, quæsiuit Iudas, quomodo se ipsis, & non mundo manifestaturus esset. Illud autem quod dixerat dominꝰ, uos, Iudas de solis apostolis intellexerat, quòd nunc dominus de fidelibus omnibus diligentibus se, dictum ostendit: estq; hæc cõmunis & uniuersalis regula, dominum hoc de omnibus credentibus intellexisse, q̃modo dubitans alicubi Petrus quæsierat: Ad nós ne dicis parabolam istam, an ad omnes? Et alibi dominus ipse quibus edisserat aperit, dicens: Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate. Quibus omnibus, nisi electis & dilectis suis ad corpus eius pertinentibus, quod est ecclesia? Non ijs itaq; tantum locutus est CHRISTVS, qui loquentem audierunt, sed & apostolorum successoribus, maioribus nostris, nobis & posteris nostris, quotquot credituri sunt in illum. Cyrillus. Matth. 24. Marci. 13. Aug. ad Esitium.

2. ¶ Sequitur, & pater meus diliget eum. Ecce quisquis CHRISTVM diligit, uicissim diligitur à patre, sicut deinceps dixit dominus, & pater diligit uos, quia dilexistis me. Ex utraq; illa dilectione patris & CHRISTI, quid sequatur, porro declarat cum ait: Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ecce sapientiam Christi, ecce benignitatem & miserationem dei. Solus interrogauerat Iudas, quomodo manifestaturus esset se ipsis & non mundo, dominus respondet & promittit, nec illi tantum qui quæsierat, neq; solis apostolis, sed omnibus credentibus, se cum patre uenturum & mansionem ibi facturum: nam de spiritu sancto iam antea dixerat, Apud uos manebit & in uobis erit. Pensate fratres charissimi, quanta sit ista solennitas, habere in cordis hospitio aduentum dei. Vide tamen duo hæc esse, ad eum ueniemus, mansionem apud eũ faciemus: quo significare uoluit dominus, se non apud omnes mansionem facere ad quos uenit, quoniam sunt nõ pauci, qui pœnitentia acta conuersi ad dominum, tempore tribulationis recidunt in priora peccata: apud hos sane mansionem nõ facit deus, sed quisquis uere diligit deum, adeo ut tam obfirmato sit animo per charitatem, quod non decidat in aduersis, ibi denicq; mansionem facit dominus. Et hæc quidem trium personarum mansio in anima hominis fidelis præfigurata Johan. 16. Augustin. Johan. 14.

Gene.18 est tũc, cum tres angeli hospitio accepti sunt ab Abraam, qui tres illos uidit quidem, sed unum adorauit. Meminit eius rei Paulus ad Corinthios. dicit enim dominus, habi-
2. Corin.6 tabo in eis, & ero eorum deus, & ipsi erunt mihi in popu lum. Ita uir ille dicit prophetæ, Fili hominis, locus solij
Jezec.43. mei, & locus uestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel. O bis felicem, ò ter quaterq; beatũ, ad quem hodie uenit spiritus sanctus simul cum patre & filio. Væ istis, ad quos illi uenire recusant. Væ etiam ijs ad quos cum uenerint, mansionem tamen apud eos nec inueniunt, nec faciunt ullam, sicut apud Saulem, qui
1. Reg.15. quàm bonus erat primulum, tam perditus & peruersus de inde factus est. Rationẽ porro reddit dominus, qa qui non diligit me, sermones meos non seruat. Ecce quàm in charitate positum hoc est totum, adeo ut quisquis non di ligit Christum, neq; patrem deinde uisurus sit, nec spiritum sanctum: & ut maxime filium conspecturus sit ueniẽ tem iudicem, tamen hoc illi eueniet non ad consolatio-
nem, sed iudicium. Sũt qui superiora omnia de manifesta
Chrysost. tione intelligant resurrectionis, qua per dies 40. uisus est discipulis: nos tamen nostrã hanc expositionem eo lubẽ tius adduximus, quòd ad nos & omnes fideles se extendit, omnes enim nos paratos, hodie uero maxime, esse addecet ad hunc spiritum sanctum suscipiendum, totamq; tri-
nitatem. unde dici etiam nobis quear, Templũ dei sanctum
1. Corin.3. est quod estis uos.

3. ¶ Quur autem seruandi sint sermones sui, iam porro causam aperit, dicens illos non esse suos, sed eius à quo missus erat patris. Quid enim aliud est uerbum Christi, nisi euangelium? & hoc quid aliud, quàm dei patris mandatum? Sic ille firmamentum, ut inquit Cyrillus, in medi
Cyrillus. um adferre uoluit, quo audientium mentem inuicto con firmet robore, ut Iudæorum spreta imperitia, euangelicam magno animo sequantur doctrinam. Sic alibi ait: Do
Johan.7 ctrina mea nõ est mea, sed eius qui misit me, patris. Et ad Nicodemum, quem misit deus, uerba dei loquitur. Ad Iu
Johan.11. dæos quoq; clamat: Quia ego ex me ipso non sum loquutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatũ dedit, quid dicam aut quid loquar.

¶ Non ita accipiendum tamen hoc est, quasi doctrina Christi sua non sit. una enim est omnium trium personarum, hoc ergo tantũ uoluit, quòd a se conficta nõ sit, uel etiam quòd non sua tantum sit, sed & patris & spiritus sancti. sancta itaq; & salubris illa fuit, & à Iudæis nihil minus quàm contemnenda. Augustinus sic habet: Quum non à se ipso sit filius dei, neq; de se ipso loquitur: nam & essentiam suam & operationem & sermonem omnem a patre habet. & suus itaq; est sermo, quia loquitur illum: & simul non suus, quia non à seipso loquitur. Deinde aliter exponit, cui etiam consentit Gregorius, quòd seipsum uoluerit intelligi, quia in principio erat uerbum. non itaq; suum, sed patris est uerbum. quomodo nec sua imago est, sed patris. Sin autem hoc CHRISTI uerbum de humanitate ipsius intelligatur, facilis est sensus. siquidem doctrinam euangelicam humanitas CHRISTI à se non habet, sed à deo. Vnde discant omnes prædicatores sic pro concione dicere, ut simul uere possint dicere cum Christo: Sermo quem loquor, non est meus, sed eius qui misit me, patris. dico uere, ut possint illud profiteri contra neochristianos, qui cum clamitent uerbum se prædicare dei & euangelium, nihil tamẽ aliud prædicant quàm somnia sua, suasq; hæreses, identidem ut cuculus cantilenam eandem occinunt. Augustin. Gregorius.

¶ Quærere tamẽ poterant discipuli, q nã ille esset sermo patris. Respõdẽs itaq; dñs, ait: Hic ipse quẽ loquut' sum uobis, cũ adhuc cõuersarer in carne. Geminã plane sic nobis eẽ insinuat mãsionẽ. Alia eñ ẽ illa, quã ꝓmisit futurã: hęc uero alia, quã ꝓsentẽ eẽ testat: illa spũalis est, atq; intrinsecus mentib' reddit: hæc corporalis, forinsecus oculis atq; auribus exhibetur. Et illa est de qua dixit: Ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Sic uerbum incarnatum & manet & recedit, recedit corpore, manet diuinitate. addit Cyrillus, Quando nobiscum CHRISTVS ratione deitatis non manet, qui omnia replet, & à nulla re abest? Ab homine igitur dictum est, Hæc loquutus sum apud uos manens. Sic prophetia Baruch impleta est: In terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Augustin. Matt. vlt. Gregor'. Cyrillus. Baruch. 3

4. ¶ Quum iã sæpe prędicationẽ Christi audissent apo

stoli, neq; tamen intellexissent, quãobrem sæpius ipsum de intellectu interrogabãt, ut Petrus, Thomas, Philippus & Iudas in cœna, cogitare apud se poterãt: Quid est quod sermones suos non intellectos toties audiuimus? Idipsum præuenire uolens, subiunxit dominus: Paraclitus ille quẽ mittet pater in nomine meo, docebit uos omnia. Caueta men tu suspiceris tantum Christum loqui, & spiritum sanctum docere solum. utrunq; enim illud commune est tribus personis, sed ita, quoniam trinitas est, oportebat singulas insinuare personas, easq; nos distincte audire, inseparabiliter intelligere. Atq; non apostolis tantum, sed uniuersæ ecclesiæ doctorem illum paraclitum dedit dominus, unde etiamnum illam docet, regit & gubernat, ne quaimpingat aberrans infide. Magisterium autem illud spiritus sancti deserũt hæretici omnes & schismatici, cumq; fontẽ fidei relinquant, reliquum nil est, nisi ut in miserabiles concidant errores.

Augustin.

¶ Et quàm pulchre omnia docuerit spiritus sanctus discipulos, nonne uel hac una die satis manifeste apparuit, quãdo intrepidos & fortissimos illos reddidit ad prædicandum cum fructu, & quidem tanto, ut prima statim die ad piscatoris uocem cõuerterentur tria millia hominum, & baptizarentur? sicq; omne id quod obscurum eis fuit antea, iam hodie intellexerunt manifestissime, quodcunque ad ædificationem fidei faciebat & ecclesiæ. Duo itaque CHRISTVS commemorat, quæ spiritus sanctus facturus erat docturus eos omnia, & suggesturus etiam quæ CHRISTVS dixisset. suggerit autem spiritus sanctus, non quod scientiam ab imo inserat, sed ab occulto, & docuit ille quidem quęcunq; non dixerat Christus, suggessit uero, quæ cũq; obscurius dixerat dominus: uel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non poterant apostoli. Quæ magna eis fuit consolatio, quòd discendi finem nondum haberent, amisso tamẽ magistro, alium habituri essent doctorem, eumq; manifestum, qui docueret omnia: impletumq; sic est illud dictum Iob, Inspiratio omnipotentis dat intelligẽtiam. Quomodo autem id factum sit, refert Gregorius, & ait: Nisi idem spũs cordi adsit audientis, ocioſus est sermo doctoris: nisi intus ſit

Gregori⁹.

Theoph.

Chrysost.

Iob. 32.

Gregori⁹.

qui doceat, doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Et hinc illud est, quod multi sermonem aliquem audientes, non æqualem fructum inde reportant: quoniam doctor internus quosdam specialiter docet, alios non item. Quò facit illud Iohannis: Vnctio uos docebit de omnibus. Hanc nimirum unctionem didicit ecclesia iam inde à tem poribus apostolorum usq; ad nos: neq; spiritus aduentum expectauit Lutheri, Zuinglij, Oecolampadij, Regij, Capitonis, Buceri, & similium, quos recte hominum monstra, non homines credas. Admirandum autem hic quoddam diuinæ sapientiæ considera mysterium. quamuis enim opera trinitatis sunt indiuisa, tamē aliqua certis adpropriantur personis. Ecce quàm pulchre conueniunt omnia, deus pater mundum condidit, deus filus humanum genus redemit, spiritus autem sanctus ecclesiam docuit. 1. Johan. 2

5 ¶ Cæterum quando ne iota quidem periturum est de uerbis domini, neq; hæc etiam frustra dicta erunt, quē mittet pater in nomine meo. Mittetur enim paraclitus ille sic in nomine meo, quòd nihil alienum à me, uel meis uerbis contrariū docturus sit, sed in gloriā nominis mei. Theoph. Potest tamen & in hunc modum intelligi, quòd in nomine filij uenturus erat spiritus sanctus. Quia sicut in nomine patris uenerat filius, eo quòd filius esset dei patris: ita spiritus sanctus uenturus in nominē filij, iuxta illud Pauli, Misit deus spiritum filij sui. Neq; tamen sic consolari desinit suos, addit insuper: Pacem meam do uobis, pacē relinquo uobis. Multa de pace dici possent, re utiq; pia, sancta & Christiana professione dignissima. sed ego uos admonitos iam tantum uolo, ut sectemini pacem, quam Christus quoq; discipulis suis abiturus ad patrē reliquit, & unice commendauit. & uos itaq; pacem sancte obseruate, si modo Christiani ita esse cupitis, ut dici uehementer optatis: quia ubi pax, ibi & deus est & omnis felicitas: ubi contentio & discordia, ibi diabolus & genus omne malorum. Quòd porro geminauit pacē, eò refert Augustinus, quoniam pacem nobis relinquit in hoc seculo, pacēq; suā dabit in futuro. Pacem nobis suam relinquit, qua superemus inimicum: pacem dat, ut sine hoste uiuamus: pacem, inquam, relinquit hic nobis, abiturus ad patrem: pacē dat Galat. 4. Augustin.

Ephe. 2. 1. Petri. 2. nobis, nos adducturus ad patrem. Imò & Christus ipse pax est, qui facit utraque unum, Iudæos scilicet & gẽtes in unitatẽ fidei congregans.

¶ Etiam hoc temere non est, quod distinctim ait: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. neque eñ idem relinquere est & dare, atque ea quidem quam relinquit, pax nostra est, ut eam possumus ipsi accipere: quam uero ipse dat, in cælis est, illamq; tantisper habere nõ possumus, dũ in nobis lucta est carnis & spiritus. Vt tamen huc quoq; pax est, quam habere possumus secundum hominem interiorem. imperfecta tamen ea est, quàm diu legẽ habemus in membris nostris repugnãtem legi diuinæ. Equidẽ, quamuis non negem tam corporalem quàm internam pacẽ bonam esse utranq;, tamen crediderim præcipue hic loquutum esse Christum de pace animæ & conscientiæ, ut ait Paulus: Pax dei quæ superat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligẽtias uestras. Atq; ideo adiecit dominus: Non sicut mundus dat, ego do uobis. mundus pacem dat, sine bellis & seditionibus, sed non ad gloriã dei: quin potius ad promouenda mercimonia, & manu tenẽdas tyrannides, & id genus alia negocia mundi. Quæ nõ tam pax uera est, quàm fucus quidam pacis: quoniam in isto genere pacis etiam confœderati plerunq; inter se dissentiunt, alter alteri insidiatur & pessime loquitur. Profecto pax uera esse non potest, ubi non est concordia, qa disiuncta sunt corda. Quisquis autem diligit deum, mandata eius seruat: ad quem ueniens pater mãsionem facit, hic pacem ueram habet, quum interim non sit pax impiis, sed tantum diligentibus deum, & facientibus bonum, & in quorũ operibus non minus quàm corde & ore spectetur dilectio, quæ ociosa nunquam est. operatur enim magna, si est: sin uero operari renuit, iam non est dilectio. In hac probatione frigidi, imò nulli comperientur neochristiani: qui quicquid in uniuersum est bonorum, contemnunt & eludunt, tantum abest ut quid boni faciant. Vos aũt mandata dei seruate: diligite deum, & uicissim ille uos diliget, mansionem etiam facturus in cordibus uestris, quum uenerit ad uos. O enim felices uos, qui tantæ gratiæ participes efficimini. uere uobis ille pacem suam re-

Roma. 7 Philip. 4. Augustin. Augustin. Isaię. 57 Gregorio.

linquet conscientiæ bonæ, quam deinde perficiet in uita æterna. Id adeo tu facere dignare fili dei CHRISTE IESV, q cum patre uiuis & sancto spũ, in secula benedictus, Amen.

ALTERA HOMILIA
in die sancto Pentecostes.

APpropinquante iam persecutione discipulorum, magnaq; perturbatione eorundem ex passione & morte Christi, multis modis ille cõsolatus est eos tanquam pastor bonus: & inter cætera promisit eis, quòd si dilexerint illi deum, ipsiusque mandata seruauerint, uicissim dilecturus sit eos: deinde pollicitus est eis se missurum paraclitum spiritum sanctum, qui docturus ipsos sit omnia, & in hoc pacem suam eis reliquit & dedit. Tandémque concludit hoc caput iisdem quibus exorsus fuerat uerbis, dicens: Non turbetur cor uestrum, neque formidet. audistis enim quia dixi uobis: Vado, & iterum ueniam ad uos. Homo abiit, manfit deus. Oculos deseruit, cor non dimisit: atque ideo ipsos non perturbari iussit intellectu, ut excciderent fide ad aliquem declinantes errorem, neque uoluntate ad decrementum charitatis, audientes illum rediturum, sicuti reuersus est in morte singulorum apostolorum, & rediturus adhuc est in extremo iudicio, iuxta illud CHRISTI uerbum: Iterum redibo ad uos, & gaudebit cor uestrum. Potest etiam ad uerba præcedentia sic referri, quia prædixerat se abiturum, & paraturum illis locum: tũcq; reuersum adsumpturum eos ad seipsum. Ita quod hic multis uerbis dixerat, breuiter iam repetit: atq; ad hunc sensum facilis est intellectus horum uerborum, cum ait: Vado & uenio ad uos, per passionem & mortem discedo à uobis ad patrem: rursusq; uenio ad uos in morte uestra, & tũc adsumam uos ad me ipsum. sunt enim quidam, qui credunt Christum apparere sanctis & fidelibus in morte sua. & in electis quidem plane ita sentio, maxime uero apostolis, quos in hoc sibi ex uniuerso mundo elegerat, ut fidem plantarẽt ecclesiæ. Cum autẽ ijs omnibus nihil aut certe parum promouisset apud apostolos Christus,

Johan. 14

Johan. 16

Johan. 14

illiq; non definerent tristari, porro reprehendit eos, dicens: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem. quasi diceret, Videmini uobis diligere me, atque ideo grauiter & moleste fertis abitum meum. Verum non est hæc solida dilectio, quum impedire conamini gaudium meum, salutem uestram. nam abiens summũ mihi gaudium cõparabo, uobisq; idem præparabo. Neque aliter omnino se hic res habuit, quàm si quãdo parentes filios suos à se ablegare recusant nimio amore, quo erga illos ducuntur: sicq; indulgentiori educatione perire apud se finunt, quos poterant ablegatos à se seruare in summum illorũ commodũ suumq; honorem. Et in tali casu non parum & reprehendenda uenit, & in culpa esse iudicatur immodica parentũ dilectio, si sic pereãt liberi. Simili namq; modo discipuli quoq; cupiebant, nimia corporalis præsentiæ dilectione moti, retinere apud se Christũ, qui magis charitate uera gaudere debebant de abitu illius ad patrẽ, quũ & ipse eis dixerat: Expedit uobis ut ego uadã.

Johan. 14

2. ¶ Eius rei rationẽ deinceps reddit, & ait: Pater eñ maior est me. Hæc nimirum, fratres, sunt illa uerba, unde Arrius uenenum exuxit, quo uniuersum mundũ defatigauit, nescio an dicam magis infatuauit, quin potius dicam utrunq;. non fuit enim unquam hæresis uel amplior, uel pestilentior. fuerunt quidem sæpe hæreses maiores, sed hæc una omnium maxime nocuit. Siquidem & latissimas, profundissimasq; radices egit, & in capitibus ecclesiæ diutissime durauit. Ecce enim orta primum in Alexandria Aegypti, totam statim inuasit Aphricam, infecit Græciam, Asiam, Italiam, Galliam, Hispaniam, & quòd penè cum lachrymis dico, in nostram quoq; prorupit Germaniam. nam & Moguntiam usq; peruenit. Quid quòd & imperatores aliquot, reges nonnulli, & principes plurimi, neq; pauci episcopi hac hæresi infecti fuere? Sentẽtia aũt illorum hæc fuit: Quum hic dixerit dominus, patrem se maiorem esse, Christum quoq; seu filium dei, deum uerũ non esse, sed summam tantum creaturam dei. Quæ extrema est blasphemia, filiũ dei summo & maximo illo quod habet, uelle spoliare scilicet diuinitate. aut quid contumeliosius filio dei tribuere potuissent, nisi ipm deum uerum

Eusebi in eccle. hist.

non esse? Merito itaq; catholici fortiter se opposuerũt aduersus istam impudentissimam hæresim, & eorũ aliquot millia sanguinem pro fidei ueritate effuderunt. Si enim filius dei deus nõ esset, sequeretur alia hæresis, spm̃ sanctũ quoq; deum non esse, sicut deinceps sensit Macedonius. Et quamuis hæresis ista in illo sanctissimo concilio Niceno est condemnata sub Cõstantino Magno, nõ defuerunt tamẽ postea homines temerarij, qui concilium quoq; illud contemnerent, & hæresim istam quacunq; ui & uiolentia tueri conarentur, præsidijs adiuri Imperatorum & imperatricum, puta Constantiæ, Valentis, Iustinæ, Humerici, Vuandali, & multorum regum Gothorum. Et tamen triumphauit inuitis omnibus ueritas catholica, quando per Valentinianum, Theodosium, Gratianum, & alios pax restituta est ecclesiæ. Quumq; imperatores hæretici undequaq; in oppidis templa dedissent hæreticis occupanda, ita ut in una ciuitate essent in hoc tẽplo catholici, in alijs hæretici, atq; quotidie tumultus, factiones & seditiones mouerentur, cædes undiq; essent & homicidia, nusquam pax aut requies: inter hæc omnia ex multis alijs fortissimum se præbuit patriarcha Alexandriæ Athanasius, qui multas antea persequutiones passus erat ab hæreticis, & aliquoties in exilium eiectus, fugerat Treuerim ad Sanctum Maximinũ, ibiq; composuerat symbolum illud fidei catholicæ, Quicunq; uult saluus esse. Hoc eo libẽtius multis uerbis enarraui, quòd nunc quoq; sunt, qui de malignitate sua gloriãtes, iactant suis damnatis erroribus indies tot accessisse principes, urbes, pagos, & nescio quid nõ. Verum uos ijs omnibus ne minimum quidem moueamini, quin magis in ueteri illa indubitata fide perseuerate fortes, atq; ab ecclesia ne recedite. Nec curate si principes & optimates nunc fiant hæretici: olim iam olim idẽ quoq; contigit in regibus & imperatoribus, necnõ episcopis malis, quod qui historiarum sunt periti, facile nõrunt, Arrianam hæresim altiores egisse radices apud imperatores, reges & principes, quàm uel Lutheranam istã, uel Zuingliana, cum Imperatorem habeamus & regem maxime catholicos. Et uos itaq; charissimi, constantes estote, & in fide fortes. neq; tantilli facite, si quando auditis quosdam

excidere nauicula fidei. Magis orate deũ, ꝓ gr̃a & firmitate ꝑseuerãtię aduersꝰ om̃e genꝰ hęresum. Simulq; sperate & cõfidite ĩ deũ, qm̃ & hãc hęresim extirpabit, ut cęteras.

3. Nunc hæc ipsa CHRISTI uerba dispiciamus, unde Arriani hæresim suam desumpserunt. CHRISTVS sic dicit: Vado ad patrem, qa pater maior me est. Verba hæc qsquis uere expendit, uidet utique CHRISTVM uoluisse in hoc patrem se esse maiorem, in hoc quòd ipse abijt ad patrem: abijt autem ad illum secundum formam adsumptam, formam serui. qd multa? secundum humanitatem.

Augustin. Et quũ in CHRISTO naturæ duæ sint, secũdum diuinam patri suo æqualis est, imò unum quid cum patre: sed secũ

Philip. 2 dum humanam pater illo maior est. Temere itaque incendium tantum inde parârunt Arriani, quod mirari debebant magis & suspicere, illud scilicet, quod propter homines adsumpsit filius dei, q exinaniẽs seipsum, formam serui suscepit. Quum itaque CHRISTVS secundum diuinitatem æqualis sit deo patri & semper cum ipso, nunc quoque apostolis indicat, si diligerent ipsum, eos gaudere debuisse, quòd humanitatem quoq; suam iam secum inferret cælo. Et certe argumentum amoris discipulorum

Cyrillus. erga Christum fuisset, non dolere ipso abeunte secundũ humanitatem, sed cum Psalmista gaudere, cum diceret: Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate deo in uoce ex-

Psalm. 46 ultationis. Et hæc cõmunis Augustini, Hilarij & Chrysostomi sententia est. ait enim Augustinus obiurgãs hæ-

Augustin. reticum, Quid igitur hæretice? cum CHRISTVS sit deus & homo, dũ loquitur ut homo, tu calumniaris deo: dum ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? infidelis, ingrate, ideó ne tu minus diligis eum qui te fecit, quia dicit ille, quòd factus sit propter te? Vbicunq; aliquid in sacris literis reperitur, quod

Regula. diuinæ naturæ non competit, id totum humanitati tribuendum est, ut cum dicitur aut legitur, mortuum esse CHRISTVM, esurire, esseq; patre minorem, hæc omnia de humana natura sunt intelligenda: de diuinitate autẽ uerum est illud uerbum CHRISTI, Ego & pater unum

Johan. 10 sumus. Estq; hoc cuilibet Christiano pro certo habendũ, CHRISTVM secundum diuinam naturam unum quid eẽ

cum deo patre & spiritu sancto, unamq; trium personarum esse potestatem, sapientiam, bonitatem, maiestatem, gloriam & æternitatem, sicut infra in dominica trinitatis disseremus. Non desunt tamen ex neochristianis quidam, qui Arrianis & sceleſtiores sint & magis impij. nā sunt qui scripserint Christum non solum deum uerū non esse, sed & hominem purum. Tantum potuit malignitas hominum istis perditissimis seculis.

4. ¶ Diuinitatem porro suam discipulis probat dominus, & dicit: Et hæc dixi uobis antequam fiant, ut cum facta fuerint, credatis. Ecce quia certo adeo futura contingentia prędicere soli deo proprium est, certo hinc suā concludit diuinitatem. Non tamen id sic intellige, quasi illi tunc demum credere debeant quæ prædixit, cum facta fuerint, quæ exigua & penè nihili esset fides. Verū hæc Christi sententia est: Quum futurum est, ut rursus ueniā ad uos in specie uisibili, tunc cætera quoq; credite inuisibilia quæ dico uobis, ut me esse filium dei. Vel etiam declarare hic uoluit, fidem eorum quæ iamiam ruitura erat in passione Christi, rursus confirmandam in resurrectione. Et est hoc sane stabile firmūq; deitatis Christi pignus, futurorum prædictio. Ostendens autem se adeo cito resurrecturum, designauit se plusquam prophetam esse, cūcęterorum propherarū nullus resurrexerit. Et hoc eis rursus post resurrectionem suam repetijt, dicens: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscū, quoniam necesse est omnia impleri quę scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Iam, inquit dominus, non multa loquor uobiscum. uenit princeps mūdi huius, & in me non habet quicquam. princeps mundi, diabolus est, non tamen quòd dominus sit illius, quia domini dei est terra & plenitudo eius, sed quòd per uniuersum orbem longe lateq; dominet per idololatriam: quæ quia per euangelium CHRISTI destruetur rursus, uenturiq; sunt etiam ethnici ad cognitionē fidei, ideo dixit CHRISTVS ad Iudæos: Iam princeps huius mundi ejicietur foras. Et uere princeps mundi diabolus, ut qui tam potenter & ualide dominabatur tunc in hominibus mūdanis & carnalibus, ac quorquot trahebat in suo trium-

Augustin.

Cyrillus.

Lucę. vlt.

Psalm. 23

Johan. 12.

Gene.3 pho captiuos, qui etiam primum hominem Adamum deceperat in paradiso, qui fune peccati originalis adstrinxerat omnes, præ cuius tyrānide nemini licebat ingredi cælum. Quod autem aduenies ille nihil inuenturus sit in Christo, intelligit Augustinus eò pertinere, quòd nō creaturaꝝ, sed peccatorum princeps sit diabolus. Sed quo tādem modo uenit? in malis, inquit Cyrillus, & peruersis ludæis, qui Christum tradiderunt in mortem citra omnem mortis causam, uel ipso diaboli subministro Pilato testante, qui quoties tandem dixit, Nullam in eo inuenio causam?

Augustin.

Cyrillus.

Matth.27

¶ Equidem credidero facile eò quoq; uerbum hoc pertinere, quòd cum maxime hominem iam moriturū uisitet diabolus, iuxta illud, Et tu insidiaberis calcaneo illi⁹, Calcaneum autem ultimum uitæ humanæ finē recte intelligimus. Quum itaq; ad mortem singulorum hominū ueniat diabolus, quærens partem suam in illis, ad Christū q̄q; uenit, sed spe sua frustratus, nihil inuenit in eo, atq; ideo merito suam quoq; pristinam iustitiam amisit. Qui enim per membra sua, scilicet Iudam, Iudæos, Herodem, Pilatum, præter omne meritum mortis, Christum uitæ autorem morti adiudicauit, nonne ad omne iustitiæ præscriptum merito ius suum totū amisit, quod antea aduersus homines habuerat? Nunc enim uniuersus mundus confitetur & agnoscit Christum nullam commeruisse mortē, nec naturalem, neq; uiolentam istam crucis: tantum ille patri suo obedire uoluit usq; ad mortem. sicut enim pater filio suo præceperat genus humanum morte propria redimere, ita uolēs omnia ille subiit. oblatus est enim tantum, quia uoluit. Et hoc est quod discipulos suos, mūdūq; uniuersum uoluit scire, se nullo merito mortis, sed sola obedientia patris mortuum esse. Immensa autem suæ mortis utilitas hodierna die innotuit orbi terrarū, quando apostolis misit spiritum sanctum multis modis antea promissum: ex quo statim scientiam simul & robur susceperunt intrepide prædicandi uniuerso mundo, tanto miraculo & stupore, ut in omnibus linguis intelligerentur ab omnibus.

Gene.3

Rosst. sup Dan.

Roma.8

Isaiæ.53

¶ Nos itaq; consideremus apostolos illos columnas &

fundamenta ecclesiæ, quomodo qualesq; eos inuenerit & reddiderit spiritus dei, diligenter contemplemur. sedebant enim omnes pariter in una domo concluſi propter metum Iudęorum, nihil aliud callētes, nisi q; matres eorę quæ pepererant ipsos, nouerant loqui: & tamen ea ipsa uernacula lingua non audebant, qua erāt timiditate, manifeste CHRISTVM confiteri. Aduenięs autem spiritus sanctus, pectora eorum impleuit, oraq; uarijs linguis instituit, animos adeo confirmauit, ut iam alienis linguis eloquerētur CHRISTVM, qui de illo prius lingua sua loqui metuebant: gratia sua mentes eorum accendit, cuius uirtute illi contemptis supplicijs corporum, charitate dīuina superārunt omnem uiolentiam & iniuriam tyrannorum. Tam fortes & intrepidos illos effecit gratia spiritus sancti, ut inde uniuersam ecclesiā exædificarint, sibiq; emeruerint sedes duodecim, quibus iudicent una cum CHRISTO. Nunc porro deprecemini CHRISTVM, ut iam hodie uobis gratiam communicet spiritus sancti, in absolutionem peccatorum, ad illumināndum intellectum, quatenus hic gratiam, illic uitam cōsequamur æternam, Amen. Actuū. 1 Matth. 19

HOMILIAS DE FESTI HVIVS *celeberrimi solēnitate, requirepar te tertia de festiuitatibus.*

FERIA SECVNDA PENTECOSTES, EVANGE *lium Iohannis III.*

Ioh3.3.



IN illo tẽpore dixit Iesus Nicodemo: Sic deꝰ dilexit mũdum, ut filium ſuũ unigenitũ daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitã æternam. Nõ enim misit deus filium ſuum in mũdum, ut iudicet mũdũ, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, nõ iudicatur. qui aũt non credit, iam iudicatus eſt, quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc eſt autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. erãt enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatẽ, uenit ad lucem, ut manifeſtẽtur opera eius, quia in deo ſunt facta.

HOMILIA PRIMA.

VEnientem ad se Nicodemum nocte dominus noster in altissimis fidei catholicæ mysteriis eruiuit.docuit enim illum arcanum istud baptismi sa- Johan.3
cramentum, spiritualis uitæ unitatem, ascensionem suã, passionis & mortis suæ meritum longe maximũ. Et post hæc omnia hodiernum hoc sequitur euangelium, quo rationem ediserit Christus, cur in hunc mundum uenerit missus à patre: cuius immensam erga genus humanũ charitatem miris modis commendat, simulq; suam. nam pater filium quem habebat unicum, misit in mundum, filius ultro obtulit in redemptionem, usq; adeo deus dilexit Chrysost.
mundum. Chrysostomus ait: Ne Nicodemus humanis adfectibus perturbaretur, & omnino interiturum putaret quem in crucem suffixum exaltari iam oportere audierat uide quomodo tollit dubitationem, dum ait se moriturũ dilectione regente patris, & suapte uoluntate. Sed tu ipsa etiam uerba mihi attentius considera: Sic deus, inquit, dilexit mundum. Admirãda hæc etiam, testãte Augustino, Augustin.
dilectio est, ut deus pater unigenitum suum daret pro uita creaturæ: pro redemptione seruorum. Proh pudeat nos, tam maximæ dilectioni nõ uicissim respondere. Aut cui corpori nostro, imò cadaueri parcimus? ut quid pecuniã non expendimus propter Christum, cum uideamus proprio filio suo nõ peperciisse deum? (sic, notat quantitatem ibi. ideo dixit, Sic, usque adeo, aut tantopere)

HÆc itaque causa est, cur ecclesia, quæ rectore gaudet spiritu sancto, euangelium hoc legi ordinârit in feriis Pentecostes. cum enim festiuitas hæc tota tribuatur spiritui sancto, qui amor & charitas dei est, unio quædam patris & filij, ita ut illi & se uicissim & nos quoque diligãt per spiritum sanctum: ideo huc euangelium istud facit, commendans nobis charitatem dei in genus humanum. Considera tu hic mihi, quis nos diligat. Ecce conditor noster deus, qui nos tantum nostra causa diligit, ipse nullius dilectionis indigens. Considera deinde, quanta sit hæc dilectio. Ecce tanta, ut filium pro nobis proprium daret in redemptionem. Considera præterea,

quis & quantus sit qui pro nobis datur: En filius ipse dei, qui & essentialiter ipse est deus, pro cinere cadaueroso & puluere terrulento impenditur. O stupendum sanctissimę trinitatis consilium, ut cum superbus homo adfectârit similis esse deo, ut sciret bonum & malum, spe sua falsus, non modo non similis factus est deo, sed & à sua illa magnifica gloria delapsus, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Ut tamen homo ille pristinæ restitueretur dignitati, Christus illum per lignum in quo peccauerat, rursus redemit, qui filius dei erat in sinu patris, propter hominem factus homo, gloriamq; immortalitatis qua per peccatum destitutus erat, per gloriã suæ resurrectionis homini restituit: quæ quia omnia inenarrabili quadam facta sunt sapientia dei, recte dicit Augustinus, se totis aliquot diebus non satiatum admirabili illa suauitate & dulcedine diuini consilij cõsideranda sup generis humani redemptione. Quò etiam pertinere uidetur illud Dauidicum, Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam.

Psalm. 48

Augustin.

Psalm. 138

¶ Magnus itaque est qui nos dilexit primum, magnus qui & nobis & pro nobis datus est, neq; minor dilectio, qua urgente id totum factum est. ait Augustinus: Audite auribus, accipite mentibus dilectissimi, loquentibus nobis, sed ipso docente, qui non recedit à nobis, dominus dicit, commendans charitatem patris in nobis, quam exhibuit ipse filius moriendo pro nobis. sua siquidem morte à nostra nos morte redemit, ipseq; mortuus mortem interemit, suffigens eam in crucem. & sic qui mortales erant antea, fecit ut essent immortales. Tu itaq; hic admirare profundissimam sapientiam dei. cum enim per inuidiam mors irrupisset in mundum, per inuidiam autem diaboli, uicissim deus uoluit in mundum salutem & uitam uenire per dilectionem suam.

Augustin.

Sapie[illegible]

¶ Post inæstimabile diuini amoris argumentum, iam Christus fructum commemorat nobis ex sua aduentu prouenientem, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. In deum credit, quisquis altissimæ & summæ ueritati super omnia, propter ipsam tantum adhæret, & in illam tendens per charitatem, eidẽ

incorporatur. Qui sane fructus est immensus, nobis inde proueniens, q̄ deus filium suum misit in mundum, ut qui antea morti deputati eramus æternæ, deinceps uitam haberemus æternam. Atq; hinc discrimen exurgit ueteris & noui testamenti. illud temporalia tātum promittebat & caduca, hoc æterna pollicetur & cælestia Ambrosi⁹.

¶ Quām uero tum proprie, tum breuiter, hic æterna dei patris sapientia docet, quid damni uitemus per fidem, puta ne pereamus, deinde tandem quātum adsequamur, scilicet uitam æternam. Nanque ante aduentum suum iam perieramus omnes, qui nunc per fidem illius adserti sumus ab interitu, sicut & Zacharias præuidit: In sanguine testamenti tui eduxisti uinctos ex fouea, ubi aqua nō erat. Commodum autem & fructus, est ipsa uita æterna, iuxta illud, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Et uenisse quidem se iam in omni misericordia, adhuc amplius probat, dicēs: Quia non misit deus filium suū in mundum, ut iudicet mūdum, sed ut mundus saluetur per illum. Atq; hæc quidem prioris sermonis ueluti confirmatio est, q̄ deus ex dilectiōe miserit filium suum in salutem hominum, non in iudicium, sicut & alibi testatus est, inquiens non uenisse se iudicare, sed saluare mundum. Causa igitur aduentus Christi ipsa est salus mundi, quoniam nō uenerat uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Et hoc sibi uult etiam nomen Iesu, de quo angelus dixit: Quoniā ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Eo'q; ipso ostendit se superiorem omnibus esse, qui cunctis retro seculis missi fuerant à deo, quoniam ĩ serui tantum fuerant, hic autem ipse filius dei, & qui solus poterat redimere seruos sui patris. Zach.10 Johan.16 Johan.12. Lucę.1. Matth.1

¶ Diceres autem: Quomodo ait Christus se non uenisse, ut iudicet mundum, cum deinceps ipse dicat patrem non iudicare quēquam, sed omne iudicium esse datum filio, iuxta illud etiam uaticinium Isaiæ: Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in ueritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iudicium, & uelociter reddens quod iustum est? Respondeo & dico uarium & multiplex esse iudicium, quod tamē nunc mittimus. Quia autem duplex est aduentus Christi, alter in Johan.5. Isaię.16.

carne, alter in die nouissimo, in carne uenit, ut agnus mitissimus in omni misericordia, tantum abest ut in aliquo iudicio. Sed in die nouissimo ueniet instar leonis in omni iustitia. Illic uenit iudicandus à Pilato, hic aduenier tortu iudicaturus orbem. Recte igitur Christus loquens de suo aduentu in redemptionem humanam, dicit se non iudicare quenquam. Atq; in eius rei argumentum oblatam sibi à Iudæis adulteram noluit condemnare. Quo exemplo docere uoluit uenisse se ad saluandos, non condenandos peccatores.

Johan. 8

¶ Obiiceres rursus: Si salus mũdi finis est, propter quẽ deus misit filium suum, quid quod ille plurimum spe sua excidet, quando damnantur multi? Imo nihil hoc obstat quo minus salus mundi causa sit missi filij dei. Deus enim uult omnes homines saluos fieri. unde & saluator mundi dicitur. At quòd non omnes saluantur, culpa non est dei, sed eorum qui non credunt in Iesum, qui doctrinam illius non exprimunt operibus. Ergo quantum in medico est, sanare uenit ægrotum, ipse se interimit; qui præcepta medici seruare non uult. Quisquis ergo seruari non uult per Christum, ex seipso & suapte peruersitate condẽnatur, iuxta illud propheticum: Perditio tua ex te est Israel, tantummodo salus ex me.

1. Tim. 6

Augustin.

Osee. 13

4. ¶ Et quamuis in priori aduentu suo non iudicet Christus, bonos tamen discernit à malis. boni enim credẽtes in Christum non iudicãtur, mali autem eo ipso quòd nolunt credere, iam iudicati sunt, dum recusant credere in nomine unigeniti filij dei. Sed ne quis cum audiret eum uenire, ut iudicaret mundum impunitum peccatum arbitraretur, & pigrior fieret, hanc tollit opinionem, inquiens: Iam iudicatus est. Audiant hæc neochristiani, & confiderent se quoq; in numero esse eorum, qui abutentes misericordia dei, renuunt agere pœnitentiam & & satisfacere pro peccatis, quicquam boni operari, quando CHRISTVS satisfecerit in omnibus. Contra hic sentit ipse Christus, iam iudicatum esse perhibens, quisquis non credit. Ecce adhuc inferi sunt, adhuc ignis iste inextinguibilis ardet. Et quamuis dixerit dominus non uenisse se iudicare mundũ, isti tamen iudiciũ illius nõ effugient, credẽs

Chrysost.

tamen in Christum, hic non iudicatur.

¶Sed audio contra hoc quod dicit hic dñs, credentes in iudicium non uenturos, obiicere aliquē istud Pauli: Omēs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonum siue malū. Quod si itaq; mortui omēs uenturi sunt ad iudiciū, quid hic de credentibus dicit Christus? Respondetur, Geminum esse iudicium. alterum, quo singulis remuneratio & p̄mia bonorū decernunt: sic angeli quoq; & homines iudicabunt secundū merita sua uel demerita. Atq; hoc locutus est Paulus. Alterū est discussionis, quo singulorū bona & mala, uelut ad lancem ponderant: & sic neq; plane boni, nec penitus mali iudicabuntur. Vide partē primam. Dominica 2. Aduen.

Et hinc sequitur uerba Christi sic esse intelligenda: Quicunq; credit in illum, non iudicabitur iudicio condemnationis. Colligere conantur ex hoc loco neochristiani fundamentum erroris sui, de sola fide sufficiente, sed frustra. Cum enim dicit dominus, eum qui credit in illum, non iudicari, beatus Augustinus ex more sacrarum literarum asserit discrimen esse inter hæc tria, credere deum, credere in deum, & credere deo. Nam credere in deum, ipsam simul charitatem includit. est enim credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, & eius membris incorporari. Iam uero & ipsi hic de fide loquuntur, quam Paulus per charitatem operari dicit. Corruit itaq; quicquid stipularum & fœni super arenosam terram isti construxerant. Aug. de agnitione verę vitę. Gala. 5.

¶Sed adhuc tamen quæres, quō dicit dñs, non credentem iam esse iudicatū? Aut qui fieri potest, ut nondū trāsacto iudicio, qui tamen nō credit, iamiā sit iudicatus? Sane iudicatus est infidelis, nō q̄ lata iam super eum sit sententia, sed quoniam res ipsa iam dijudicauit, sicut ad Adā dixit deus: In quacunq; die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris. Cūq; manducasset ille, mortuus statim est in anima, corpe tamē q̄plurimos adhuc supuixit annos, eriā si sic q̄q; q̄ad sententiam latā iam erat de mortuus, habēs in se causam mortis. Ita plane hic q̄q; iudicarū infidelē dicit dñs, qm priuatus sit gratia dei, simul q; in se habeat adhærentē sibi causam damnatiōis æternæ. Augustin. Gene. 2.

At nos iam deprecemur deum pro impetranda gratia ſpiritus ſancti, ne condemnemur tandem, ſed confirmati fide per dilectionem operante, poſt hanc uitam, illam adſequamur æternam. Amen.

HOMILIA POSTERIOR FEriæ ſecundæ pentecoſtes.

CVm iam dominus Nicodemo declaraſſet myſteriũ baptiſmi, paſſionem quoq; ſuam & aſcenſionem p̃ monſtraſſet, deinceps, quod in hodierno euangelio audiuimus, docuit ſe à patre ſuo in mundũ hunc miſſum magna generis humani charitate, bonis quidem & p̃ſs in ſalutem, malis autem & infidelibus in iudicium, cuius iam porro rationem reddit dominus, & ait: Hoc eſt iudicium: Venit lux in mundum, & homines dilexerũt magis lucem quàm tenebras. lux inquam quæ eadem erat uita, nam & uita erat lux hominũ. Et ipſe ſe Chriſtus teſtatus eſt lucem eſſe mundi. Præuidit Iſaias hoc in ſpiritu, dicens: Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnam, & habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Orto itaq; ſole iuſtitiæ & lumine fidei, quicunq; adhuc tenebras uel Moſaicæ legis uel idololatriæ maluerunt præferre euangelio, iam iudicati ſunt, neq; excuſationem aliquam habent, ſi modo uerum eſt illud Chriſti, ut eſt ſane ueriſſimum: Si non ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Sed audio te obiicere hic & dicere, quomodo fieri poſſit, ut homines magis dilexerint tenebras lumine. Sane, uerum lux geminam in ſe habet operationem, lucere, & omnia manifeſtare. illud amant omnes, hoc non perinde diligitur ab omnibus. nam & fures odio habent lucem, ne manifeſtetur furtum ſuum, & deformis lucem non amat, ne conſpicua omnibus fiat deformitas ſua. Quò pertinet illud Iob, Fuerũt rebelles lumini, neſcierũt uias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius, mane primo conſurgit homicida, interficit egenũ, ſubito irruente aurora, putat eam eſſe umbrã mortis. Cur autem iſti omnes amârunt tenebras magis q̃ lucẽ? quoniã

Iohan. 1

Iohan. 8

Iſaię. 9

Malac. 6

Iohan. 15

Iob. 24.

opera eorum mala erant, & inde cæcitas & caligo, inde odium lucis. Et sicut laborans ex oculis non potest aspicere lucem, ita qui ægrotant oculis animæ, nequeunt intueri solem iustitiæ & ueritatis. Quamobrem & Paulus dixit: Nolite ambulare sicut gentes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectum, alienati à uita dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Idcirco itaq; ut ait Chrysostomus, plectunt quòd tenebras dimittere, lucem obuiam suscipere noluerunt. Quo uerbo semel omnis aufertur infidelibus excusatio, dum ultro se eis offerentem lucem recipere noluerunt: sed sic uerum esse & impleri hic quoq; oportebat quod dixerat Christus: Qui mali quid facit, odit lumen: nec uenit ad illud, ne arguantur opera eius. Qui peccatorum dilexerunt tenebras, odio habuerunt lucem, stupidi & uesani, non attendentes, quòd etiam si tenebrarum obruti fuissent caligine, dummodo ipsi occurrissent Christo ueræ luci, quod multi fecerunt publicani, illuminati utiq; fuissent, ut Matthæus, Magdalena, Zachæus &c. Perseuerantes autem in malo & odio habentes lucẽ, isti sunt de quibus iamiam illud Christi uerbum adduximus, quia metuunt ne arguantur opera orum. Sic oculus quoq; ad ulteri obseruat caliginem, dicẽs: Non me uidebit oculus.

Ephe. 4

Chrysost.

Beda.

Matth. 9.
Lucę. 7
Marci. 2
Luc. 9. 15.

¶ Neq; multo aliter faciunt hæretici, qui cum male uiuant & doceant pessime, non ueniunt ad lucem, neq; dogmata sua peruersa iudicari sinunt, nec concilia ferunt, neq; gymnasiorum etiam probatissimorum autoritatem tolerant: quoniam doctrina eorum peruersa est, de qua ne coarguantur, odio habent lucem cane peius & angue. Quicunq; autem pie & catholice docent, neq; lucem oderunt, neq; aliorum refugiunt iudicium. At hęretici omne iudicium abhorrent, præter id quod à sui similibus profertur hæreticis, ratum habentes illud uulgare prouerbium: Noui Simonem & Simon me. Neq; illud nouum est, horrere malos lucem, iam olim id ita fuit etiam in primis peccatoribus. Nonne enim primi parentes nostri statim cum peccassent, etiam in ipso paradiso absconderunt se à uoce & conspectu domini à medio ligni paradisi. dicebat eũ Adam, uocatus à dño ubi esset: Audiui uocem tuã,

Job. 24.

Gene. 3

& abscondi me, eo quòd essem nudus. Sic in hodiernum quoq; diem faciunt omnes filij Adam, nudi uirtutibus & gratia dei. nam & illi non ueniunt ad lucem, ne arguantur opera eorum. Quòd si ne nũc quidẽ mihi credis, saltẽ operibus istorum fidem adhibe, & ex multis uel solã aspice confessionem. quàm enim ægre, quàm moleste uix tãdem ui extorqueri sibi sinunt, ut confiteantur? si modo cõfitentur aliqui, quibus deum immortalem quàm egregium, molle & delicatulum parauit Lutherus puluillum, quàm rem fecit gratissimam, quàm uero innumeros suæ hæresi adiunxit, dum confessionem abrogauit? Nam cum plerique eorum peruersissimi sint, lucem habeant exosissimam, quàm placuit eis opera eorum etiam pessima sic celari neq; coargui, si in lucem prodirent? Tantum eis ad rident tenebræ, & hic temporales, & illic displicituræ sunt uel inuitis æternæ. Aliter longe deus per prophetam nos
Isaiæ. 43. docet, imperans & dicens: Narra, si quid habes ut iustificeris. Quò facit illud Sapiẽtis: Iustus (hoc est, iustificandus)
Proue. 18 prior est accusator sui. Verum quid hoc mirum, quando in hac re perinde fit ut in alijs? eorum enim est fugere, & quocunq; modo etiam iudicis abhorrere sententiam, & in uniuersum omnes mali fugiunt lucem, ne redarguantur ex opere suo malo. sic nanq; & Paulus: Omnia, inquit,
Ephe. 5 quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Et notanter dicit dominus, Omnis qui male agit (actu) fugit lucem, non dicit, qui male egit. utut enim quis pessime egerit, & tamẽ redeat ad lucem, pœnitentia ductus & confitens peccata sua, gratiam inueniet atq; placebit deo, sicut ipse testatur
Iezech. 18 dominus, dicens: Quòd si impius conuersus fuerit ab impietate sua, non recordaturum se illius amplius.

2. ¶ Sequitur de bonis: Quicunq; facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifesta fiant opera eius. hic est, qui facit opera bona à diuina ueritate & fieri iussa & edocta: ille etiam uenit ad lucẽ, nec metuit argui. facile enim patitur manifestari opera sua, nõ ut inde elatus superbiat,
Matth. 5 sed in hoc tantum, ut iuxta præceptum domini, luceant opera sua bona coram hominibus, qui deinde uidentes illa, glorificent deum patrem qui in cælis est. Quoniam sic opera bona manifestari ad exemplũ & ædificationẽ pro

ximorum, pium est & salutare, sic tamen, ut cum opus sit in publico, intentio maneat in occulto. Retulerit etiam Gregor. nonnunquam manifestari opera bona, ut sic offendicula & suspiciones euitentur: ut hoc tam periculoso tempore quisquis metueret publice opera bona exercere, facile suspicionē aliis de se præberet alic uius erroris & sectæ neo christianorum, unde simpliciores offendi possent. Et uti le itaq; est, & in hoc casu necessarium, coram omnibus & publice fidem suam operibus testari: sic'q; offensam alioꝝ Actuū. 21. uitare, sicut Paulus Hierosolymis ex consilio discipulorū cum aliis quatuor uiris purificatus est. Vsq; adeo quisquis bene facit & ueritatē sectatur, nō abhorret lucem, ut opera sua manifesta fiant. Manifestationis autem huius rationem iam porro reddit huiusmodi, quòd opera illa sint in deo facta. Magnum hoc quid est charissimi, alicuius opera in deo esse facta. oportet enim ea bona esse, atq; adeo deo placere in tali homine. sed quomodo in deo fiant, forsitan quæres. sic nimirum, si in gratia fiant & charitate, quia deus charitas est, si fiant secundum uoluntatē dei 1. Johā. 4. & ex mandatis illius. Atq; unum hoc est quod homines facit deo pariter & hominibus gratos, opera bona facere in deo, hoc est, ipsa luce, ad quam opera sint manifestanda: ad eam uero opera malorum & impiorum non ueniunt, neq; hæreticorum: quibus, quia nihil nisi errores placent & hæreses, ne minimum quidem commune est cum fidei catholicæ ueritate. Sed neq; peruersi Christiani prodeunt in lucem uerbi diuini & sacræ concionis, ubi cū primum audiunt aliquid sibi dici aduersus uitia sua & sceleratam uitam, atq; ueri splendorē luminis commendari, resiliunt subito, neq; ferunt charitatis fulgorem in prędicatiōe. Indurati quoq; peccatores uerent accedere lumen confessionis, ne arguantur opera illorum mala, sicut Au- Augustin. gustinus hæc omnia refert ad confessionem peccatorum, & nostam articulo quarto audituri sumus. Omnibus enim modis Nicodemum eò adducere uoluit, ut crederet in illum, Messiam ipsum esse uerum cognosceret, ac deinceps agnito lumine fidei, studeret operibus bonis.

4. ¶ Deinde sic infert Augustinus: Lux uera quæ uenit Augustin.

in hunc mundum, Christus est. & ea quidem lux duplices inuenit homines, quosdam qui dilexerunt tenebras exosa luce, & in opera mala fecerunt. alios quoq; reperit qui cum operarẽtur ueritatem, lucem illam inuentam dilexerunt. Hinc ille quęstionem mouit huiuscemodi: Fratres mei, quorum opera bona inuenit dominus? nullorum. omnium enim opera mala inuenit. quomodo ergo quidã fecerunt ueritatem, & uenerunt ad lucem? si enim omnes peccatores inuenit, & sic omnes sanat qui morsi fuerunt à serpente. Respondetur ad hoc, quod Christus uerborũ suorum uigorem in hoc constituit, quoniam nõnulli homines magis dilexerunt tenebras quàm lucem: & hoc est quod quidam diligunt peccata in illis perseuerantes, exosam'q; habẽt lucem: nec peccata sua uolunt redargui uel concionibus, uel quacunq; alia doctrina uel confessione. Quicunq; autem peccata sua odio habent, confitentur illa, sui'q; sunt accusatores apud deum & homines, simul etiam'statim in deo ueritatem operantur, iam'q; partib⁹ dei accedunt. Duo enim hæc sunt, peccatum & homo: hunc creauit deus, illud ipse sibi adinuenit homo. O igitur homo, extingue quod finxisti, & deus quod fecit, seruabit. Exosum habe in te, cuius ipse es autor: & tantum dilige, quod in te fecit deus: quia statim cum displicere inceperit tibi malum, subnascitur bonũ, & sic boni operis initium est confessio mali. Hoc'q; adeo est facere ueritatem, dicere cum Dauide: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Quàm bene & præclare actum fuerit cum tali homine, qui cum fiducia deinde dicere poterit illud & orare dominũ: Auerte faciem tuã à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Ad hæc omnia sic auditores sermonum suorum exhortatur Augustinus: Currite fratres mei, ne tenebræ uos comprehẽdant: euigilate ad uestram salutem, euigilate dum temp⁹ est: nullus retardetur à templo dei, nullus retardetur ab opere domini, nullus auocetur ab oratione cõtinua, nullus à subita deuotiõe fraudetur. euigilate cum dies lucet. Christus est dies, paratus est ignoscere reis, sed agnoscentibus.

Quæ. 21.

Psalm. 50

Ibidem.

Augustin.

¶ Hoc enim quisquis facit & ambulat in dilectione &

lumine fidei, ueritatem facit, operibus bonis peccatorum suorum restinguens incendia, gemitibus, lachrymis, ieiunijs, eleemosynis, & id genus alijs. Deinceps Augustinus ostendit pericula uitæ huius, & discrimina tentationum exaggerat, quàm graue sit in prosperis non efferri superbia, in aduersis non deprimi nec nimia frangi patientia. Ne itaq; fortunatus successibus prosperis abutatur, inde sibi concilians ruinam, quod datum erat in solatium. Neque qui à deo flagellatur, impatienter ferat. quin potius toleret patrem erudientem, ne sentiat iudicem punientem. Hæc illa Augustini monita quotidie uobis occinimus. sæpius enim dicenda sunt, quæ tam salutaria continent præcepta. Et uos igitur intimis præcordijs considerate illa, simulq; immensam dei charitatem, qua urgente proprio etiam filio non pepercit, quo minus pro nobis traderet illum in supplicium crucis: ac deinde discipulis suis totiq; ecclesiæ paraclitũ misit spiritum sanctum, cuius uirtute & gratia intrepide illi confessi sunt fidei ueritatem coram omnibus principibus, nihil reueriti crucis simul & crucifixi gloriam uniuerso mundo prædicare.

Augustin.

Augustin.

Nunc uero & nobis dignetur deus donare gratiam spũs sancti, qua roborati in uera fide, ueritatem quoque hic operemur in luce & tunc in clarissimo gloriæ lumine cum gaudio conspiciamus claritatem essentiæ diuinæ in æternum, AMEN.

Psalm. 11

EVANGELIVM

FERIAE TERTIAE PENTECOSTES, Iohannis. X.



IN illo tempore dixit Iesus Iudęis: Amē amē dico uobis, qui nō intrat per ostiū in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur ē & latro: qui autē intrat per ostium, pastor ē ouiū. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cū proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequūtur, quia sciunt uocem eius. Alienū autem nō sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autem nō cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amē amē dico uobis, quia ego sum ostium ouiū. Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit, nisi ut furetur & mactet & perdat. Ego ueni ut uitam habeāt, & abundantius habeant.

HOMILIA PRIMA

ANte huius euangelij initiũ refert Iohannes Christum sanasse quendam à natiuitate cæcum: & cũ cæci ipsi essent Iudei, statim infert illud uerbum domini de pastore, ouib⁹, & ouili. Cum enim post curationem cæci interrogarent dominum Iudæi, an ipsi quoq; cæci essent, subiunxit ille euangelium istud, eo ipso declarare uolens istorum cæcitatem insignem. neq; enim oues Christi erant, sed cũ uera ianua nõ intrabant in ouile, lumine quoq; uero carebant. Ita semper humani animi, ut ait Chrysostomus, elationem comprimit, ut ad magnorũ & mirabilium erigat cognitionem. Ne autem dicerent, non propter suam cæcitatem ad eum non accedere, sed deceptorẽ uitare, huc omnẽ refert disputationẽ, ut se pastorem probet adducendo utriusq; indicia: & se pastorẽ uerum esse, & illos qui sibi uidebantur oculatissimi, in medio etiam sole caligare, esse'q; cæcos & duces cæcorum. Augustin. Chrysost.

Potest tamen sic quoq; induci, q̃ Iudæi ueri pastores sibi uidebantur ratione legis Mosaicæ à deo acceptæ, gentiles autem ex abundantia sapientiæ sibi placebant: & q̃ad homines in uirtutibus sese exercebant, ut Cato, Socrates, & id genus alij permulti, tam Græci q̃ Romani. Verũ hos omnes nihil cum pastoribus habere cõmune hic Christ⁹ docuit, quoniã nõ uera ianua ingrediant, scilicet p̃ Christum. Dicant igitur pagani: Bene utuimus, si per ostiũ nõ intrant, quid ꝓdest eis, unde gloriant? Ad hoc enim unicuiq; debet prodesse uiuere, ut dẽ illi semp uiuere. ita ne q̃ Iudæis quicq̃ profuit fucata illa uitæ suę bonitas, dum per Christũ nõ intrabant. Vtriq; igit̃ temere gloriantur, ethnici de uirtutibus, de lege Iudæi: qm̃ non est aliud nomen sub cælo, in q̃ oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu. Similiter & hæretici multũ sibi uidentur oculati, neq; alij haberi uolunt ab omnibus, q̃ qui olim pharisęi, acsi & ipsi à Christo illuminati, sicut iste cæcus. Verũ q̃diu erroribus sunt inuoluti, ianua uera nõ ingrediunt: sic Arrius, Sabellius, Fotinus, & reliq̃ hæreticorũ colluuies. Quisquis em̃ uera ianua cupit intrare, & nõ in primo statim, q̃d aiunt, limine impingere, oportet & Christũ in uerita te p̃dicet, & aliud nisi gloriã dei non quærat. Augustin. Actuũ. 4. Johan. 9.

3. ¶ Ait ergo dominus: Amen amen dico uobis, qui

non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliun
Regula. de, ille fur est & latro. Omnis figurata locutio ampla est,
late'q; patet, dum ex uarijs proprietatibus uaria etiam ad
signari potest intelligentia, à sacris tamen literis non re
cedens. Tam exhuberans enim est sacra scriptura, ut ex-
hauriri nequeat, siquidem & super hoc breui euangelio
homiliæ haberi possent plures q̃ decem, sed nos summa
tantum capita euoluamus. Videamus igitur & considere-
mus primum ouilis huius ostium, deinde ouile ipsum in
intueamur attentius, mox oues, dein ianitorem, pastorẽ
quoq;, furem & latronem conspiciamus. Et primum qui-
Chrysost. dem dicit Chrysostomus scripturarum testimonium per
ostium significari. illic em̃ ingressus nobis patet ad Chri-
stum, sic ipso apud Iohannem domino dicente: Scrutami
Johan. 5 ni scripturas, in quibus uos putatis posse habere uitam.
Ecce hic Iudæos Christus ablegat ad ostium scripturarũ,
quæ de se testimonium perhibent. Ad hæc, ostium ad cu
2. Tim. 3. stodiam ouium claudi solet. Et sic quoq; hic. Omnis enim
scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad
arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, in iusti-
tia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum in-
structus. Deinde occluso ostio, nihil prævalent lupi & fu
res aduersus oues. Ad eundem q̃q; modũ nos p̃munit scri
ptura sacra ab omni fraude hæreticorum, quos fundamẽ
to scripturarum sancti patres semper euicerunt, subiugã
runt, & ab ouili Christiano abegerunt. Tota enim fides
nostra in sacris literis latet, hinc eruenda est. Atqui in o-
Ephe. 6 mnibus nos scutum fidei sumere iam olim Paulus iussit,
quo præmuniti, possimus quamuis ignea nequissimi tela
effugere. Ex ijs tribus liquet, Chrysostomum non absur-
de tanquam scripturam sacram intellexisse.

¶ Sed quis ille ostiarius? posset hic quidem primum in
telligi Moyses, cui principio commissa sunt mysteria dei,
Johan. 5 qui etiam primus sacrarum literarum scriptor extitit in
stinctu spiritus sancti. unde & dñs dixit: Si Moysi credere-
tis, & mihi forsitan credederetis. ille em̃ de me scripsit. Sed
tñ acutius expendendo, ostiarius hic ipse est spũs sanctus,
Johan. 14 cuius inspiratiõe utrunq; testamentũ à sanctis dei hoibus
cõscriptũ est. sic de eo locutus est Christus ad discipulos: Pa-

elitus autẽ ſpũs ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia, quęcũq; dixero uobis. & deinde, Quum uenerit ſpiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Quando itaq; præcluſum adhuc erat oſtium illud apoſtolis, dixit de eis Iohannes, quoniam nondum intelligebant ſcripturas, & quòd pati ſimul ac ex mortuis reſurgere dñm oporteret. Deinde uero aduenies ſpũs ille ueritatis, aperuit eis oſtiũ ueræ ſcripturarum, & tunc inceperunt loqui magnalia dei. Hoc itaq; oſtiario, qui uerum ſacræ ſcripturę aperit intellectũ, per quem & Chriſtus innoteſcit, & quæ ad ipſum ducit ſemita, inclareſcit omnibus, uſi ſunt apoſtoli ſanctiq; patres iam inde annis mille & quingentis, illoq; autore interpretati ſunt literas ſacras, quo conditæ erant. Iam igitur quiſquis temere illas præſumit aliter uel intelligere, uel explicare, fur utiq; eſt & latro atq; animicida, ſicut faciunt hæretici, quibus oſtium hoc ſpiritus ſanctus non aperit, unde & dominus dicit eos aliunde aſcẽdere. Et obſerua illud quod dicit, aſcendere. eo enim notatur, omnem hæreſim ex ſuperbia naſci. ſic Hieronymus dicit, Quis hęreticorum nõ extollitur in ſuperbiam? idem etiam ſuper Habacuc increpat hæreticos ſcientiam ſibi arrogantes, & eccleſię ſimplicitatem contemnentes. Quò pertinet & illud Pauli: Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens. cuiuſmodi & iſti ſunt noſtrates hæretici, qui proterula tantum & in conuicijs ſunt profuſiſſimi.

Iohan. 16

Iohan. 20

Actuũ. 2

Hiero. ſuper Abdiã.

1. Tim. 6

3. ¶ Verum iuxta unius rei uariã in ſacris literis ſignificatiõem, oſtium quoq; Chriſtum ipſum nõ incõmode hic deſignabit, quando alibi dicat: Amen amen dico uobis, ego ſum oſtium ouium. & deinde, Ego ſum oſtium. ſi quis per me ingreſſus fuerit, habebit uitam æternam. Et in hoc omnem illam ſuam declarationẽ conſtituit Auguſtinus, quia ut maxime ſcriptura oſtium eſſe uidetur, ſi illam referas ad Chriſtum, qui per illam & declaratur & innoteſcit hominibus, quomodo ipſe duobus diſcipulis euntibus in Emaus ianuam illam aperuit, ipſis etiam id ita cõfitentibus & dicentibus: Nonne cor noſtrum ardens erat

Iohan. 10

Auguſtin.

Luc. 24

in nobis, dum loqueret in uia, & aperiebat nobis scripturas? Nonne hic euangelista de sacra scriptura non aliter q̃ de ianua loquit? Sic Philippus diaconus ianuã aperuit etiã ennucho Candacis reginę. Et apte iraq; & adposite Chrysostomus scripturam ianuam exposuit, q̃ per eam Christus ad nos uenit, sicut & baptismus ianua tum sacramentorum tum ecclesiæ dicit. Sin autem consideremus illud, quomodo nos ad Christum ueniamus, tunc uidebimus & Christum ostium esse, qa per ipum accessum habemus ambo in uno spũ ad patrem.

Ephe.2.

¶Et tamen hæc quoq; ianua humilis multum est & angusta, in quam qcunq; irrumpere conant elati, impingũt & illidunt capite. humile est, inquam, ostium, qa sic de se dns ait: Mitis ego sum & humilis corde. Et ad discipulos: Quicunq; se humiliauerit sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorum. Et nisi efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cęlorum. Angustum etiam est ostium, & ideo quicunq; se dilatant uoluptate corporis & carnis, atq; ebrietatib⁹ pinguescũt, nõ possunt penetrare: quia & ipsa per se uia arcta est, & porta multo angustior, quæ ducit ad uitam. Sed & qui bonis temporalibus nimium inhiant, & se diuitijs infarciũt, omnibus lucris inhiantes, angustum illud ostium nequeunt perrumpere. sic discipulis suis dixit dominus: Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs, in regnũ dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Dices: Quod si Christus pastor est, ut suapte uoce testatur, quomodo erit ostium? Chrysostomus ad hoc respondens, dicit: Quando nos patri offert, ostium: cum nostri curam gerit, pastorem se profitetur, sicut illum Petr⁹ episcopum uocat animarum nostrarum. Ad eundem modum in rebus nostris etiam agit. nã & pastor & oues ostium ouilis intrant, sed non eadem de causa. pastor em̃ non sua gratia, sed ad custodiam ouium ingredit. oues autem in sui præmunitionem intrant, ut sic ab omnium incursu præseruentur.

Matth.11.
Matth.18.
Matth.7.
Marci.10.
Johan.10.
Chrysost.
1.Petri.2

4. ¶Quid hinc iam reliquum ex eo quòd Christus & pastor est & ostium, nisi ouile ipsam sanctam esse ecclesiam? ea em̃ est, in quam ille gẽtes uniuersas in unitatem fi

dei congregauit, ut ipse dicit futurum ouile unum & pastorem unicũ. Oues autem, Christiani sunt, mites, patientes & benigni. neq; uel equorum uel mulorũ stabulum est ecclesia, quoniam in equis & mulis non est intellectus, sed superbia tantum & ambitio, teste Gregorio. Neq; uero stabulũ asinarium est ecclesia, quòd asini ignaui sunt, tardi rudes, & nullius plane nisi beluini intellectus. sic animalis homo non percipit ea quæ sunt spũs dei. stoliditatem enim iudicat & stultitiam. Sed nec caninũ stabulũ est, eo quòd canes oblatrant, mordent, remordent. sic & q cõ uiciantur, detrectant alijs & deierant, non sunt in ecclesia. deforis autem & exterius sunt canes, uenefici, libidinosi, quamuis & hæretici canes à Paulo dicantur. Sed neque caprarum uel porcorum stabulum est, quoniam ad hoc ouile neque luxuriosi pertinent, nec temulenti, ut ait Paulus, neque fures, neque auari, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Ergo & ouile est ecclesia, & boni Christiani oues domini sunt, sicut dicit Psaltes: Nos populus eius & oues pascuæ eius. Posset hoc ad longum extendi, nos summatim & breuiter omnia perstringemus. 1. Recte Christianus homo oui comparatur, quòd animal illud sit præ cæteris simplex & innocuum, nec cornibus impetens, nec mordens dentibus, neque consimili ferocia uel lupum, uel porcum, uel equum referens indomitum. 2. Ad hæc, ouis animal est multum humanis usibus commodum. siquidem lana uestit hominem, lacte & carne pascit, chordis seu fidibus ex uisceribus factis oblectat & demulcet, fimo impinguat agros. 3. Animal quoque est humile & multum patiens, neque de primatu contendit, neque percussum repugnat, neque instar canis aut anguis uindictam quærit, atque ob illam insignem patientiam CHRISTVS quoque comparatur oui, dicente propheta: Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. 4. Præterea ouis plurimum obediens est, adeo ut puella unica triginta etiam oues uirgula tãtum pascat, atque in hac re oues tam capris præstant quàm suibus, in quibus pascendis multum operæ insumendum

Johan. 10

Psalm. 31

1. Corin. 2

Apoc. 22

Philip. 3

1. Corin. 6

Psalm. 94

Christianus, ouis.

Isaiæ. 53

est & laboris. 5. Modestissimum quoq; animal est ouis, atque exiguo pastu contentum est, simulq; hyeme & æstate pascua tantum sectatur arida, non pinguia nimium nec irrigua. 6. His omnibus accedit, q̄ plurimum timidū est, necq; tonitrua tantum & luporum metuit incursus, sed & proprij sui horret sonitum uestigij. Atque hæc quoq;
Psalm. 74. quilibet bonus Christianus in se habere debet. Et primū quidem curet, ne cuiquam facile noceat, nec cornibus potentiæ impetat proximū, necq; altero isto scientię aut prudentiæ cornu leuiter offendat alios, quod solēt mali magistratus & officiales, quod iniqui rabulæ forenses & iuristæ, curtisani, aduocati, alijq; qui uenalem circunferunt linguam, atq; de istiusmodi cornibus Dauid inquit: Confringam cornua peccatorum. Neminem quoq; morsibus
Gala. 5 obtrectationum proscindat, ita etiam docente Paulo: Qd si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē consumamini &c. Sed & neminem feriant, hoc est, contemnant, necq; parentes, necq; pauperes, nec infirmos, necq;
Matth. 18 simplices, de quibus præcepi teis dominus, ne quenq̄ ex pusillis istis contēnerent. 2. Præcipuū q̄q; habeāt Christiani, p̄desse alijs, maxime ỹo paupibus in dāda eleemosyna. Magnū em̄ qd est, sic fructificare, qm̄ oēm palmitē nō ferē tē fructū dñs ille uineę in ignē abijcit. 3. Necq; min⁹ patiē tē decet eē Christianū & humilem. O em̄ uere præclarum & felicem hominem, qui nulla ratione cōcitetur ad iram,
Johan. 15. necq; ad impatientiam, sed omnem uindictam deo dimittit, iuxta exemplum Christi & doctrinam Petri. 4. Obe
1. Petri. 2 diens uero maxime sit, uocemq; audiat Christi in scripturis sibi loquentis, per magistratus quoq; spūales & seculares nunquam moueatur ad seditiones. quia qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Nemo itaq; istos sectetur
Roma. 13 aut audiat, qui docent & iubent subditos deficere à magistratibus suis, sicut perditus & peruersus iste hæresiarcha Lutherus uere Augustum & inuictissimum Imperatorem nostrum, receptaculum & escam uermium nimis cōtumelioſe, Papam quoq; Antichristum uocat. Vah turpitudinē diabolicam, uah malitiam hominis, si modo homo est. Adeó ne de summis magistratibus male loqui tibi ut licet? Atqui ex huiusmodi sermonibus non oues dei, sed hir

ci diaboli educantur, qui à grege deuiantes, festinant ad interitum. 5. His uirtutibus accedit illud quod & modestum esse oportet Christianum, faciliq; uictu contentum. Sic Paulus inquit, Nos uictum modo & amictũ, quo operiamus nos, habentes, ultra nil quærere debere. Plane enim ita est in aridis pascuis, in continentia corporali anima pinguescit. & qui opima sectat gramina uoluptatum & pascua libidinis, iamiam deperijt, ut ait Petrus: Voluptatem existimantes diei delicias coinquinatiõis & maculæ, delicijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenas adulterij. 6. Metuq̃q; non careat & timore casto, neq; ipse ad iram prouocet deum suum. sic enim beatum prædicat Sapiens, qui semper metuit. Hæc uos dilectissimi, subinde considerate, & sic tãdem ingredi poteritis ostium uerum CHRISTVM IESVM, ubi simul & pascua inuenietis & uitã ęternã, Amẽ.

1. Tim. 6
2. Petri. 2.
Proue. 14
Johan. 10.

HOMILIA SECVNDA FERIAE *tertiæ pentecostes.*

IN hoc euangelio, charissimi, dominus & pastorem uerum, & oues bonas describit: & de pastore quidem dicit, illum uerum non esse, sed furem & latronem, quisquis non per ostium ingreditur. Et fur est ille sane, quia quod alienum est, suum dicit: latro autem, quia quod est furat⁹, occidit. Huiusmodi fures sunt, quotquot nec legitimo titulo nec iusta ratione, ui tantum & nonnunquam fraude se ingerunt in episcopatus, præposituras, & quæcunq; sacerdotia. isti dum honorem solummodo aucupantur & bona temporalia, non per ianuam uerã intrãt in ouile, sed aliunde ascendunt. Hoc modo Alchimus occupauit pontificatum Iudæorum, ui & uiolẽtia regis Antiochi, sed occupare quidem licuit, diu possidere nõ licuit, quamuis neq; impune occupârit. graui enim correptus morbo, quũ loqui nil posset, in maximis mortuus est doloribus. Sic Iason pontificatum emit 360. talentis argenti. Sic irrupit & Menelaus, quamuis nil dignum haberet tanta dignitate. Sic etiã uiolenter ingerere se uoluit in officiũ sacerdotale rex Ozias, sed graui lepra statim correptus est. Dathan quoq; & Abiron, quum aduersus Aaro

Augustin.
1. Mac. 7 & 9.
2. Mac. 4
2. Par. 26
Nume. 16

nem molirentur aliqd, & ui intrudere se conarẽtur, cum omni grege suo uiui sunt absorpti. Quot iã sunt huiusmodi occupatores magis q̃ possessores, q̃ iniusto titulo qd nõ sibi uendicant, sola principũ quorundã autoritate freti? omnes quicquid occupârũt, sub peccato mortali restituere tenentur, nisi de condemnatione sibi non timent.

¶ Non desunt etiam fures, qui non uera ianua ingredi untur ouile CHRISTI, sed Simonia & usura spirituali sibi uendicant sacerdotia quæq;. Quibus quàm totus iam abundat mundus? Vę autem illis, quia graue peccatum est illud & contra spiritum sanctum, quale commisit Simon,
Actũ. 8 qui baptizatus iam à Philippo diacono, cum uideret per impositionem manuum uisibiliter conferri ipsumq; apparere spiritum sanctum, oblata pecunia, petijt eandẽ sibi quoq; dari potestatem. sed quid audiuit ex Petro? Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donũ dei exi-
4. Reg. 5. stimasti pecunia possideri. Simili quoque modo Giezi accepit pecuniam & uestes à Naaman, quem Eliseus sanauit à lepra, sed Eliseus maledixit illi, & effecit ut lepra ipsi totiq; generationi suæ adhæreret. & statim exiuit ille ab eo leprosus, candore ntuem referens. Atq; inde fit, ut qui sacerdotia uendunt, Giezitæ: qui uero mercantur, Simoniaci appellentur. Latrones autem sunt, quicunq; nec lana neq; lacte contenti, non solum ascendentes in ouile irrumpunt, sed & oues occidunt. isti nimirũ hæretici sunt, qui quum peruersa doceant, animos simplicium seducunt, non uera ianua per CHRISTVM ingressi, neq; ordinatione legitima per inuestituram episcoporũ, sed ipsi irruũt uiolenter, & non uocati instar Aaronis, ultro prædicant, contra bullas põtificum, contra imperatoria edicta, & episcoporum suorum mandata. Hinc quid boni speres? Sed Paulum audi, de hæreticis sic dicentem: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus ẽ qui eiusmodi est & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Ii sunt qui aliunde ascendunt, neq; per tecta tantum irrumpunt, sed & fundamentum ouilis perfodiunt. An non ualidum fidei nostræ fundamentũ in sacris literis positũ ẽ? at illas isti sic lacerant, ut uix nobis reliquiæ maneant saluæ, tota aliquot
Hebr. 5
Tit. 3.

uolumina & sanctorum apostolorum explodunt epistolas, quasi ipsi ꝯ sint, qui Aristarchi uirgula uerubus transfodere quæ uelint possint & audeant. insuper sanctorum cōciliorum inuiolatam quondam & sacrosanctam contemnunt autoritatem, nec iudicem aliquem ferunt. Vsq; adeo hæreticus unus sexcentis Simoniacis deterior est & malignior. Tu si uis, hæc tria extende, utut placuerit.

2. ¶Quando itaq; iam de fure & latrone cōstat, quis ille pastor est? Christus ipse pastor pastorum. Sed quod ad cæteros ecclesiæ pastores attinet, hos quoq; uera ianua ingredi decet. Vbi de electione episcoporum, abbatum, præpositorum, plebanorum dici multa possent, imò libri integri conscribi. oportet enim pastorem ingredi per ianuam ueræ fidei, ne sit hæreticus: per ianuam libertatis, ne uiolenter semet ingerat per brachium seculare: per ianuam gratuitæ beneuolentię, ne muneribus, donis, aut promissionib⁹ sibi paret ingressum: per ianuā integritatis, ne corrupte, dolose, infideliter & fraudulenter se intrudat. Eius rei argumentum efficax in Aarone, nam cum singulæ uirgæ tribuum populi Iudæorum repositæ essent in tabernaculo coram domino, mane inuenta est uirga Aarō germinasse, & turgentibus gemmis erupisse flores, qui foliis dilatatis in amygdalas dilatati sunt. Posset hoc ad longū extendi secundū suas significationes. nā rectitudo uirgæ, signat integritatem uitæ: quòd floruit, fortitudinem significat & robur: quòd dilatata sunt folia, eloquentiam designat. flores enim famam bonam referunt, & amygdalæ pertinent ad uarios bonorum operum fructus. Et tales quidem eligendi sunt atq; adsumendi in officiū pastorum. Breuitatis studio omnibus ijs supersedeo, quæ ad pastorem pertinere Iezechiel refert. tantum hoc lubet admonere, quòd pastor aptus esse debet ad pascendum, audax ad profligandos lupos, solicitus ad integrum restituendum domino ouium suarum numerum: quoniam non est aliud animal, q̄d perinde opus habet pastore ut ouis, neq; em uiribus ualet ad defendēdū se, ad hæc armis caret quibus resistat, cum nec ipsa uel mordeat, uel quouis mō impetat. deinde non ea est uelocitate, ut effugere possit facile: neq; ita astu pollet, ut se abscōdat. Hęc oia ad quēcūq; Nume. 17

simplicem Christianum trāsferto, ut lubet, obseruata scripturæ sanctæ regula.

¶Veri autem pastoris signum geminum ostendit dominus: Alterum, q illi aperit ostiarius tanquam noto. hæreticis autem spūs sanctus non aperit ostium, eo q priuato intellectui innitentes, & ecclesiam CHRISTI contemnunt, & sacras literas pro suo libito tractant. sed illis tm aperit ostium spūs sanctus, q bonum animum adferūt ad literas sacras, neque priuatum quærunt honorem, sed gloriam dei, illis demum uerum inspirat spūs ille sanctus intellectum. sic Paulus Colossenses rogauit pro se orare dominū pro apertione ostiī sermonis. Est hic Glossa. quæ tres facit ostiarios: Christum, q claues largitur ligandi & soluendi: scripturam quoque ipsam, siquidem ea docet usum uerum clauium: & sic clauem etiam quandam scientiæ reperimus, dicente domino: Væ uobis legisperitis, q tulistis clauem scientiæ. ipsi non introistis, & eos q introibant, prohibuistis. Et spm sanctum, q ministris dignitatem impartit. nam licet in peccato constituerus sacerdos clauium habeat potestatem, tamen eo ipso q clauium sibi adrogat usum, gratia carens spūs sancti, peccat, sicuti iā supra declarauimus. Alterum ueri pastoris argumentum hoc est, q oues uocem illius audiunt, doctrinam suscipiunt, & mandata consequendæ felicitati seruientia, non contemnunt. At cuiusmodi sunt pastores q non prædicant? aut quomodo mutorum istorum uocem audient oues? plus operat, lōge q efficacior est uox pastoris quàm mercenarii. & ex hoc genere bonarum ouium cæcus ille fuit, q uocem CHRISTI audire non recusauit.

Coloss. 4.

Johan. 20

Luc. 11.

Johan. 9

3. ¶Alia porro quædam pastoris erga oues suas officia commemorat dominus, quorum primum est, q illas nomine quanq; suo conuocat. Vbi nota illud q oues suas dicit. Oues em propriæ sunt Christiani homines, atque adeo oues CHRISTI, idq; multis de causis, partim ex creatione, iuxta illud: Ipse fecit nos, nos autem populus eius & oues pascuæ eius: partim etiam nomine redemptionis, teste Petro, quum ait: Scientes quod non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatiōe paternæ traditiōis, sed precioso sanguine quasi agni

Psalm. 94

1. Petri. 1

immaculati Christi. Nominatim itaq; oues illas proprias uocat, quo pastoris istius clementia significatur, & benignitas plus quàm familiarissima, idq; ille facile præstat, cum singula ouium suarum nomina cõscripta habeat in libro uitæ, ipso etiam adserente: Gaudete & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Nouit ille sane discrimen ouium suarum ab hircis alienis. quò respiciens Apostolus, ait: Nouit dominus qui sint eius. Et q̃ sic nominatim uocat oues, singulari quadam gratia sit, sicut se Moysen ex nomine nosse profitetur, quoniam gratiam apud se inuenerit. Luce. 10. 2. Timo. 2. Exodi. 34.

¶ Officium alterum est, ut pastor oues suas educat in pascua, idipsum quoq; ex omni parte absolutissime fecit dominus, qui gẽtes eduxit ab erroribus & cultu idolorũ, Iudæos ex seruitute legis, patres ex limbo, & oñes in uniuersum peccatores ex sordibus & lacuna uitiorum educit, quantum quidem in se est, ad gratiam & fidei ueritatem, sic per prophetam, Eduxi, inquit, te de terra Aegypti, & de domo seruientium liberaui te. de patribus quoque ait Psalmista: Captiuam duxit captiuitatem. & nos quotidie clamamus, libera nos de laqueo uenãtium. De Adamo sic dicit Sapiẽs: Quia sapientia custodiuit illum à delicto suo (ecce quod pœnitentiam egit Adam, & ueniam meruit de peccato suo) eduxit illum de limo terræ, & dedit illi uirtutem continendi omnia. Mich. 6. Psalm. 67. Psalm. 30. Sapiẽ. 10. Adam pœnituit.

¶ Tertium boni pastoris officium est, ut cum emiserit oues suas, ante eas uadat, oues'q; sic ipsum sequantur, quoniam sciunt uocem eius. Ecce pastor ille præcedit, cũ cæteri pastores sequantur oues suas. longe enim admirabilior hæc nostra ars pastoralis est: & merito quidẽ hic præcedit pastor, quia nisi præcederet, oues ipsum sequi non possent. oportet itaq; præcedere gratiam dei, quoniam hic ait dominus: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Præcessit ille quoq; discipulos suos & martyres sanctos in supplicio passionis. præcessit & in officio humilitatis, dicens: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodũ ego feci, & uos faciatis. Chrysost. Johan. 6. Johan. 13.

¶ Sic quoq; resurrectione omnibus hominibus præcessit simul & ascensione sua. unde Paulus Christum ait re-

surrexisse primitias dormientium. Et quid immoramur
1.Cor.15. pluribus? Omnibus nobis præcessit uerbo & facto, iuxta
Gregor⁹. illud Gregorii: Omnis Christi actio est nostra instructio.
& de ascensione sua dicit ipse: Vado parare uobis locum.
Johan.14 quod etiam propheta attendens, dixit: Ascendit pandens
Mich.2 iter ante eos. Idq; adeo omnes pastores facere addecet, ut
ouibus suis tam factorum præcedant exemplis, quàm uer
borum. & factorum quidem eo magis, quòd opera non
Gregor⁹. Paulo sunt uerbis efficaciora. hinc enim fit, ut cũ pastor
per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Sed
melius per exempla, quàm per uerba graditur. illa enim
uox libentius corda auditorum penetrat, quam dicentis
1.Petri.5 uita commendat. Sic etiam Petrus docet pastores, quãdo
dicit: Pascite qui in uobis est gregem dei, prouidẽtes non
coacte, sed spontanee secundum deum, neq; turpis lucri
gratia, sed uoluntate, neq; ut dominantes in clerum, sed
forma facti gregis ex animo. & cum apparuerit princeps
pastorum, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronam. sic
Paulus episcopos & parochos iubet imitatores suos esse.
1.Corin.4 sic enim uocem pastoris audient oues, si eam ille factis ex
Luc.24. primat, ut Christus, qui potens erat in uerbo & opere.

4. ¶ Cum iam docuisset dominꝰ, quomodo se oues er
ga pastorem gerant, porro cõmemorat, quales se exhibe
ant furi & latroni, ac principio dicit eas alienum nõ seq.
Alienũ inquã & uita & doctrina quidem, iuxta illud Psal
mi, Alieni mentiti sunt mihi: & istud domini per ꝓpheta
Psalm.17. dicentis, Væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gre
Jerem.23 gem pascuæ meæ. Sic iam nostris temporibus oues bonæ
non audiunt uocem alienoꝝ pastorum. siquidẽ nõ igno
rant eos & uoce & uita esse corruptissimos, nõ unt etiam
uerba illoꝝ inducere ad errorẽ, exempla ad peccata, do
ctrinã uniuersam ad perditionem. Et bene quidẽ in hoc
faciunt, qui cœnobia religiosa incolũt, q; huiusmodi mer
cenarios sibi obtrusos non sequuntur, sed ab eis fugiunt,
& uocem eoꝝ audire cõtemnunt. Contra quicunq; istoꝝ
alienorum uocẽ & doctrinã obuĩs (quod aiunt) ulnis am
plectuntur, argumentum id quidẽ efficax est, eos nõ oues
Christi, sed hircos esse diaboli & Luciferi capras. Vos autẽ
ne sequamini istos, ne credatis, néue adhæreatis eis, iũ

suadente Christo, Nolite ire post illos. nanque sicut ouis naturaliter exhorret & fugit lupum, adeo ut canis & magnitudine & colore referens lupum, neq; tantopere contrarius sit oui, neq; illũ sic metuat ouis: deinde si chordas ex neruis lupinis & ouillis simul in testudine coniunxeris, frustra labores, cõcordantiã nullã extorqueas. Ad eundem quoq; modum exosos habere debet ouis Christi omnes istiusmodi lupos hæreticos, & ab eis discordare & clamare ad dominum cũ Psalmista: Narrauerunt mihi iniquæ fabulationes, sed non ut lex tua. de castis deo sacratis uirginibus loquor, quibus lupi hæretici deputantur prædicatores. Parabolam porro hanc non intellexerunt Iudæi, quoniam illuminati non erant ea luce, quam in hunc mundum misit deus, & malebant tenebras quàm lucem: quoniam si Christum cognouissent uerum illũ esse pastorem, non ita percussissent eum, ut dispergerent oues gregis. Quid reliquũ igitur, nisi q̃ dũ cognoscere uerba Christi noluerunt, iuxta sententiam Pauli, ignorantes ipsi eti am ignorabunturà domino deo? Quotq̃t autem pñ sunt, uericq; pastoris uocem audiunt, illum sequuntur, alienos non item, uera utiq; ianua ingredientur ad pastorem animarum nostrarum Christũ Iesum in felicitatem æternã, quam concedere dignetur nobis in secula benedictus, Amen.

Lucę. 21

Psalm. 119

Johan. 8

Zach. 13.

1. Cor. 14.

HOMILIA TERTIA FERIAE tertiæ Pentecostes.

VEri pastoris & furis discrimen dominus Iudæis exposuit, quòd ille per ostium ingreditur, hic aliunde ascendit, idq; nec intellexerunt isti, neque intellecturi forsitan eramus & nos, nisi aperuisset Christus. ipse enim uerba hæc explicãs, ostium se esse testatur. ubi se obieceris dicens Christum, qui uerus est pastor, ostium esse non posse, sane respondebit tibi Augustinus, & dicet: Ipse Iesus Christus saluator noster, & pastorem se esse dixit, & ostium, quod nostrum quisque non ausus fuisset dicere. & quia per ostium intrat, per seipsum intrat, & nos per illũ intramus. nõ secus eũ ac lumẽ & certa

Augustin.

Augustin.

omnia conſpicua reddit, & ſimul ſe uiſibile facit: & Chriſtus lux uera patris, facit non ſe tantum, ſed & alios per ſe ingredi in uitã æternam. Ego nanq;, ait, ſum oſtiũ ouium. Quid multa? quocunq; modo rem expenderis, Chriſtum habes oſtium. nanq; & eccleſiam nemo ingreditur, niſi per Chriſtum, quem induerunt, quotquot in Chriſto ſunt baptizati. Eccleſiam ergo intrant fideles per fidem ueram in Chriſtum, quæ ianua illa eſt arcæ Noæ, per quã figurata eſt eccleſia: ſicut & Chriſtus ipſe oſtium eſt uerę dignitatis, quo intrare debent prælati omnes, non aliũde aſcendere, ſicut ſuperiori homilia commemorauimus. Adhæc Chriſtus quoq; eſt oſtium cæli & uitæ æternæ. ſiquidẽ quinq; millibus annorũ occluſum reſerauit peccatum ſanctæ crucis, ut redimeret genus humanum. ſic eũ deus pater daturũ ſe, ꝓmiſit clauẽ Dauid ſuper humerum eius. Atq; ideo quicunq; iam olim dixerunt eſſe ſe Petri aut Pauli, ab ipſo uero oſtio aberrârunt: ſed quicunq; ꝓfitentur eſſe ſe Chriſti, ii ianuã uerã attigerunt: quia hæc eſt porta domini, & iuſti intrabunt in eam. Et in hoc ꝙd Chriſtus etiam oſtium eſt, alios paſtores omnes ſuperexcellit: qui licet plurimi conſtituti ſint in eccleſia, oſtiũ tamen appellationem & proprietatem ſibi tribuere nõ poſſunt. paſtor eccleſiæ fuit Petrus, ſed non oſtium: quia & ipſe profeſſus eſt, non eſſe nomen aliud in quo ſaluari oporteat omnes, niſi illud Chriſti Ieſu, quem omnium orationum eſſe oſtium credit eccleſia, dum collectas omnes concludit per Chriſtum filium dei (ſecundum ſingularũ collectarum exigentiam) ſolus ergo ille mediator eſt redemptionis, ſolus etiam oſtium uerum. & quamuis ſcriptura etiam oſtium dici queat, id tamen ratione Chriſti tantum fit, in quo illa eſt, quem docet, quem cognoſcendum fidelibus præbet. ſicut enim nos in orationibus noſtris cum domino loquimur, ita uiciſſim ille per ſcripturas innoteſcit, & loquitur nobiſcum. uere igitur oſtium ẽ. O utinam modo tu Chriſte Ieſu, nos ab hoc oſtio concedas non aberrare, ſed per illud ingredi in uitã æternam.

Gala.3

Gene.6

Iſaiæ.22.

1. Corin.1.

Pſalm.117

1. Timo.2.

2. ¶ Addit deinceps Chriſtus: Omnes quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones. Hinc Manichæi uoluerunt uetus teſtamentum totum, & omnes patres reiicere atq; fa-

res & latrones iudicare, Noë, Abraam, Moyſen, Dauidem &c. idq; ut obtinerent facilius, deprauato contextu ſic le gerunt: Omnes quotquot uenerunt ante me, fures ſunt & latrones (ideo non cura Græcum Eraſmi & translationẽ eius ſæpe claudicautem, quia Græcum Vaticanum hic nõ habet neq; latinum, neq; Chryſoſtomus, ante me, legit, unde ſuſpicor eſſe deprauatum Theophylactum per Oecolampadium) ſicut illud præclare oſtendit Auguſtinus. neq; eſt hæc ibi ſententia Chriſti q̃d oñes qui ante eũ fuerint, fures ſint & latrones. ſiquidem ex ĩs fuerunt' patriarchæ & prophetæ, amici Chriſti, & qui cum Chriſto uenerint, quia ueraces ipſi Chriſtum qui ueritas eſt, comitati ſunt, & crediderunt in Chriſtum nondum incarnatũ, ſicut nos in illum iam in carne natum credimus. unde & Auguſtinus dicit, tempora mutata eſſe, non fidẽ. & infra, Diuerſis quidem temporibus, ſed utroſq; per unum fidei oſtium, hoc eſt, per Chriſtum, uidemus ingreſſos. Et uerum adeo hoc eſſe, neminem q; niſi in fide mediatoris ſaluatum, audi teſtem Apoſtolum, adfirmantem eundẽ ſpiritum fidei nos habere, ſicut ſcriptũ eſt: Credidi propter quod locutus ſum. & alibi dicit Apoſtolus, Omnes eandẽ eſcam ſpiritualem manducârunt, & omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt. & illi itaq; Chriſti ſerui fuerunt, & quiſquis eos audiuit, Chriſtum audiuit.

Li. 2. c. 4. contra aduer. legis.

Johan. 14

Auguſtin.

2. Corin. 4 Pſalm. 115 1. Corin. 10.

¶ Sed quid hoc, inquies, quòd dominus quotquot uenerint, fures & latrones omnes perhibet fuiſſe? Auguſtinus reſpondet & dicit, Chriſtum ſic locutum: Omnes quotq̃t uenerunt, ſcilicet ſine me, quos neq; uocaui ut Aaronem, neq; elegi ut apoſtolos, quos per uicarios & ſucceſſores meos non ad hoc ordinaui, ſicut Moyſen conſtitui in hoc ut paſtores inſtitueret duodecim tribuum Iſrael: iſti oẽs qui propria uenerunt temeritate, quos non elegi, neque per ſucceſſores meos ad hoc ordinaui, fures ſunt & latrones, cuiuſmodi plurimi fuerunt pſendoprophetæ & ſeditioſi, ut Iudas Galilæus & Theodas. Neq; diuerſæ multũ ſententiæ eſt Auguſtinus contra Fauſtum ſcribens, loqui hic Chriſtum de ĩs qui prius quàm uocarentur, uenerũt: non ſic autem patriarchæ & prophetæ, qui miſſi ſunt diuinitus: latrones autem fuerunt & fures, qui à deo nõ miſ

Exodi. 28. 1. 29. Luce. 6 Exodi. 13. Act uũ. 5

Li. 16. c. 12.

si, pastoritium tamen qui munus uendicârunt, de quibus conqueritur dominus, & dicit per prophetam: Falso pro-
Iere.14. phetæ uaticinantur in nomine meo. non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et infra de prophetis Samariæ & Ierusalem: Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium.

¶ De iis igitur hic dominus agit, qui nō uocati ueniūt, qui iniussi currūt: isti fures sunt & latrones. Quales sunt neochristiani omnes, prædicatores carnis & diaboli, qui neq; electi à deo, neq; à magistratibus legitime constituti, seipsos ingerunt quacunque ui aut uiolentia, sicut Iason & Menelaus: tamen sub prætextu nominis Iesu, quod subinde obtrudunt, sicut & euangelium crebro ingeminant. Quorum tamen si uitam & doctrinam penitus inspicias, diabolum tantum promouent, cuius nunciī & apostoli sunt, cuius mendacia docēt, teste hic domino.

Augustin. 3. ¶ Sequitur, Et non audierunt eos oues. Hic ait Augustinus, Maior hæc quæstio est, quid haber obscurum & ad intelligendum difficile? Audite obsecro, ecce dominus dicit, oues audiunt uocem pastoris, & non furis. sed quid
3. Reg. 15. putamus, qui audierunt dominum, omnes oues erunt? Saul audiuit uocem domini, & factus est lupus, non obediens deo. Audiuit Iudas, & lupus erat. sequebatur, sed pelle ouina tectus insidiabatur. aliqui uero qui Christum crucifixerunt, non audiebant dominum, & oues erant. quomodo ista soluitur quæstio, audiunt oues, & non audi-
Iezechi.33 unt oues? Sic enim & propheta errantes oues commemo-
Psalm.118 rat & Dauid, quæ quamuis errant, dum uocem furis audiunt oues tamen dicuntur. Multis inducit hanc quæstionē Augustinus, ego fundamentum tantum adsumpsi, & sucum rei, ne multis uos detinerem ambagibus, & responsionem quoq; breuibus absoluam. Quem dei dici, duobus modis accipitur: uel secundum præsentem iustitiam, sic
Ambrost. sup 9. ca. ad Rom. Saul & Iudas Scarioth (quem tamen Beda dicit semper fuisse nequam) quia boni fuerunt, oues etiam Christi extiterunt & tamen lupi facti sunt. Clericq; Iudæorum, qui lupi fuerunt crucifigentes dominum, audita concione Petri,

facti sunt oues, quia audierunt Christum in uicario suo loquentem. Vel etiam ouis Christi dici potest secundum aliquam ordinationem dei, aut illius præscietiam. scit enim deus qui sunt eius, & nomine uocat. At quis alius oues omnes cognosceret, nisi qui numerum scit electorũ? 2. Tim. 2
Et sic oues sunt quotquot ab æterno præordinauit & præuidit deus saluandos. Atque contrà, quos præsciuit esse damnandos, lupi sunt & hirci. Quodq; hic dicit dominus audire oues uocem pastoris, non alieni, de ouibus loquitur secundum præsentem iustitiam, dummodo sunt adhuc oues: & quòd nonnullæ oues aberrant, atqui lupi uocem aliquot audiunt, non fit hoc secundum præsentem statum, sed finalem ordinationem dei. siquidem quæ nũc errat ouis, priusquam moriatur, audit adhuc uocẽ pastoris, atque pœnitentia de peccatis acta saluatur (hoc est, quod dicimus, duplex est prædestinatio, scilicet simpliciter, & secundum finalem dei ordinationem, & secundum præsentem iustitiam.) Est tamen uox Christi quam luporum nullus audit, sed tantum oues, puta: Qui perseuerauerit usq; in finem, saluus erit. hæc uox est salutis in tabernaculo iustorum. Matth. 10 Psalm. 117

4. ¶ Ipse quoque se iam dominus explanat, dicens: Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur. Ecce non solum pastor, sed & oues intrant per ostium, nec aliquod dubiũ est in illis uerbis, nisi quod sequitur, & ingredietur & egredietur. hoc enim nonnihil uidetur habere difficultatis, quod istud ipsum egredi aliquid mali contineat, sicut de malis Iohannes ait: Ex nobis prodierunt, quia non erant ex nobis. Proinde quadruplicem inuenio istorum uerborum intellectum. Augustin. 1. Johan. 2

1. ¶ Non est quod egressus seu exitus malum quid significet, & Christus ipse uult ingredi oues suas penetralia cogitationum piarum, & rursus exire per Christũ operando bonum: breuiter ingredi per Christum, est secundum fidem cogitare. egredi autem per Christum, est secũdum ipsam fidem operari. sic Dauid, Exibit, inquit, homo ad opus suum. sic de operibus locutus est dominus apud Matthæum, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem Augustin. Psalm. 103. Matth. 5

uestrum qui in cælis est. 2. Alium adhuc sensum adducit Augustinus, & ait: Plus me delectat, quod ipsa ueritas tanq̃ bonus doctor nos admonuit. uidetur enim mihi dixisse, ut uitam habeant, ingredientes in ouile scilicet eius & ecclesiam, & abundantius habeant, ingrediẽtes in morte per ostium Christum, in uitam æternam. Cum itaq; & pastor bonus sit Christus & doctor eximius, uidetur mihi quasi sic dicere uoluisse: Veni equidemin hoc, ut uitam per me habeant, qui ingrediuntur, & abundantius habeant qui egrediuntur. prius enim aliqnem ingredi oportet in ecclesiam per fidem, quæ operatur in charitate: & sic demum habiturus est uitam, quoniam iustus ex huiusmodi fide uiuit. Quisquis autem ita perseuerat in finem usque, is ex hac uita egredietur per ostium Christum, ut abundantius uitam habeat. Sicq; boni cum moriuntur, non amittunt uitam, sed abundantius illam acquirunt, sicut latro in cruce iam tandem pœnitens, copiosiꝰ illam inuenit, cum audiret sibi dicere Christum: Hodie mecum eris in paradiso. Neq; multo diuersæ sententiæ ẽ etiam Gregorius, super Iezechielem dicens: Ingredietur ad fidem, egredietur ad speciem (scilicet Christi in æterna patria intuendam) pascua uero inuenier in æterna societate. Hinc etiam Psalmista ait: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, custodit enim dominus cuiusq; animæ introitum, quo intrat ad fidem: exitumq; que quo exit ad speciem, ut neq; intrans ecclesiam erroribus supplantetur, neq; ab hac temporali ad æternam exiens ab antiquo hoste rapiatur. Estq; hæc multum consolatoria expositio pro morientibus, quibus subinde inculcandum est, quomodo intrârint ecclesiam Christi per fidem, ipsumq; adeo ostium Christum, ut sic quoq; eodem ostio egrediantur, abundãtius habituri uitam, & pascua inuenturi. siquidem illic saturabuntur, quicunq; hic sitierunt iustitiam & esurierunt

Augustin.

Sala.5
Haba.2

Luce.23
Gregoriꝰ. Homil. 13. super Iezechi.
Psalm.120

Pro morituris.

3. ¶ Potest idem illud etiã exponi de solis beatis (quia adhuc quinque sensus possent applicari ad uiatores) sicut Christus intrauit & exiuit inter apostolos, ut dixit Petr⁹. & quomodo prælati ingrediantur pro uita contemplatiua, exeãt in uita actiua. Ingredit Magdalena, egredit Mar

Actuũ.1

tha: quòd ingrediatur ſeipſum reformando prælatus, & egrediatur ſubditos reformando: uel ingrediatur officia diuidendo & diſponendo, & egrediatur per exemplum formam uirtutis cooperatoribus ſuis exhibendo: aut quilibet ingrediatur trabem ex oculo proprio eiſciendo, & egrediatur feſtucam eiſciendo ex oculo proximi. Dies deficeret, ſi omnia ſymbola proſequi uellem. hoc eſt quod ſemper dixi, ampliſſimum eſſe campum ſignificatiuæ ſeu ſymbolicæ theologiæ.

¶ Ingrediuntur beati, dum omnipotentiam contemplantur diuinam, quoniam in eſſentia diuina uidenda & fruenda eſſentialis conſiſtit beatitudo, egrediuntur etiam ad contemplandam Chriſti incarnationem, gloriam deiparæ uirginis &c. in quibus accidentalis iſta ſtat beatitudo. ſiue autem exeat, ſiue intret beatus, gaudia undique inuenit non deficientia, gaudium inquam ex deo, & gaudium ex glorioſa & magnifica dei creatura, ita ut iam poſſit dicere illud Dauidicum: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Sed de iis aliâs. Pſalm. 22.

4. ¶ Ingreſſus hic etiam intelligi poterit de beatis intuentibus & deum & quæcunq; in cælo ſunt, exeuntibus autem per ſcientiam, dum cognoſcunt pœnas damnatorum. Atq; hocita eſſe teſtatur Iſaias cum ait: Egredientur & uidebunt cadauera uirorum, qui preuaricati ſunt in me. ubi Gloſſa quædã ſic habet: Electi egrediuntur quaſi ad uidendum non loco, ſed intelligẽtia uel uiſione manifeſta, ut ad laudẽ dei magis accendantur. Et quòd beati paſcua habeant & gaudia, hac ipſa egreſſione ſua teſtatur Dauid, inquiens: Quoniam lætabitur iuſtus, quum uiderit uindictam. & Iſaias, quum ait: Erunt uſque ad ſatietatem uiſionis omni carni, loquitur enim ibi de damnatis, quorũ uermis non morietur. idipſum ſane uidebunt beati, & ſaturabuntur. Ecce quomodo beati ſatiantur ſimul & paſcua inueniunt ex damnatis quoq; in inferno. Vſqueadeo uerum eſt illud Pauli, quòd ſanctis omnia cooperantur in bonum. & hoc eſt quod Dauid de iuſtis inquit, Lauabunt manus ſuas in ſanguine peccatoris, ſicut iam ſupra per nos explicata ſunt uerba Chriſti, & undiq; inueni Augu. lib. 20. de ciuitã. c. 22. Iſaiæ. 66 Gloſſa. Pſalm. 57 Iſaiæ. 66. Pſalm. 57

mus in sacris literis ita esse confirmatum.

5. ¶Nunc breuiter concludamus, dicamusq; etiam illud quod ait dominus: Fur non uenit nisi ut furetur, mactet & perdat, uarie posse exponi, sed tamen quod ficco, quod aiunt, pede nos transibimus, fur quoq; est diabolus, & hic quidem furatur per cogitationes malas, mactat per consensum prauum, & perdit in opere malo. Aliter sic accipe: Fur seu latro etiam est hæreticus, quoniam is tantum in hoc uenit, ut honorem & gloriam temporalem suffuretur, animas quoq; quas seducit mactet, & dum illas suis dogmatibus attrahit, æternaliter perdat. Vel etiam fur ipse tyrannus est, qui gratia bonorum temporalium sæuit aduersus fidem, ut ea quæ in cœnobijs sunt bona, sibi usurpare queat. Qui autem mactat animas, hæreticus est, suis peruersis dogmatibus illas seducens. Qui perdit, diabolus est, quoniam eas usq; ad inferos detrudit. Necest quod mireris me ista tribus tribuere personis, quæ hic de uno fure prædicat dominus. diabolus enim caput est, cui reliqui duo membra existunt. sicq; de ijs tribus uelut de uno loquitur scriptura. (per regulam Ticonij apud Augustinum libro quarto de doctrina Christiana) Primusque adeo fur diabolus extitit, qui Adamo & Euæ gloriam suffuratus est paradisi: nunc autem impij omnes & animicidæ membra ipsius sunt. Et sicut diabolus cum suis uenit mactare & perdere animas, ita uicissim uenit CHRISTVS, ut habeant uitam hic gratiæ, illic abundantius etiam uitam gloriæ & felicitatis æternæ. Quam nobis concedat Christus Iesus dominus, idem pastor & custos noster in secula, Amen.

De pastore uide suprà in Homilia feriæ secundæ Paschæ.

IN OCTAVA PENtecostes.

¶Multis iam retro seculis pij homines hac dominica uenerati sunt sanctam & indiuiduam trinitatẽ, quod etiam per Papam Benedictũ XIII. confirmatum est. Iam uc-

ro sunt, qui ea dominica legant euangelium: Quum uenerit paraclitus, quod explicatum per nos est dominica post ascensionem domini. Alij uero euangelium legunt de Nicodemo, quod etiam lectum est hac ipsa dominica in concilio Pisano, quando festum illud institutum est, te ste Cardinali Cameracen. Petro de Aliaco, qui in eodem concilio prædicauit. & nos itaq; illud iam explicemus,

DOMINICA TRINITATIS EVANGELIVM Iohannis III.



IN illo tempore: Erat homo ex pharisæis, Nicodemus noīe, princeps Iudæorum. hic uenit ad Iesum nocte & dixit ei: Rabbi, scimus qa à deo uenisti magister. nemo enim potest hæc signa facere quę tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respōdit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest uidere regnum dei. Dicit ad eū Nicodemus: Quomodo potest homo renasci, cum sit senex? nunquid potest in uētrem matris suæ iterato introire & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: Matth. 22

& quod natum est ex spiritu, spiritus est. Nō mi reris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respōdit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amē amē dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis & non creditis, quomodo si dixero uobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Ephe. 4.

Nume. 21.

HOMILIA I.

SVb finem capitis secundi, pau lo ante exordium huius euangelij, dicit Iohannes quòd Christus non credebat semetipsum eis, eo q̄ ipse nosset omnes. Quāobrem Nicodemus qui iam credere cœperat, uidens miracula Christi, quum ipse pharisæus esset, uenit ad Iesum. Ne exhorreatis, dilectissimi, nomen & titulum pharisæorum, neq; omnes malos fuisse putetis. nam & à deo extra sacerdotium institutus fuerat olim triplex ordo spiritualium hominum, sicut nunc in ecclesia, præter sacerdotes à deo institutos, habemus Benedictinos, Bernardinos, Prædicatores, Minores, Carthusianos &c. plane enim sic in ueteri testamento erant Essæi, Pharisæi & Saducæi, teste Iosepho, & post illum etiam autore Eusebio. Erāt itaq; pharisæi ex ijs honestissimi, sic dicti, quòd tam moribus quàm

Exodi. 29

Iosephus Eusebi. de prepara. Euangeli.

habitu separati & diuisi erant à cæteris, deducta appellatione à uerbo phares. Quid multa? sicut iam religiosi habitu & ceremoniis separati sunt à reliquis Christianis, ita pharisæi apud Iudæos erant. Vos itaq; cum pharisæos auditis nominari, ne quid cogitetis mali, sicuti neq; malum suspicamini audientes monachos & moniales uobis commemorari. siquidem & hic Nicodemus pharisæus extitit, & tamen bonus: & Paulus apostolus fuit pharisæus, sicut ipse apud regem Agrippam de se professus est, dicens: Philip. 3 Actuũ. 26 Et quidem uitam meam à iuuentute quæ ab initio fuit in gente mea, in Hierosolymis, nouerunt omnes Iudæi, præscientes me ab initio, si uelint testimonium perhibere, quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis uixi pharisæus. Verum quidem est, q̃ decursu temporis religionem externo tantum habitu mẽriti sunt, & sub specie pietatis hoĩbus etiam bonis bona sua subtraxerunt: & usq; adeo omni malitiæ studuerunt, ut qui pessimi essent Iudæorum, pharisæi essent, sicut undiq; nobis euangelica Matth. 23. testatur historia.

¶ Erant tamen ex iis, qui bene & pie se gerebant, sicut hic Nicodemus, & ille legis doctor Gamaliel, & sanctus Paulus etiam filius pharisæi, sicut ipse testatus est, quando à præfecto coram tota populi concione statueretur. Actuũ. 5 Actuũ. 23.

Nomine Nicodemus. Tantum hic & in sepultura Christi mentionem illius facit Iohannes. Nicodemus autem ad linguæ Græcæ proprietatem tantundem est, ac si dicas, victoria populi: Hebræis, sanguis innocens. Erat utiq; ille de secta magnifica pharisæorum, etiam ex nomine clarus, quia Nicodemus: officio illustris, si quidem princeps Iudæorum. (ecce religio, nomen, dignitas). Quæres, quur adeo proprie uelut depingat ille Nicodemum? eo nimirum, q̃ eundem deinceps constituturus erat aduocatum Christi, quum illum Iudæorum populus totus cõdemnaret. dicebat enim tunc Nicodemus, Nunquid nostra lex iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Iohan. 19 Iohan. 7

2. ¶ Venit itaq; Nicodemus ad Iesum nocte. Quod uenit, ex fide factum est, q̃ illum latenter attraxit pater, qa nemo, inquit Christus, uenit ad me, nisi pater meus tra- Iohan. 6

xerit eum. Sed quòd nocte uenit, metu impellente factum est & fidei suæ imperfectione. erat em̃ ex eor̃ numero, de
Johan. 12 quibus Iohannes dicit: Multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, ut de synagogis non eĳcerentur. dilexerunt enim gloriam hominum magis q̃ gloriam dei.

¶ Et merito quidem istum suum defectum nox designauit, quæ in sacris literis ut plurimum insciti am significat
Ephe. 5 & pct̃um. sic Paulus, Eratis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino. In magna adhuc caligine erat Nicodemus, licet exiguum lucis radium sibi emicantem iam persenserat, propter miracula Christi, sicut ipse suo sermone testatus est: Rabbi enim ait, scimus quia à deo uenisti magister, & nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi sit deus cum eo. Ecce quomodo adhuc in nocte fuit, loquutus cum domino sicut cum homine puro, & ratus se plane satis facere, si cæleste in ipso cognoscat magisterium, etiam si nihil ulterius inquireret. sed quàm pul-
Chrysost. chre seipsum redarguit Nicodemus? sic enim sanctꝰ Chrysostomus: Quid, inquit, Nicodeme nocte uenis ad eum qui diuina loquitur, qui à deo uenit? quid illum hominem tãtum putas, & propheram alienæ opis indigum ad exercenda miracula? Quamuis idipsum non obtecit dominus
Chrysost. illi, quia curæ erat Christo à principio, non tam quis esset ostendere, quàm ut crederetur, nihil contra patris facere uoluntatem. ideoq; uerbis sæpenumero humilioribus loquutus est, re autem quid posset, ostendit. miracula enim summa uirtute operatus est.

Rabbi, inquit, hoc est, magister seu doctor magnifice, magis aucte. & erat sane hoc aliquid: dedit enim illum dominus nobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos imbrem matutinũ & serotinum. Rabbi, scimus qa uenisti à
Joh. 13. 16 deo magister. non male magistrum eum uocat, quoniam sic Christus ad apostolos ipse dixit: Vocatis me, magister & domine. & bene dicitis, sum etenim. Bene etiam dixit à deo eum uenisse, quia & Christus undique dixit à
Johan. 15 deo se missum & exiuisse. Quod autem de signis adiecit, etiam de se testatur dominus, inquiens: Si non fecissem signa in eis, quæ nemo alius facit, pctũm non haberent. sed

& cæcus dixit, à mundo auditum non esse, quòd quisquam aperuerit oculos cæci nati. Ecce quomodo miracula pariunt fidem. sed ille tamen in hoc deficiebat, quòd non cognoscebat etiam Christum esse deum. Et uide hic quoq; quomodo miracula testimonium dant uirtuti diuinæ, etiam per malos facta, iuxta illud: Multi dicēt in die illa, Domine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? &c. sed dicet eis dominus, Quia nescio uos. Et tamen isti quoq; miracula faciāt oportet per inuocatiōem nominis alicuius sancti, quum interim Christus miracula sua fecerit uirtute propria, citra omnem alienæ opis implorationem. Agnouit itaque Nicodemus esse in ipso aliqd diuinæ uirtutis, sicut & credibile est ex aspectu suo radium emicuisse diuinitatis suæ, ut quum Iudæos templo expelleret. Johan. 9. Matth. 7 Johan. 8 Matth. 21

3. ¶Neq; tamē Nicodemum de non agnita diuinitate increpauit dominꝰ, sed benigne alloquutus, paulatim cœpit illum ex humilibus rebus erigere & adducere ad altiora, sublimiora ista & diuina mysteria, dixitq;: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit, non potest uidere regnum cælorum. Ecce quomodo magisterium declarare conatur dominus, quod in ipso professus erat Nicodemus, aperiens ei quomodo filius dei fieri possit renatus per gratiam, ut sic filiū dei cognosceret in natura. Quod si bene expendas hæc uerba Christi, uidebis ea correctionem quandam in se habere, quasi dicere uoluisset: Profiteris magistrum esse me, meq; adeo esse à deo, & deum esse mecum: uerum id satis non est, qa non omnis q̄ dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum. En aūt ostium illi statim ostendit baptismum, quem regenerationis nomine intelligit. uere enim ianua est & ecclesiæ & omnium sacramētorum, cuius necessitatem hic dominus ei insinuat, ostendens uoluntatem hanc esse dei, ut quisq; renatus non fuerit, neq; saluetur: sicut & apertius discipulis suis dixit, quando ad prædicandum & baptizandum misit. Nisi quis renatus fuerit, ait dominus. Quæ uerba nonnulli sic exponunt: Quod quum conditi creatiq; simus in statu innocentiæ in primo nostro parente Adam, rursusq; relapsi & mortui per peccatum, quo auocati su- Matth. 7. Cyrillus.

mus à uia uitæ & gratiæ dei, iuxta illam dei patris inter-
Gene.2 minationem: Quacunq; die manducaueritis de ligno ui-
tæ, morte moriemini, ideo neceſſarium erat renaſci nos
per ſacramentum ſecundum formam filij dei, ita dicente
Iacobo: Volũtarie regenuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus
Iacobi.1 initium aliquod creaturæ eius. Sunt etiam qui ſimplici-
ter intelligant, dicentes naſci hominem ſecundum carnẽ
ex parentibus ſuis, non ſecus ac ex terreno homine Adã
Pſalm.50. originem ducit, idq; non ſine peccato, iuxta illud Dauidi
cum: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in pecca-
tis concepit me mater mea. Ex hac nativitate hæreditari
um acquirimus pctm̃, concupiſcentiam malam, mortem,
& quid denicq; non? etiam inferos. Magna itaq; gratia de-
us nobis inſtituit ſacramentum baptiſmi, quo regenera-
mur & renaſcimur ſpiritu, teſtante Paulo, quòd ſicut in
1. Cori.15. Adam omnes mortui ſunt, ita in Chriſto uiciſſim omnes
uiuificantur. Vndicq; plenum eſt teſtamentum nouum, q̃-
Iohan.1 modo nati ſimus ex deo, qui & poteſtatem dedit nobis fi-
lios ſuos fieri. Tuncq; deus uerus noſter efficitur pater,
& non ſic tantum, ut conditor eſt nobis & creator, omni-
umq; creaturarum opifex, ſed peculiari quodammodo pa-
ter noſter erit. Quæ radicalis & fundamentalis eſt cauſa,
Matth.6. quòd orare ille nos docuit: Pater noſter, qui es in cælis.
Illa enim noui teſtamenti una oratio eſt ſuauis & grata,
quam nemo patrum ueteris legis potuit edicere. ſiquidẽ
quàm ex adfectu prodit filij ad patrem oratio, tam nosq;
q; Chriſtiani ex animo oramus patrem noſtrum cæleſtẽ;
& quum antea ſecundum carnem pater nobis eſſet Adam,
ſola deinceps gratia regenerando nos nobilitauit Chri-
ſtus, ut porro eſſemus filij dei. En ergo uerum Imperato
rem hic uobis, qui ſuos uere nobilitat, qui uera inſignia
confert, ſed ijs demum, qui renati exuuijas ueteres abiece
rint, iuxta hoc dictum euangelij noſtri: Niſi quis renatus
fuerit, non poteſt uidere regnum cælorum. Ecce nemo
uenit ad hanc aulam, nemo militiæ huius regis omnium
regum adſcribitur, niſi renatus antea (oportet enim quòd
deponatur baſthardus) per baptiſmum. Poſſent & debe-
rent ſane hic plurima dici de uſu, excellentia & digni-
te baptiſmi, ſed hanc materiam totam relegamus ad ho

milias nostras de sacramentis. Hoc unum fac præscribas tibi, quotiescunq; oras, Pater noster, id te nec facere posse, neq; audaciam tantam orandi illud habiturum, nisi in baptismo effectus esses filius dei.

4. ¶Sancta & salubris fuit illa responsio Christi. sed & Nicodemus, quia nocte uenit, adhuc de tenebris carnis suæ loquitur. non intelligit quomodo audiuit à luce. nã spiritus ei loquitur & carnem ille sapit. Dixit ergo ille rursus ad dominum: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Ecce hominẽ hic animalem tibi, q intelligere non potuit quæ spiritus erant. Christus enim magnum illud arcanum baptismi reuelauit ei: quod rudis iste discipulus stultum quid, imò etiam impossibile iudicat, quando nequeat homo senex intrare rursus uterum matris, ut sic renasceretur. O caput ineptum & & penè insensatum. sane in tenebris erat Nicodemus, & atra noctis caligine obuolutum habebat intellectum, magnus & præclarus Rabinus. Huiusmodi homines duri erant & Capharnaitæ, qui quum audirent dominum sibi de mysterio corporis & sanguinis sui differentem, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? aut quomodo potest ille nobis carnem suam dare ad manducandum? Impossibile isti hoc iudicabant, sicut nunc quoq; faciunt eucharistiæ impugnatores impudentissimi.

Augustin.

1. Corin. 2.

Johan. 6

¶Sed tu hic discrimen magnum considera sapientiæ diuinæ & humanæ. dicebat enim Christus, necessariũ esse ut renascatur homo: Nicodemus impossibile id putabat, ut quis ingressus iam grandæuus uterum matris, renasceretur. non nouerat iste nisi unam natiuitatem ex Adam & Eua, ex deo & ecclesia nondum nouerat: non nouerat nisi eos parentes qui genuerant ad mortem, nondum nouerat eos qui genuerant ad uitam. sed quia non retrocessit cum Capharnaitis, meruit audire uerum & solidum uerborum Christi intellectum. Insuper uide natiuitatem carnalem iterari nõ posse. siquidem homo senex nõ potest ingressus uterum matris denuo renasci. ex illo ergo & spiritualis illa repeti non debet. neq; enim baptizatus, rebaptizari potest aut debet. solennitates quidem in casu necessitatis omissæ repeti possunt, aut sicubi dubium

Augustin.

Baptismus non reiterẽtur.

esset de baptismo, ut in supposititijs. tũc enim sub conditione baptismus iterari potest. aliâs nunq̃ scienter iterari debet, etiamsi factus esset à ministro pctõre, hæretico, schismatico, Iudæo, uel etiam gentili. usq; adeo rebaptizatio nunquam uel uirtutem aliquam habet, uel sine pctõ maximo, uel etiam citra hæresim & insignem contumeliam sacramenti fieri potest. Quid quòd immensa etiam hinc & Christo & passioni suæ (unde omnis est uirtus & efficacia baptismi) accedit iniuria? Omnia tamen hæc intellige, si tum forma ecclesiæ in baptizando seruetur, tũ ueram baptizandi intentionem habeat minister. Sic episcopus Alexandriæ Dionysi⁹ ab hæreticis baptizatum recepit, licet in confessione sua ante baptismũ hæretici quã plurimos impios & nonnullos etiam blasphemiam sapientes articulos ei proposuerant, teste Eusebio. Sic Alexandrinus episcopus Alexander, cum pueri inter quos episcopus electus fuerat Athanasius, per iocum baptizassent seruata forma ecclesiæ, cognouit ille & decreuit non rebaptizandos eos esse.

Li. 7. ca. 8 eccle. hist.

Li. 10. c. 15

¶Non ignorârunt utiq; patres illi sancti, quanta fiat contumelia spũi sancto in rebaptizando. unus eñ est baptismus, inquit Paulus, & q semel ritu & forma ecclesiæ sunt baptizati, si post pctũm denuo uellent baptizari, crucifigerent sibi ipsis filium dei, & ludibrio haberent.

Ephe. 4

Heb. 6

Vna itaq; ruina corruunt hic duæ magnæ hæreses; altera Donatistarũ, qui ab hæreticis baptizatos rebaptizârũt, contra quos multa fortiter scripsit Augustinus. Et fuit quidem aliquando istius sententiæ etiam Cyprianus, sed illũ pulchre excusat Augustinus. multum enim exercuit articulus iste sanctos patres. Altera eorum q omnino noluerunt paruulos esse baptizandos, in qua naui erroris iam olim naufragium fecerunt Pelagiani, contra quos & Augustinus præclare scripsit, & concilium Mileuitanum decreuit. Post sexcentos dehinc annos eandem hæresim Cathari in Gallia & Germania resuscitârunt inter reliquos decem articulos, sicut illud antiquus quidam abbas Eckebertus describit. Hæresim istam infelici hoc nostro seculo reuocauit ab orco Vbalthazarus Hiebmayr, & tenuerunt Heizer, Hut, Denckius, & alij nonnulli sequaces eo-

De pecc. meri. & remiss.

Eckebert.

rum. est autem hæresis hæc iam olim condemnata, ut testantur Cypriani scripta, & Augustini super Genesim, ad Fidum & ad Marcellum, quos libros & uidit & laudauit beatus Hieronymus. Multas in ecclesia turbas mouit hæc hæresis, plures deperdidit anima, corpore, bonis & honore. Vtinam aliquãdo tandem finem ẽis malis tantis daret deus. Sed hæc aliâs, nunc tantum oremus deum &c̃. Cypria. Augustin.

HOMILIA SECVNDA
super Euangelio domini
cæ Trinitatis.

SCintillam fidei concepit Nicodemus ex doctrina & miraculis CHRISTI. Quid mirum? trahebat enim illum deus pater intrinsecus, & permouebat ad cognitionem sui, unde & magistrum uocauit eum, & magnum esse professus est, qui signa tanta facere posset, & deum cum eo esse: & tamen rudi adhuc erat intellectu, dominúmque de regeneratione baptismi loquentem sic intellexit, quasi oporteret aliquem iam natu grandem iterum ingredi uterum matris, & sic renasci: quod ille putauit esse impossibile, uti & est. Itaque paulo melius erudituit eum dominus, & dixit: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare regnum cælorum. Ecce prudens domini responsum. Nicodemus arbitrabatur illud domini uerbum esse impossibile, dominus autem nõ adorsus eum est duriter, sed paucis uerbis errorem illi suum commonstrauit, quasi sic dicere uolens: Nicodeme, in hac regeneratione, quam tibi prædico, non est opus aliquem rursus intrare uterum matris. solummodo enim fit illa per aquam & spiritum. neque opus hic uentre, sed solo spiritu. Tu autem impossibile dicis, senem nasci denuo: ego tam necessarium, ut aliter quis saluus esse non possit. Atque sic attentum eum fecit dominus. dum enim necessitatem baptismi illi inculcat, diligentiorem reddit in inquirendo. siquidem primus homo de terra factus, præuaricatus est; hunc autem alterum hominem nouum ex aqua & spiritu regenerare uult CHRISTVS, sicut & olim spiritus Augustin. Johan. 3 Chrysost. Gene. 1.

domini ferebatur super aquas. Aqua exterius emundat corpus à sordibus: spiritus intus sanctificat animam, ut sit totus homo nouus efficiatur, acceptabilis deo, filij loco per gratiã, qantea filius iræ erat secũdum naturã. Quãobrẽ &Iohannes de CHRISTO dixit: Hic est qui baptizat.

Johan. 1

¶ Et diligenter tu hic considera, quòd non temere uniuersaliter adeo Christus loquitur de omnibus hominib⁹, quoniam necessarium sit illis renasci. quia enim antea Nicodemus eum magistrum appellauerat, iam ipse declarat &testatur magistrum se totius esse mũdi: unde &magnifice adeo atque potenter illum docet de omnibus in uniuersum hominibus. Deinde animaduerte quòd bis regnum cælorum Nicodemo inculcat, quoniam quum pharisæus esset ipse & resurrectionem crederet mortuorum, in hoc illud adiunxit, ne negare posset quin renasceretur. Præterea uide & attende CHRISTVM principio loquutum obscurius, ut diligentiorem illum faceret. nanque si manifeste ei dixisset hominem baptizari in aqua, contemnere potuisset: quum autem audiret Christum sibi dicere de regeneratione, admiratus est: & ne paruipenderet aquam in baptismo, uerum quoq; addidit baptistam spiritum sanctum. quomodo decet facere præceptorem bonum, ut ait Chrysostomus.

Chrysost.

¶ Ad hæc obserua quod primum dicit dominus, non uidebit regnum cælorum: deinde, non intrabit in regnum cælorum. Gloss enim dicit, CHRISTVM idem utroque sermone significare uoluisse, quoniam non saluabitur: sed uerba hæc ulterius quiddam insinuare uidẽtur, nimirum quod hic dominus designare uoluerit æternam felicitatẽ in uisione consistere essentiæ diuinæ. hæc enim est uita æterna, inquit dominus, ut cognoscant te deum uerum, & quem misisti Iesum CHRISTVM. Augustinus quoque in hanc sententiam sic ait: Visio scilicet interna ista in intellectu, est tota merces beatorum. Quisquis itaq; essentiam intuetur diuinam, uere beatus est. sicq; ingreditur in regnum cælorum, iuxta illud domini ad seruum: Intra in gaudium domini tui. Quur autem ex omnibus elementum aquæ elegerit ad baptismum, uide in materia baptismi de septem sacramentis.

Gloss.

Johan. 17

Augustin⁹

Matth. 25

2. ¶Iam porro sententiam suam de regeneratione declarat dominus, & ait: Quod ex carne natum est, caro est. ¶Si diceret, Tantum de natiuitate carnis tu loqueris Nicodeme, ubi caro de carne nascit: ego aũt de spũali loquor, in qua quod ex spũ nascitur, spũs est. Caro, mortalis est: spũs, perpetuus. & in generatione carnali portamus imaginẽ Adæ terreni, ut ait Paulus. Vnde iniqua ẽ generatio & naturalis malitia. semen enim erat maledictum ab initio, teste Sapiente. Hinc & ex hac generatione nata est illa querimonia Pauli: Video aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Quod autem nihil boni nascatur ex carne, satis magnus ecce nobis testis adest Iacobus. Quum enim in carne habitet concupiscentia, & quisq; à concupiscentia sua tentatur abstractus & illectus. deinde concupiscentia cum conceperit, parit pctũm, pctũm uero cum consummatum fuerit, generat mortem. Sicq; nihil boni nascitur ex carne, nec quicquam aliud nisi caro. & sicut origo est & fons, ita fluuius ubicunq; scaturigo mala, ibi & riuus malus: ubi radix arida, ibidem & arbor tota sterilis est. ideoq; & ex carne nil nisi caro. At qd de carne ait sanctus Paulus uas electum? Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, neq; corruptio incorruptelam possidebit. Contra autem, quicquid ex spũ nascitur, spũs est. arbor bona fructus profert bonos. spũalis tũ nobilitas tum perfectio, ex spiritu est, non ocioso tamen, sed operante, & commouente uirtutes animæ ad omne bonum, hominemq; uniente cum deo. quia qui deo adhæret, unus cum eo spiritus est. O uere felicem & beatum hominem, qui sic ex spiritu nascitur & deo, & ut ait Iohannes, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Mysteria hæc non est quod multum prædicemus carnalibus hominibus. neque enim intelligunt, & solo usu patent ista, proinde missa facio. Videte autem omnes, quàm misericditer nos deus noster redemerit, & regenerauerit, multo magnificentius quàm in prima creatione. Principio eñ dictum est, Producant aquæ reptile animæ uiuentis. Ex quo autem alueum Iordanis ingressus est Christus, non

1. Cor. 15. Sapien. 12 Roma. 7 Iacobi. 1 Roma. 11 1. Cor. 15. Matth. 7. 1. Cor. 6. Johan. 1 Chrysost.

amplius reptilia animarum uiuentium, sed animas spiri
Gene.1. tuales producit aqua & agnos ecclesiæ. In creatione mũ-
di refert quidem Moyses, ꝙ tunc spiritus domini fereba
tur super aquas: uerum quinq; millibus annorum post-
ea ignorabatur, quid ageret spiritus domini super aquas,
Matth.3 tantisper dum Christus aquas Iordanis ingressus, aperto
cælo cerneret spiritum sanctum descendentem in specie
columbæ, & uenientem super se, in argumẽtum & signũ
efficax baptismi, quòd in eo spũs sanctus potenter emun
daturus esset animam baptizati, & insigniturus stola in-
nocentiæ instar columbæ: & abluturus ab omnibus sor-
dibus peccatorum. hoc itaque erat, quod quicquid ex spũ
nascitur, spiritus est.

Cyrillus. ¶Audi porro quid hic Cyrillus dicat: Natum ex spiri
tu, spũm hominis dicimus, non qa ex eo secundum natu-
ram est, sed una qdem & prisca ratione, quoniam per spi
ritum ex nihilo ad esse productus est, sicut in libro Gene-
Gene.1 sis legimus, ꝙ deus condiderit hominem ex limo terræ,
& inspiraverit in faciem eius spiraculum uitæ, unde fa-
ctus sit homo in animam uiuentem. Et secundum hoc uti
q; uerum est, ꝙ ex carne caro, ex spiritu autem spiritus
nascitur. quũ enim gemina in nobis sit substãtia, corpus
& aïa, corpus quidẽ de corpore uenit parentis, anima aũt
Augustin. quæ spũs est, ex spiritu dei uenit. sic inqt Augustinus: Ani
ma infundendo creatur, & creando infunditur, quoniam
singulis hominibus, singulæ creantur animæ à deo, auto
Psalm.32 re Psalmista: Qui fingit (sicut figulus ollas) singulatim
corda eorũ. & de hac re nõ loqtur hic dominus.

¶Secundo, spiritus ex spiritu nascitur, quando per spi
ritum reformamur, & proprio illius signaculo insigni-
mur, animoq; nostro transformamur secundum imagi-
nem ipsius: de qua transformatione Paulus loquens, di-
Gala.4 cit: Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in uo-
2. Corin.4 bis Christus. & iterum, In Christo Iesu genui uos per eu-
angelium. idq; adeo fit in sacramento baptismi, quo rena
scimur in spiritu dei, & charitate insignimur indelebili.
quod ita esse uel inuitis omnibus neochristianis, testatur
Ephe.4 nobis aperte sanctus Paulus: Nolite, inquiens, contri-
stare spiritum sanctum, in quo signati estis in die redem

ptionis ueſtræ. & paulo ante, In quo & uos cum audiuiſ- Ephe.1.
ſetis uerbum ueritatis euangelium ſalutis ueſtræ, in quo
& credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui
eſt pignus hæreditatis noſtræ. Vtrinq; hic manifeſte de-
clarat Paulus, Chriſtianos conſignari per fidem in rege
neratione ſpiritus in baptiſmo.

3. ¶ Quum itaque iam dominus Nicodemo decla-
raſſet, quid de regeneratione illa ſibi uoluiſſet, & quòd nō
ſecundum carnem, ſed ſpiritum intellexiſſet, admiratus
ille eſt & obſtupuit: ac proinde ſubiunxit dominus, Non
mireris quia dixi tibi, oportet uos naſci denuo. ſpiritus
ubi uult ſpirat, & uocem eius audis. Homines mundani,
quum audiunt aliquid dici de natiuitate ſeu generatione
cæleſti uel filij dei, uel etiam filiorum adoptionis, tan-
tum admirantur & ſtupent attoniti, iuxta illud Iſaiæ: Iſaiæ.66
Quis audiuit unquam tale? & quis uidit huic ſimile? nun-
quid parturiet terra in die una? aut parietur gens ſimul,
quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego
qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit dominus?
Ita hic quoque fecit Nicodemus, quamobrem apertius ad- Cyrillus.
huc ei dominus naturam & proprietatem uenti incul-
cat, quem hic idiomate Hebraico ſpiritum uocat: quan-
do hæc ſingularis quædam eſt uirtus docentis, ut multis
ac uarijs modis auditorum animos attrectet: unde paula-
tim materiæ difficultas fiat apertior. Quum igitur Nico-
demus uerba CHRISTI de carnalibus & terrenis rebus
intellexiſſet, & dominus uiciſſim oſtenderet ſe de ſpiritu
loqui, neque adhuc ſatis Nicodemus adſequi poſſet (in- Chryſoſt.
finitum enim penè eſt, quo ſpiritualia diſtant à corpora-
libus) mediam adhuc creaturam ei propoſuit uentum,
qui neque ad ſolidi corporis naturam, neque ad incorpo
ream conſcendit, priuſque tamen orditur ab aqua, quæ te
nuior eſt quàm terra & craſſior uento. Vult ergo do-
minus docere, quomodo ſpiritus inuiſibiliter operatur
regenerationem ſuam in anima hominis, & nobis quo-
que nec ſentientibus neque uidentibus.

Ait enim, Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis: Chryſoſt.
neſcis autem quò uadat, aut unde ueniat. Duo in ijs uer- Cyrillus.
bis proponit ille: alterum, quòd ſi huius ſpiritus quem

auditus sensu percipis, & tactu impetum sentis, ne uiam quidem nosti, quonam pacto diuini spūs operationem perscrutaberis? Alterum uero est, quod simul ibi declarat potentiam & uirtutem spūs sancti. q̄ si enim uenti ubilibet spirantis semitam impedire nemo potest, nec prohibere, quanto minus impedire quis poterit operationē spūs sancti, quam uetare nec natura potest, neq; ulla creatura? aut quis est qui resistat uoluntati diuinæ? Vere nanq; spūs ille ubi uult operatur, q̄d luce clarius cernis in Maria Magdalena peccatrice. Ecce autem & Iudas apostolus cecidit, & spiritus ille latronem seruauit. usque adeo nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. cuius enim uult miseretur, & quem uult indurat.

Roma. 9

Ambrosi. Roma. 9

¶ Dices: Quomodo aut quid hic dicit dominus de uentro seu spiritu, quod ubi uult spiret, qui uoluntatem nullam habet, quum nec homo sit, neque animal, neq; alicuius uitæ capax? Sane uerum respondeat tibi ad hoc Chrysostomus, & dicet: Quia non loquitur hic dominus, ac si uoluntate aliqua feratur uentus, sed liberum eius à natura impetū significat. mos em̄ est scripturæ, ita etiā de inanimis loq, quemadmodum cum inquit, Vanitati subiecta est creatura nolens. ideoq; & propter liberam agitationē uenti dicit hic spūm spirare ubi uelit.

Chrysost.

4. ¶ Sequitur, Et uocem eius audis. per uocem sonum intellige & stridorem, quem audis utiq;, sed unde spiret exacte non cognoscis. & licet uideas austrum euntē à meridie ad aquilonem, & alium uentum uenientem ab oriente in occidentem, tamen originem illius certam ignoras. Ita spūaliter quoq; audit aliquis uocem spūs, dum cōmotionem illius in se experitur. neq; enim infidelis audit uocem pastoris, sed fidelis tantum, gratia modo diuina non destituetus, ut illam sequatur, iuxta istud Dauidicum: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. O quoties audimus quidem uocem domini pulsantis in cordibus nostris, nosq; admonentis & exhortantis ad omne bonum, iam per seipsum, iam per angelos suos. Curemus modo ne contemnamus instinctum domini, sed potius omni reuerentia & honore simul ac timore recogitemus & susc̄ipiamus: sic̄q; iam audientes uocem

Augustin.

Psalm. 94

ſpiritus, neſcimus tamen adhuc unde ueniat, omnis enim illa operatio ſpiritus ſancti occulta eſt, totaq; latet inuiſibilis. Beda hoc exponens, ſic ait: Nam uidetur baptizando in fontem deſcendere, uidetur aquis intingi, uidetur de aquis aſcendere: quid autem in illo lauacrum regenerationis egerit, minime uideri poteſt, ſola fidelium pietas nouit: quia peccator in fontem deſcendit, ſed purificatus aſcendit: filius mortis deſcendit, & filius uitæ aſcendit: filius diaboli deſcendit, & filius dei aſcendit, idq; nos corporalibus oculis noſtris non cernimus, ſed mater ſancta eccleſia quæ peperit illum denuo, nouit hoc in fide, quod infideles nec nórunt neque credunt, ut dicit Iohannes: Chariſſimi, nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. ſic Sapiens dicit: Ignoras quæ ſit uia ſpiritus. Ecce itaque quomodo audis uocem ſpiritus, neque tamen ſtupendam ipſius intelligis operationem. ſicq; ait Auguſtinus, Sonat pſalmus: uox eſt ſpiritus. ſonat euangelium: uox eſt ſpiritus. uocem eius audis, & neſcis unde ueniat aut quò uadat. Vocem iam meam in prædicando auditis, uocem utiq; ſpiritus, in quibus autem ſpiritus operetur, & quò uadat, idipſum ſane neſcio. Sunt qui hic uariam uentorum generationem & multiplicem cauſam declarent. interdum enim uenti generantur ex nubibus, uſq; ſecundum latitudinem aëris, aliâs ex cauernis terræ, non nunquam ex mari, ita ut plane neſciamus uel quando oriantur uenti, uel unde emergant, uel quibus de cauſis. Sic etiam ignoramus, & quando & ubi, & in quibus operetur ſpiritus ſanctus. Quo nomine diligenter orare debemus deum pro gratia ſpiritus ſancti impetranda, cuius ope & auxilio renati, efficiamur filij dei in uitam æternam, quã nobis concedere dignetur dominus deus, cui laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Beda in Homil.

1. Johan. 3

Eccl. 11

Auguſtin.

HOMILIA TERTIA ET VLTIMA *in dominica Trinitatis.*

BEnigniſſimus & optimus maximus ille dominus noſter Ieſus Chriſtus, non interdiu tantum, ſed & noctu opus atq; officium ſuum euangelicum exe-

quutus est: atq; ex pharisæis principem quendam Nicodemum, erudiuit & docuit profundissima fidei Christianæ mysteria de regeneratione spirituali, qua quis nouus homo efficitur: & merito quidem, sicut & Paulus testatur, dicens: In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed noua creatura. plane enim quisquis ingredi cupit regnum cælorum, fiat oportet creatura noua, nouúsque homo, semotus ab exuuijs ueteris Adæ, iuxta illud Pauli: Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctimonia ueritatis. Sanctam illam fidelium regenerationem adsequi non potuit Nicodemus, quamobrem dixit ad dominum: Quomodo possunt hæc fieri? uerba Christi non intellexit. & tamen nihil ad eum dixit contumacius, sed magis ut diligens discipulus quæsiuit, conceptam iam illam apud se habens opinionem de Christo, q̃ uera essent uerba sua, modum tamẽ & mensuram illorum ignorabat.

Gala. 6

Ephe. 4

¶ Increpauit ergo eum dominus, & ait: Es tu magister in Israel, & hæc ignoras? quasi diceret, Magister tu es & doctor Iudæorum, inde magisterio tuo inflaris. Atq; scias quia nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit. & tu igitur fac humilieris, fiasq; ex magistro discipul⁹. nisi ẽm scieris quomodo renascendum tibi sit spiritu, frustra est omnis scientia tua, & inane totum magisterium. Sin autem renatus fueris spiritu, sic demum cognosces uias domini, & quid sit illi acceptabile. Verũ quid miramur hoc? uelamen adhuc habebant omnes Iudæi positum super intellectum eorum, sicut Moyses &c.

Augustin.

2. Cori. 3

¶ Tu hinc etiã disce nõ mirari, quòd neochristiani credere nolunt doctoribus sanctis, q̃ recipere recusant quic quid ipsis dicitur. siquidem non intelligunt, omnisq; ista culpa eorum est propria, nullum uitium doctorum. Ecce hic Nicodemus uenit pio corde bonoq; adfectu ad dominum, confessus est illum uenisse à deo magistrum, & tamẽ Christũ non intellexit, ipse q̃q; magister in Israel. Quanto magis isti nos intellecturi nõ sunt, cum ad nos ueniant animo maligno & inuido atq; amaro corde? Vt rectissime dixerit Bernardus: Tantum uincere cupiunt hæretici, nõ

Bernar.

ueritatem agnoscere. hinc est quod obstinati permanent cæci, & in peruersis suis dogmatibus damnatissimi, homines graui corde, diligentes uanitatem, & q̃rentes mendacium. Aut quotusquisq; est ex neochristianis, qui libros legat catholicorum unde discat ueritatem? tantũ incumbũt iis, quę perditissimi quiq; hæretici uel scripserũt unq̃, uel etiamnũ scribunt. ea nocturna pariter & diurna circũ uersant manu. sic illa tm̃ diligunt q̃ scripsere, Vuickleph, Huss, Rockenzan, Vuesselus, Marsili⁹ de Padua, Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus, Regius, & id genus reliqua fex hæreticorum. Psalm. 4

¶ Vt autem magisterium suum declararet dñs, quod in ipso professus erat principio sermonis sui Nicodemus, ecce dicit: Quod scimus, loquimur: & quod uidimus testamur, quo uerbo efficaciter ille uirtutem testimonij sui cõfirmat, eo q̃ audierit & uiderit ipse, quæ certissima est testimonij firmi comprobatio. Dices autem, ubi quæso uiderit hæc Christus. rñdet Chrysostomus, & ait uidisse eũ in illo immenso essentiæ diuinæ speculo. siquidẽ cum apud nos sensus uisus certissimus sit, cum persuadere quid uolumus, ita loqui solemus non audisse nos, sed uidisse. Ita Christus quoq; ab æterno audiuit & uidit & sciuit ex deo patre in seipso, in intellectu diuino. Quod nimirũ illud est hic sequens: Quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium ei⁹ nemo accipit. Neq; paruam hic noxam incurrerunt Iudæi, quòd testimonium tantum noluerunt accipere, imò q̃ & Christum Iesum à deo patre missum, hæredem uerum, quẽ potius audire debebant, quàm quẽuis alium, illum quoque occiderunt, ut testatur parabola euangelica. Chrysost. Johan. 3 Matth. 21

2. ¶ Videmus igitur quàm euidenter testimonium suum comprobet dominus ex uisis & auditis, unde merito danda sibi sit fides: quoniam nemo nisi per fidẽ peruenire queat ad cognitionem mysteriorũ Christi. Vbi tu cõsidera, q̃ quamuis hoc uerbo dominus satisfecit Nicodemo, neochristiano tamen nostrati scilicet acuto & subtili satisfacturus nõ erat, cui persuasa & certissima habeẽt sententia, nihil dicendum esse cuiq̃ citra scripturæ autoritatem, & tamen hic Christus tanquam legislator ex pro-

pria loquitur autoritate, sicuti & nos deinceps iam loquimur autoritate ecclesiæ, quæ suam illam à sponso habet domino. Posset illius ratio hęc quoq; adsignari, quòd iam ante magisterium Christi cõfessus erat Nicodemus, quum itaq; illud iamiam crederet, uanum fuerat & superfluum uti testimonio scripturæ.

¶ Obijcies autem hic mihi: Quare magisterium suum in Israel exprobrat dominus Nicodemo, eo q̃d non cognouisset mysterium baptismi, quum tamen Israelitæ baptismum nullum haberẽt? Respõdeo, uarijs multisq; modis figuratum iam tunc erat baptismi sacramentum in ueteri testamento, ut sic merito debuerat Nicodemus nonnihil de eo intelligere. Ecce enim prima statim mulier ex uiri latere est desumpta, & aqua produxit uolatile & reptile, Eliseus ex aqua fecit ferrum natare, Iudæi simul omnes transierunt mare rubrum, aqua Iordanis mundauit Naaman à lepra, cum se lauisset septies ex illa. adcommodationẽ piscinæ Hierosolymitanæ tũc temporis sanabatur primus quisq; ut erat ingressus in illã. Possent ad longũ figuræ istæ extendi, ego tamen ijs omnibus supersedeo. hoc unum tacere non possum, quod apertissime magnus propheta Iezechiel prædixit de baptismo, Et effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mundabo uos, & dabo uobis cor nouum & spiritum nouum ponam in medio uestri. Aliqua saltem ex ijs, si nõ omnia mouere debuissent Nicodemum, illiq; occurrisse, iam maxime cum uidebat istud re ipsa confirmari, baptizante iã tunc Iohanne & uniuersa Iudæa confluente ad illum.

Gene. 2. 1
4. Reg. 6
Exodi. 14
4. Reg. 5.
Johan. 5.
Iezech. 36

¶ Iterum quærat aliquis nonnihil circa hoc quod dicit ibi dominus, Si terrena dixi uobis & non creditis mihi, sane etenim uerba Christi terreno more intellexerat Nicodemus, sed non eo modo elocutus est dominus, sed spirituali quodam, sicut seipsum aperuit, subdens: Quod ex spiritu natum est, spiritus est. Chrysostomus respondens ad hoc, Terrena inquit, hoc in loco nonnulli de uento dictum arbitrãtur, hoc est, Si exemplum à terrenis sumptũ non creditis, quomodo altiora credetis? & tamẽ illud dominus Nicodemo ob maiorem faciliorem'q; intellectum

Chrysost.

dixerat. Vere enim hic quoque locum habet iſtud Gregorianum: Quòd regnum cælorum idcirco terrenis rebus ſimile dicitur, ut ex his quæ animus nouit, ſurgat ad incognita quę non nouit: quatenus exemplo uiſibilium ad inuiſibilia ſe rapiat, & per ea quæ uiſu didicit, quaſi cõfricatus incaleſcat, ut per hoc quod ſit notũ, diligere diſcat & incognita amare. Arguere itaq; & corripere hic uult dominus Nicodemum, ꝙ cum exempla non intelligeret terrena, multo minus myſteria cogniturus eſſet cæleſtia, cuiuſmodi eſt illud Sapientis: Difficilia æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore, quæ in cælis autem ſunt, quis inueſtigabit? Et iſtud Iob: Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? Rationem, inquit Gregorius, cæli ponere in terra, eſt ſupernorum iudiciorum myſteria, uel conſiderando diſcutere, uel loquendo manifeſtare. Tunc ergo ratio cæli ponitur in terra, quando cæleſtia terrenis comparãtur. Auguſtinus aliter intelligit, & dicit Chriſtum hic ꝙ terrena accipere uerba quæ dixerat, Soluite templũ hoc, & in triduo reædificabo illud. locutus autem hoc fuerat de templo corporis ſui, quod ex terra conſtitutum erat, & Iudæi non credebant, nec intelligebant.

Gregorius
Sapien. 9
Iob. 36. Gregorius.
Auguſtin. Johan. 2

3. ¶ Ne autem in iſs uerbis dubitaret Nicodemus aliquantulum, quando dixerat dominus uidiſſe ſe & audiuiſſe, ficꝙ ſuſpicaretur ita loqui illum, quaſi qui fuiſſet in cælis, anteuertit iam dominus & ait: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Ecce ergo Nicodeme hic tibi, quomodo ego tum uiderim, tũ audierim. de cælo eñ deſcendi: & ſi aliũ adhuc ex me requireres teſtem, en alium tibi dare non poſſum, qñ ſolus ego deſcendi. Poſſunt hæc uerba etiam hoc modo intelligi, ꝙ Nicodemus proponebat & profitebatur deũ eſſe cum Chriſto: & ipſum tamen deum nõ eſſe credebat, ſed prophetam tantum & magnum amicum dei. Quam opinionem peruerſam declinare uolens dominus, dixit principio ueniſſe ſe in hoc, ut homines filios dei facerer, & ut baptiſmum inſtitueret in regenerationẽ: quod utique facere non potuiſſet, niſi deus eſſet. Cumq; ne ſic quidem intelligere uellet Nicodemus, deinceps aperte dicit,

Auguſtin. Cyrillus.

uenisse se de cælo: sicq; non prophetam, sed prophetarũ omniũ esse dominũ, qui propheras reliq̃s oẽs misisset.

¶ Sed iam hic tria occurrunt iuquirenda: Primum, quo modo dixerit Christus, uenisse filium hominis de cælo, qui primum filius hominis factus fuerat in terris. Respõ deo, cum filius dei naturam humanã adsumpserat in uni tate personæ, iam naturæ quoq; mutuo suas participant proprietates seu idiomata propter unionem. sicq; dicim⁹ nos mortuum esse deum, cum tamen Christus tantum se cundum humanitatem sit mortuus. Et contra quando se cundum naturam diuinam Christus descendit de cælis, dicimus tamen hominem quoq; Christum cælitus uenisse. Atq; hæc omnia propter communicationem idiomatum, id est, proprietatum. Altera quæstio est, Cum tunc temporis filius hominis adhuc erat in terris uiuens, quomodo dixit hic eum esse in cælo? Respondetur hic quoq; sicut superius, Christum deum fuisse & hominem, atque secundum carnem adhuc uixisse in terra, & ratione deitatis fuisse in cælo: istæq; duæ naturæ communicabant inter se inuicem proprietates suas, ita ut uere diceretur, deum in terra, & hominem esse in cælo, per communicati

Augustin. onem idiomatum. Tertia porro quæstio hæc est, quomodo hic dicat dominus, neminem præter filium hominis ascendere in cælum, cum tamen omnes nos speremus p-

Matth. 22. uenturos aliquando ad regnum cælorum, sicut nobis promisit dominus futurum, ut simus similes angelis dei? Respondemus itaq; etiam ad hoc & dicimus Christum solũ descendisse de cælis, & ascendere in cælum: sed quod etiã sancti dei homines ascendunt in cælum, id tantum habẽt ut Christi membra: tunc ergo solus Christus ascendit in cælum, quando solus ipse cum membris suis fertur in cælum. Et hoc est quod ubiq; deus commendat unitatem, et iubet unanimes nos esse debere, neq; ab ecclesiæ unitate

Augustin. deficere. Væ igitur istis qui oderunt ecclesiæ unitatem, quoniam non ascendent in cælum. unus enim est qui in cælũ ascendit Christus, unus inq̃ille cum membris suis.

1. Cozin. 3 Vnde & Paulus, nolite, inquit, plures fieri. & rursus, An
1. Cozi. 1. ne Christus diuisus est? In hũc sensum superiora uerba in ducit Augustinus, & ait: Si terrena dico uobis de corpore

meo terreno uero illo, & interim neque intelligitis nec creditis, cæleſtia quomodo intelligetis? hoc eſt, ſi quid de corpore myſtico dixero, eccleſia ſcilicet, ſicut in multis locis deinde Paulus multa diſſeruit. Solus ergo Chriſtus aſcendit in cælum, ſolus inquam ille cum uero & myſtico corpore ſuo.

¶ Et ut aliquando hæc finiamus, uoluit dominus hic Nicodemo fructum & utilitatem baptiſmi declarare huiuſmodi, quòd quiſquis non fuerit renatus ex aqua & ſpiritu, nequeat etiam intrare in regnum cælorum, cum nemo feratur in cælum, niſi CHRISTVS & quicunq; incorporatus eſt illi. Incorporantur autem CHRISTO omnes in baptiſmo & eccleſia ſancta dei, ut ſic in Chriſto poſſint omnes aſcendere in cęlum. Necq; enim iis qui nati ſunt ex Adamo terreſtri, patet regnum cælorum & ianua paradiſi, ſiquidem deus ante eum repoſuit Cherubim & flammeum gladium, ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ. Illis autem qui ex altero Adamo cæleſti renati ſunt per baptiſmum, patet utiq; cęlum, ſicut teſtatur Propheta: Qui ædificat, inquiens, in cælo aſcenſionem ſuam. & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. Chriſtus itaq; ipſe ſibi uiam parauit ad cælum. faſciculus autem ſuus electi ſunt, quos congregauit in terra.

Gene. 3.

Amos. 9

4. ¶ Admirari poterat Nicodemus, unde hæc tanta uirtus ineſſet aquæ in regeneratione ſpirituali, iam porro illum docet dominus id omne uenturum ex paſſione ſua: atque hoc probat ex figura ueteris teſtamenti, quando mordentibus in deſerto ſerpentibus Iudæos, & miſere pereuntibus omnibus, quotquot morſi erant, præcepit dominus Moyſi ſerpentem æneum in ſublimem aera ſuſpigere. quem quiſquis intueretur, conualeſceret ex morſu. Quid autem ſunt ſerpentes mordentes, niſi peccata de mortalitate carnis? ſic primũ hominẽ pctõ graui momordit in paradiſo. ſerpẽs aũt æneus in ligno Chr̃us ipſe eſt in cruce; æs tinnitũ habet ualidũ, & Chr̃s uerbũ exeritit ſonoꝝ, æs illud latro inclamauit, Dñe, in emẽto mei cũ ueneris in regnũ tuũ. Tinnitũ æris huius etiã cũ oñdiſſet, cẽturio, prupit in hæc uerba: Vere filiꝰ dei erat iſte. Quiſqs ergo oculis fidei aſpexerit ſerpẽtẽ illũ, ſaluabit. Cõparat

Numer. 21.

Auguſtin. Gene. 3

Luce. 23

Matth. 27

autem serpenti dominus ex morte sua. sicut enim serpens iste æneus homines ab alijs serpentibus demorsos sanabat, ita hic omnes homines ex morsu mortis saucios curauit serpens occisus Christus. serpens uero hic æneus, quia expers ueneni: & tamen interfectus, quia morte sua nos uiuificauit.

1. Cori. 15. ¶ Et sic mortua est mors in morte Christi, quoniam absorpta est uictoria tua ò mors. Hoc itaq; modo uerbum
Cyrillus. dei factum est in similitudinem carnis peccati, cum in car-
Roma. 8 ne sua peccatum damnauit, respicientibusq; in eum fide syncera æternæ salutis largitor ostenditur. cũ primũ em uita mortua est, nos uiuificati sumus. De hac ipsa exaltatione locutus est etiam illud, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc demum cognoscetis quia ego sum Christus, & iterum, Cum exaltatus fuero à terra, traham ad me omnia. Quando igitur grauiter demorsi sumus omnes à peccato originali & multis alijs peccatis mortalibus, ficiã
Johan. 8 intueamur Christum in cruce, ut olim Iudæi serpẽtem,
Johan. 19. qui temporalem tantum uitam conferebat aspicientib⁹, sed hic noster nobis uitam largitur æternam.

¶ Sicut ergo est Adam terrenus & serpens malignus, ita & Adam secundus & serpens bonus, est Christus Iesus. Quæras autem, cur adeo serpentem solum Nicodemo in exemplum proposuit hic dominus, & non quodcunque aliud animal ex multis istis, quæ in lege ueteri Christum figurabant? Respondet ad hoc Chrysostomus, & dicit do-
Chrysost. minum uoluisse passionem suam uelut medicinam quandam declarare. ex omnibus autem omnium animalium figuris, nulla est quæ magis proprie medicinam animæ repræsentet quàm ista serpentis. Et sunt quidem rationes crificij cætera quoq; animalia figuratiua Christi, sed quo ad medicinam, solus serpens. Id ita intellige. Naturaliter ita est, uenenum ueneno propellendum est, non ita autẽ in reliquis morbis. Demorsus itaq; homo à serpente, oportet adhibeat theriacam, quæ cum ex ueneno serpentis componatur, ueneno alteri medetur. Sic nobis præsentaneum remedium atque adeo theriaca saluberrima Christus est, omne uenenum abigens peccati, quo antiquus iste serpens nos momorderat. Quæ etiam ratio est,

cur diabolum serpentem uocemus antiquum, cum Christus serpẽs nouus sit & salutaris. Causa quoq; hinc patet, quare Iudæos deus sanârit in similitudine eius animalis, à quo erant occisi. siquidẽ & Christus in similitudine uenit carnis peccati. Serpentem igitur hunc quicunq; aspicit fide per charitatem operãte, uitam habebit æternam. Roma.8 Gala.5

cumq; legis peritus esset Nicodemus, exemplum hoc illi eo proposuit dominus, quo magis cognosceret se uetus consummare testamentum, & quicquid ibi figuratũ fuerat, se iam perficere. Chrysost.

¶ Vt autem aliquando finiam, hoc unum cogitate dilectissimi, quomodo euangelium hoc festo trinitatis conueniat, cum singularum trium personarum ibi mẽtio fiat: patris quidem, quando dicit, Scimus quia à deo uenisti: spiritus sancti subinde hic meminit circa regenerationẽ hominis, filius autẽ ipsemet hic loquitur Nicodemo. Neque solum hic propria personarum, sed etiam attributa, earundem exprimuntur: quoniam potentia patris ostẽditur, cum dicit: Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi sit deus cum eo. sic enim habere uirtutem operandi miracula, omnipotentiæ dei patris attribuitur. Sapientia filij declaratur, dum ait, Scimus quia à deo uenisti magister, quoniam magisterium decet scientia: & hæc proprietate non proprie, datur filio. Bonitas uero & libertas spiritus sancti insinuatur, quando dicit dominus, Spiritus ubi uult spirat. Ad hæc declarauit hic Christus baptismi necessitatem, ostendit illum fieri in aqua & spiritu: formã uero illius docuit signo trinitatis, quando dixit. Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Breui igitur hoc euangelio cognoscimus mysterium trinitatis, necessitatem & materiam baptismi, mysteriũ quoq; tũ spiritualis corporis Christi, tũ ascensionis eiusdem in cælum, magnum etiam illud sacramentum incarnationis, passionis, & mortis filij dei, quæ sane magna sunt, si modo non maxima, fidei nostræ arcana: pro quibus beneficijs uos gratias agite deo, laudate & celebrate gratiam atq; misericordiam dei, unde tot donati sumus muneribus in creatione nostra, in redemptione & gubernatione, ac præcipue uero in usu sacramen- Matth.28

torum. Oremus igitur omnes dominũ pro bono fine im-petrando, ut & nos possimus tres illas personas intueri in una essentia diuina per secula. Amen.

HOMILIAS DE TRINITATE REQVIRE PARTE tertia de Festiuitatibus.

EVANGELIVM DOMINICAE SECVNDAE à festo Pentecostes, Lucæ XVI.



IN illo tempore dixit Iesus appropinquãtibus ad se Pharisæis parabolam hanc: Homo quidã erat diues, qui induebat purpura & byssо, & epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mẽsa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant hulcera eius. Factum est autem ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraam à

longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraam, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquā, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. & dixit illi Abraā: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; inde huc transmeare. Et ait, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraam: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Nō pater Abraam, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait illi: Si Moysen & prophetas non audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

HOMILIA I.

NOn temere est quicquid est, dilectissimi, quod Lucas initio huius euangelij non ait parabolā hanc esse, quoniam constans doctorum sententia est, historiam hanc esse & re uera sic, ut narratur, contigisse. Vnde & Ambrosius dicit: Narratio magis q̄ parabola uidetur, quando etiam nomen exprimitur. Nec desunt qui non longe ante tempora Christi factum id esse putent. fert. n. ut ait Theophylactus, Hebræorum traditio, Lazarum quendam per illud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse, cuius dominus memor fuerit in hac parabola, utpote noti & manifesti. Tribus autē accidētibus

Ambros.

Theoph.

diuitem hunc describit. Primũ enim diuitem eũ fuisse ré-
fert, eius (ut opinor) auaritiã designans. Deinde purpu-
ra & byſſo indutũ, unde eius ſuperbia atq; ambitio colli-
gitur. poſtremo quotidie ſplendide epulatũ esse tradit, p
quod immoderatus illius luxus, gula atq; intemperãtia
declaratur. His notis atq; circunſtãtijs diues ille nobis q̃-
ſi carbone quodã delineat, atq; ob oculos ponit. nominis
uero nullã prorſus mẽtionẽ facit. Ita enim inquit Dauid,
Pſalm.15. Nõ memor ero nominũ eorũ per labia mea. dominus im
piorum nomina ignorat, quemadmodũ in parabola fatu
Matth.25 is illis uirginibus reſpõdet, Amen dico uobis, neſcio uos;
Lazarus aũt deo probe erat notus, ideo etiã nomen eius
exprimit. Iuſtorum enim nomina in libro uitæ ſunt de-
Exodi.32. ſcripta, uti Moyſes, apoſtoli, Paulúſq; in negocio fidei coo
Luce.10. peratores, ſicut ipſe in epſa ad Philippenſes profitetur.
Philip.4. ¶ At uiciſſim attende quibus coloribus Lazarũ depin-
gat. Quod eñ ad nominis rationẽ attinet, Lazarus à deo
adiutum ſignificat. Erat is pauper, imò & mendicus. Quo
rum ſane multi nullis corporis anguntur cruciatibus. At
ille ne hac quidem commoditate fruebat: ægrotabat eñ
& quidẽ grauiſſime, plenus ulceribus, & ad ueſtibulum
diuitis iacebat. ecce alius dolor, uidere alios in delicijs, ſe
aũt fame premi, qua quidẽ eo redactus eſt, ut ſaltẽ micis de
menſa diuitis cadẽtibus exaturari cuperet. ſed & illud fru
ſtra. nemo enim dabat. ex quo quidẽ nõ mediocris cumu-
lus alijs eius ærumnis accedebat. Deniq; miſer ille Lazar⁹
Theoph. uſq; adeo omni auxilio ac ope deſtitutus erat, ut ab omni
bus negligeretur, præterq; canibus, qui ulcera eius linge
bant. Sed quia tribus potiſſimum in rebus diues à Chriſto
taxatur, neq; his plura enumerant, atq; poſtea in inferno
ſepultus eſſe dicitur, facile paret eum in his p̃dictis rebus
deliquiſſe. Atq; hic quidẽ ſpatioſus occurrit campus expli
candi, quonam modo per ueſtes, cibũ & potũ ac diuitias
peccetur. Non enim (ut ait Ambroſius) omnis ſancta pau
Ambroſi. pertas, aut diuitiæ criminoſæ, ſed ut luxuria infamat diui
tias, ita pauperratem cõmendat ſanctitas. De diuitijs ſicin
Gregor⁹. quit Gregorius: Hinc diues non abſtuliſſe aliena repre-
henditur, ſed propria nõ dediſſe: nec dicitur, quia ui quẽ-
quam oppreſſit, ſed quia in acceptis rebus ſe extulit. Hinc

ergo ſummopere colligendum eſt, qua pœna mulctandus ſit, qui aliena diripit, ſi inferni damnatione percutitur, q̃ propria non largitur. Audiant hæc diuitum filij, qui ſuis ſe opibus neutiquã peccare poſſe putant, q̃ſcunq; in uſus impendant, utpote nec furtonec præda paratis. Vnde fit ut in grauiſſima peccata nõnunq̃ impingant, dum bonorum acceptorũ immemores, dominũ huius beneficij autorem nõ agnoſcunt. Damnatus eſt hic diues propter nimiam animi eius ob huiuſmodi fortunæ cõmoda inſolentiam, atq; q̃ nulla erga proximum miſeratiõe afficiebat, & quoniã cum diues erat, peccata ſua nõ redemerat eleemoſynis, neq; amicos ſibi fecerat ex mammona iniquitatis. Sic ſunt, qui ueſtitu ſe non poſſe peccare putant. q̃ ſi autem omni peccato careret luxuria ueſtium, nõ adeo ꝓprie hic dominus deſignaſſet diuitẽ, qui apud inferos cruciabatur, purpura & byſſo fuiſſe ueſtitum. Nimius enim ueſtium apparatus, honorẽ tantum ambit & uanã gloriã, quamobrem & dominus dixit: Qui mollibus ueſtiunt, in domibus regum ſunt. & ſapiens ait, In ueſtitu ne glorieris unq̃, nec in die honoris tui extollaris. Nanq; & Herodes cum regali ueſtitu amictus loqueretur in cõcione ad populum, & hic illi adclamaret, Vox dei, non hominis, percuſſit eum angelus domini, & inde corrodebatur à uermibus ad necem uſq;, ſicut ad longũ mortis ſuæ cruciatus deſcribit Euſebius. Sed neq; hoc temere commemorat dñs, q̃ iſte epulabatur quotidie ſplendide. raro enim cõuiuia habẽtur ſine pctõ, inquit Gregorius: Quo nomine Iob q̃tidie deprecabatur dominũ pro liberis ſuis, ex ordine uiciſſim conuiuantibus, ut quicquid illi luxuriando delinquerent, ipſe orando placaret: cum etiam ſint uitia q̃dam quæ ægre à gula ſeparantur, qm̃ ex ciborum ſingulari delectu uoluptas ſequitur, ex qua dum corpus in refectiõis delectatione reſoluitur, etiã cor ad inane gaudiũ relaxat, ſicut ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. plerunq; etiã multũ loquacitatis & temeratiæ garrulitatis eſt in conuiuijs, quia tunc impleto uentre effrenis redditur lingua. Vnde & Gregorius dicit diuitem hunc ideo petijſſe refrigeriũ linguæ ſuæ ex aqua apud inferos, q̃ inter cõuiuandum multis modis loquen-

Lucę.16

Gregorius.

Matth.11
Lucę.7.
Eccl.11
Actuũ.12.

Lib.2.c.9.

Greg. lib. 1.c.5.moral.

Iob.1
Greg orius.

Exodi.32

Gregorius.

do & garriendo deliquerat, quamnis initio huius euangelij non commemoret dominus idipsum. Quando autem immensa illius pœna ex linguæ cruciatibus designatur, argumentum inde datur nobis maximi etiam sui peccati. Quid multa? diues hic talem se gessit, sicut uiri Sodomæ, de quibus propheta dicit, Hæc fuit iniquitas Sodomæ soro-
Ezech.16 ris tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Quando uero diuitiæ & apparatus uestium pro peccatis computentur, uide homilias de septem peccatis capitalibus.

2 ¶ Simul cum hoc diuite erat & pauper quidam nomine Lazarus, quæ sane uoluntas dei est, ut alij diuites, pauperes quoq; sint alij: regnumq; cælorum illi mereantur eleemosynis & cultu dei promouendo, ij aduersitatib⁹ pa-
Prou.22. tienter sustinendis. Sic sapiens ait, Diues & pauper obuiauerunt sibi, utriusq; operator est dns. Nomen mendico huic erat Lazarus. Ecce quō cognouit etiam ex nomine illum deus, non sic aūt diuitē stolidum. Iacebat ille pręfo-
Chrysost. ribus diuitis. Quare duo iudicia impleuit deus, alterū diuiti, qui excusationem habere nullam potuit, quo minus eum uiderit. præ foribus diuitis iacuit, quo declarat crudelis & impia diuitis parcitas. necq; eī dicere poterat, Equidem illū non uidi, nescio in q̄ angulo delitult, mihi eum cernere nō licuit, nec q̄s̄q̄ ipsius mihi miseriā significauit. Ad ianuā suā iacuit, expositus conspectui illius siue ingredientis, siue exeuntis: & si corpus uulneribus & hulcerib⁹ plenū uidere non potuisset, tamen uocem & eiulatū non potuit utiq; non audire. Sic Gregorius q̄q̄, Habuisset, in-
Gregorius. quit, forsan aliquā excusationem diues, si Lazarus hulcerosus ante eius ianuas non iacuisset, si remotus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna, sed dum egenum & hulceratum ante ianuā diuitijs & delicijs affluentis posuit, in una eadem re, ex uisione pauperis nō miserenti diuiti cumulū damnationis intulit rursum ex uisione diuitis q̄tidie tentatum pauperē probauit. Alterū itaq; iudicium dei fuit super Lazarum, quē ille quotidie probauit, dum uideret præ oculis suis diuitē tantis diuitijs & luxu affluentem. profecto etenim grauiter hic tentatus est, dum

ipse omnis boni indigus, cerneret istum in tãtis uoluptatibus lasciuientẽ. Aut quantas hunc egenũ & hulceribus obsessum tentationes creditis in sua cogitatiõe tolerasse, cum aspiceret se fame tantũ non emorientẽ, pane etiã carentem, misere ualere ex corpore, pter dolores, famem, sitim & frigus nihil habere: rursus istũ nihil desiderare, qd ad quamcunq; corporis uoluptatẽ pertineret. Cum interim iste q̃uis ægrotus, q̃uis famelicus, pter micas de mensa cadentes nihil requireret, & uel summis uotis expeteret, neq; illæ tamen sibi poterant contingere. Estq; hæc extrema diuitum tũ inhumanitas, tum durities, q̃ perire prius aliquid sinunt, adeo ut etiã canes exhorreant, quã in usum pauperũ conferrent. Ex eorũ numero intractabilis & immitis iste fuit diues, nihil cõmune in hoc habẽs cũ patre suo Abraã, cũ Iob & Loth, qui nihil duxerunt antiquius q̃ peregrinos hospitio excipere. Discant hinc mẽdici, necessaria tm̃ sibi petere, nõ cupedias, nõ uinũ: discãt reliquias, non delicias, & fragmenta, nõ oblectamẽta q̃rere. Quamuis autẽ petere huiusmodi delicata non debent mendici, interim tamen eo nil peccant diuites, cũ pauperibus maxime ægrotis aliquid boni parari sinunt & tribuunt. sic enim Nehemias dixit: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes ijs qui nõ præparauerũt sibi. Lingebant aũt huic nostro Lazaro canes hulcera sua, cuius nec diues miserebat, neq; serui: ei cõdolent ecce canes, misericordia superiores hominibus. Neminem habebat bonus ille, qui sibi hulcera mundasset, saniemq; deterisset, nisi canes. Vsq; adeo mirabiliter hoc uno facto uirtꝰ probat pauperis, & cumulũ sibi diues acgrit damnatiõis.

Job. 31
Gene. 18.
Augu. de verbis domini.

2. Esd. 8

Theoph.

3. ¶ Sicut dissimili mõ uixerũt diues & pauper, ita inæqualẽ etiã sortiti sunt exitũ. factũ est. n. ut morerctur pauper, & sepultꝰ est ab angelis in sinũ Abraæ. unde patiẽtia ipsius colligitur. nanq; si obmurmurator fuisset & blasphemus, neutriq; tantũ honorẽ fuisset cõsecutꝰ & angelorũ comitatu stipatus. non decet murmurare mendicos, non deierare, nõ indignari si diuitũ uideant opes & fortunã. nã quicũq; hoc faciũt, nõ statim ut hic Lazarus, peruenĩẽt in cẽlũ. Et uide q̃ diuersis modis dñs loquit de morte pauperis & diuitis. de illo dicit, factum est ut moreretur: de

hoc inquit, mortuus est: ratio huius est, quòd mors pauperis mors non erat, sed ex morte transitus in uitam, iuxta illud Sapientis, Visi sunt oculis insipientium mori, ipsi autem sunt in pace. Lazarus mortuus est, & omnis sua infelicitas defuit, paupertas, hulcera, morbi uno momento finem acceperunt: & quod pro ijs suscepit gaudium, æternum & immortale est. Mortuus inquam Lazarus, delatus est ab angelis in sinum Abraæ. Nolite itaq; contemnere mendicos, pauperes & ægrotos, nolite spernere creaturã, atq; ideo imaginem dei animam sanctam nolite despicere. Quis enim despectior Lazaro? quis pauperior? quis denicq; miserior? quoniam nisi extremæ mendicitatis fuisset, Christus exemplo illius hic usus non esset. tanta fuit nanq; homo inopia & paupertate, ut defuerit etiam corpori suo libitina. uerũ quando ditissimus erat anima, multis'q; hic uirtutibus redimitus, diuitijs spiritualibus, magnificentissimam ea parte habuit sepulturam ex ministerio angelorum, post tantam infelicitatem exactæq; uitæ ærumnas deportatus est ab angelis in sinum Abraæ: ecce non sufficiebat ad portandum pauperem unus angelus, sed propterea plures ueniunt, ut chorum lætitiæ faciant, gaudet unusquisq; tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauant, ut ducãt homines ad regna cælorũ.

Johan. 5
Sapien. 4

Chrysost.

¶ Discamus hic etiam nosmet commendare in custodiam & tutelam angelorum, illos'q; deprecari quatenus & nos exutos corpore deferre dignentur in uitam æternã. O enim uos beati & sanctissimi spiritus, commendatos etiam nos uobis habetote homines miseros, & defunctos deducite in æterna gaudia, ubi conciues uestri facti, angelorum ruinas suppleamus. Sedulo recogitemus istud magnificum sanctorum angelorum officium. inde enim colligimus quantũ sit illorum de nobis gaudiũ, si bene pieq; uiuamus. Contra omni ista lætitia priuamus eos peccatis nostris, iuxta illud propheticũ, Angeli pacis flebant amarè. Cogitemus q̃ sedulo adsistant nobis illi administratorij spiritus, missi in obsequiũ eorũ quibus hæreditario debet uita æterna. Quò autẽ deportârunt eũ? in sinũ Abraæ, non ait iuxta, sed in ipsum sinũ Abraæ. cur aũt? ut illum palparet & refocillaret, atq; ut clemẽtissimꝰ pr̃ sinu suo fo

Luce. 15
Isaiæ. 33

Heb. 1
Chrysost.

ueret. Cuiusmodi aũt sinus hic fuerit, docet Augustinꝰ cũ ait, Non est quod usq; adeo desperes, ut arbitreris corporeum sinum unius hominis, ferre tot animas. Si errare puriliter non uis, sinum Abraæ intellige remotam sedem quietis atq; secretum, ubi est Abraam: & ideo ab eo dictã, non q̃ ipsius tantum sit, sed quod ipse multarum gentiũ pater sit, quibus ad imitandum fidei principatum præpositus est. In summa sinus hic limbus ipse est, in quo patres illi ante aduentum Christi detinebant: plane hic locus, de quo dicimus in symbolo, Christum descendisse ad inferos. atq; de eo alibi inquit Augustinus, Non absurde credi uidet, antiquos etiam sanctos, qui uenturi Christi tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos sanguis Christi ad ea loca descendẽs erueret.

August. de orig. atq.

li. 20. ca. 15 de ciui. dei

¶ Idipsum non paulo dilucidius expressit Gregorius cũ ait, prius antequam redemptor noster morte sua humani generis pœnam solueret, eos etiam q̃ cælestis patriæ uias secuti sunt, post egressum carnis, inferni claustra tenuerũt, non ut pœna quasi peccatores plecteret, sed ut ij in locis remotioribus q̃scerent, quos ab ingressu regni reatus primæ culpæ, p̃hiberet. & lib. 12. cap. 7. quia ante aduentũ mediatoris dei & hominis, omnis homo, quamuis mundæ, p̃batæq; uitæ fuerit, ad inferna claustra descendit. Nec tamen ita iustorum animas ad infernũ dicimus descẽdisse, ut in locis pœnalibus tenerentur, sed esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credẽda sunt, ut in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Porro cũ qdam ex neochristianis in disputatione Bernẽsi nouis arietibus etiã limbũ patrũ ausus sit impugnare, ẽ q̃d hic aliq̃t scripturæ locos adferam, p̃ limbo patrũ. Ecce Iacob ad filios suos dixit, Descendam ad filiũ meũ plorãs in infernũ, non utiq; damnatoꝝ, q̃d hominis despari fuisset, sed in limbũ patrũ. Et inde, Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. In hoc limbo orauit Iob, quando dixit: In tenebris oraui orationem meam. ex hoc limbo liberauit dominus animas patrum, sicut in spiritu dei uidit propheta, dicens: Eduxisti in sanguine testamenti tui uinctos tuos ex lacu, in quo non est aqua. hæc illa ca-

Li. 4. moral. c. 32

Limbus patrum.

Gene. 27.

Gene. 42.

Zach. 9.

priuitas sancta est, quam captiuam secum in cælum dedu-
Psalm. 67 xit dominus, autore Psalmista, & testantibus quoque Pe-
Actuũ. 2. tro & Paulo. Quod igitur nos communiter limbum
Coloss 2 dicimus, id hic dominus sinum uocat Abraæ: sinum qui-
Ambrosi. dem, quòd in eo animæ patrum conqescebant, sicut Am-
brosius ait Lazarum in Abraæ grẽmio, quasi in quodam
sinu qetis & sanctitatis recessu locatum, ne uel præsenti-
um rerum uoluptate titillati in peccatis perseueremus,
uel fastidio & molestia uicti, grauitatem laboris exhorre
amus. Sinum autem uocamus Abraæ, partim ob illã quã
August. habet ratiõem, partim eo quòd Abraam primus
Augustin. extitit, cui promisit dñs benedictionem oĩm populorum
Gene. 22 in semine suo. in hac scilicet tum promissione tum bene-
dictione sustinuerunt sancti patres, firmiter sperantes &
expectantes quando tandem impleretur ista promissio,
ut iam merito limbus iste sinus dicatur Abraæ. est autem
ille nunc sanguine CHRISTI plane euacuatus, dirutus
& confractus, iamq; porro non in limbum commigrant
animæ beatorum, sed euolant in sinum CHRISTI, felici-
tatem & uitam æternam: cuius nos quoque consortes fa-
ciat, q est benedictus in secula. Amen.

HOMILIA SECVNDA DO-
minicæ secundæ à festo Pen-
tecostes.

Considerate obsecro charissimi, quale par hoĩm cõ
iungit hic dñs, diuitem committit cum paupere.
Magna inter utrunq; diuersitas uitæ, unde maius
consequutum est etiam mortis discrimen. mortuus enim
est Lazarus & ab angelis deportatus in sinum Abraæ, sci
licet limbum patrum ante CHRISTI aduentum & passi-
onem, q nunc transmutatus est in regnum cælorũ, in quo
sancti constituunt in mansionibus à Christo sibi paratis,
Johan. 14 q sinus & amplissimus & capacissimus est, qm̃ omnes tum
angelos tum homines sanctos recipit, testante propheta:
Bar. 3. 5. O Israel, quàm magna est domus dñi, & magnus locus pos
sessiõis suæ. Esseq; iam sinum Abraæ regnũ cælorum, pa
Matth. 8. tet ex uerbis illis dñi: Multi uenient ab ortu & occasu so-
lis, & recumbent cũ Abraã, Isaac & Iacob in regno cælorũ.

Mortuus aũt est & diues, atq; sepultus est in inferno. Ecce mortui sunt ambo, sed alterꝰ tñ suscipiũt angeli, alterꝰ tormẽta manẽt: alter defertur manibus angelorꝰ in sinũ Abraæ, alter nil præter cruciatus expectat. Mendicus portatur in sinum Abraæ, diues in infernum detruditur. O mortem inęqualem, ò inæqualem exitum, ò quàm dissimile utrunq; diuersoriũ. Mortuus est diues, mortuus inquã, quacunq; parte expendas, mortuus est animo per peccatum, sicut de uidua ingt Paulus, quod quę uiuit in uoluptate, mortua est. Mortuus ẽ & naturaliter, separata anima à corpore, & forte (propter peccatum) ante decursum ueꝰ naturæ spatium, secundum illud Dauidis: Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos. Ad hæc mortuus q̃q; est morte infernali, æternis iam deputatus supplicijs. Est em̃ hæc triplex mors damnatorum, quod moriuntur in gratia, natura, & gloria dei, pro qbus eis pc̃tum, mors & inferi contingunt. Atq; hoc illud est, quod dolẽter exclamat Iohannes: Væ uæ uæ ijs q habitant in terra. ita etiam uę diuiti huic, qm̃ sepultus est in inferno, q locus, q̃d'q; cœmeterium est eorꝰ q diaboli sunt: qcunq; autem Christo gaudent parocho, cælesti donantur beatitudine. Diues ergo sepultus est in inferno, non quòd ibi sit diues apud inferos, ubi & pauperior & miserior est quàm unquam fuerit Lazarus super terram, teste Iob, Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. cui accedit etiam alter testis fidelis Dauid, in quiẽs: Dormitauerũt somnum suum & nihil inuenerũt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Iste igitur qui hic in summo rerum omnium uixit affluxu, iam miserrimus est & sepultus in infernũ. laute uixit semper, uestitus est splendide, sed respice finem. Ecce sepultus est in infernũ. Aut nõne uerus est Iob, q enumerata malorꝰ hoim uoluptate cõcludit, qa ducũt in bonis dies suos, & in pũcto descẽdũt ad infernum? Et hic quidem finis atq; exitus est fastuosorꝰ & superbientium diuitum, iuxta illud Isaiæ, Detracta est ad inferos superbia tua. concidit cadauer tuum. subter te sternetur tinea, & operimẽtũ tuũ erũt uermes. Ecce quãta reꝰ uicissitudo, q̃ mirabilis cõmutatio purpuræ & byssi in flãmas & tormẽta. Neq; erat quod adderet

1. Tim. 5

Psalm. 54

Apo. 8

Iob. 27

Psalm. 57

Iob. 11
Isaie. 14.

dominus qui eum sepelierit. in infernum enim quum sit sepultus, cõstat id ira ministerio factum dæmonum esse, ut Lazarus in sinum Abraæ deportatus est comitatu angelorum. Vsq; adeo mors peccatorũ pessima est: & qui oderunt iustum, delinquunt.

Psalm. 33

2. ¶Sepultus autem in inferno diues, eleuatis oculis, uidit Lazarum in sinu Abraæ. unde Chrysostomus euincit factum hoc in ueritate sic esse, neq; tãtum parabolam existere, quum parabola sit ubi exemplum ponit, & nomina tacent. Verum quia hic nomina exprimunt Abraæ, Lazari, Moysis, ideoq; oportet & istum uerum Lazarum fuisse. at quis fuerit Abraam, satis nobis Geneseos testatur historia. de Lazaro nihil certi cõstat, nisi quod ex hoc euangelio liquet. tamen idem ille qui Abraamum condidit, etiam Lazarum creauit. Diues eleuat oculos suos in tormentis, ut uideret Lazarũ à longe. quem, quum uiueret, uidere noluit præ foribus iacentem. quæ communis peccatorũ infeliciras est, ut quàm diu peccant, nil uideãt, & post pctũm demũ aperiant oculi eorũ: id quod in primis parentibus nostris est uidere, qui tum demum quum comedissent de ligno uetito, apti sunt oculi eorum, & cognouerunt nuditatem suam: ita plane contigerat etiam huic diuiti, cui oculos, q̃s clauserat pctũm, aperuit pœna.

Chrysost.

Gene. 3.

Gregor⁹.

Vez̃ ista oculorum eleuatio nõ de oculis est intelligenda corporis, quod iam erat sepultũ in terra, expectatuq; diẽ iudicij: sed ita, quod eleuauit oculos mentis, & illis uidit Abraamũ. Sic igit̃ in maximis tormẽtis cõstitutus diues, solũ adhuc libez̃ habebat oculoz̃ suoz̃ obtutũ, quo alteri⁹ poterat inspicere gaudiũ. neq; tamẽ sibi in commodũ, sed ut dũ alterius gaudiũ consideraret, quo ipse carebat, maiorem inde pœnam haberet. Quæ ratio est quur deus pmittit etiam damnatos uidere electos, & in die iudicij aspicient isti Christũ q̃q;, sed ad immensam quam inde colligent pœnæ maioris acerbitatem. Sicut dominus, inqt

Chrysost.

Theoph.

Theophylactus, eiectũ Adam collocauit eregione paradisi, ut continuo aspectans, clarius sentiret à quantis bonis excidisset: ita etiam huic diuiti ob oculos posuit Lazarũ, ut uideret quanta bona amisisset, dũ immitis adeo & durus fuerat in pauperem. Chrysostomus quoq; hic expen-

Chrysost.

dit illud,quod dicit in tormentis,non in tormento, quoniam totus erat in tormentis. Et sicut diues ille tristatus est, conspicatus Lazarꝝ in tanto gaudio: ita uicissim Lazarus gauisus est,uidens tormenta diuitis,non quòd uel hic Lazarus uel quisquam alius sanctorꝝ gaudium concipiat de tormentis & pœnis in se,sed qa tantum hic quoq; diuina relucet iustitia,& manifestat gloria dei,iuxta illud domini ad cæcum: Neq; hic peccauit,neq; parẽtes,sed ut manifestẽt gloria dei, Johan. 9.
sicut ad longũ ista uerba explicat Gregorius. Patres hic triplicem expendũt & pertractant uicissitudinem seu commutationem status huius diuitis, Gregorius.
Primũ enim in sublimi erat Lazarus,& diues in imo constitutus,quamobrem erat quod suspiceret in altum: cum econtra diues in hac uita sedebat in sublimi aula & sella magnifica, paup autem præ foribus iacebat contemptus omnibus. Fieri aũt sic,ut in isto seculo omnia contrario modo eueniant,testat & Sapiens, Iacebunt mali ante bonos,& impij ante portas iustorꝝ. Deinde diues hic in sum Proue. 14.
ma uoluptate uixit,Lazarus uero in extremis doloribus. Id quoq; iam uersum est,nam mutata uice,diues in tormẽtis cruciat,Lazarus in sinu Abraæ lætus exultat,sicut dicit Isaias,Serui mei comedent,uos aũt esurietis:& serui mei Isaię. 65.
bibent,& uos sitietis:& serui mei lætabunt,& uos cõfundemini: & serui mei laudabũt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis,& cõtritione spũs ululabitis,&dimittetis nomen uestrum in iuramentũ electis meis. Ad hæc Lazarus in hac uita mendicabat ex diuite micas panis,isthic diues mẽdicato petijt ex Lazaro gutam aquæ.sicut aũt hic non exaudiuit diues Lazarꝝ, ita illic mendicus q̃q;diuitem non exaudiuit,iuxta illud Salomonis, Quicũq; obturat aurem suam ad clamorem pauperis,iterũ clamabit etiam ille,& non exaudiet. Moueant Proue. 21.
hæc diuites omnes,ut misericordes & mites sint pauperibus. Commendatos sedulo sibi habeant pauperes domesticos.cogitent &illos creatos ad imaginem dei,atq; nobilem habere animam: & forte istos sublimiorem habere in cælo sedem ijs,q hic sibi uidẽt magnifici & splendidi. Credant certóque sciant, qcqd hic dederint pauperibus, Christum irremuneratum non dimissurum. Vicissim qs-

quis misericors non est erga pauperes, nôrit se quoq; misericordiam nõ consequuturum. Estote igitur liberales, & pauperibus affatim date eleemosynam. nihilo ẽm minus ex hoc habebitis, Quin potius superabundanter restituet uobis dñs deus. Estote, inquam, misericordes, & misericordiam consequemini.

Matth. 5.

3. ¶ Quum ergo diues sic uideret Abraamum & Lazarum à longe (quamuis sit hic dubium qbusdam, an damnati uisuri sint beatos etiam post iudicium extremum, quũ dicat Isaiæ. 26 ppheta, Auferetur & tolletur iustus, ne uideat gloriam dei) Et quod Abraamum uidit, factum est ad magnũ mœrorem ipsius, quãdo ille hospitalis fuit & liberalis erga pauperes. Quo nomine dicit & Paulus, Hospitalitatis & beneuolentiæ nolite obliuisci. per hanc enim placuerunt quidam deo, angelis hospitio receptis. Diues autem hic plane illiberalis fuit erga pauperes, qui & Lazarum, quem uidere dum uiueret, noluit præ foribus iacentem, tandem uidit in sinu Abraæ à longe: unde exemplum nobis datur & argumentum certum, quòd post hanc uitam omnes conspectui nostro sistentur, quoscunque hic offenderimus. Abraam pater hic fuit pauperum, atque ideo illic in sinu suo gestauit Lazarum. clamauit igitur dives, Pater Abraam, miserere mei Clamauit inquam, neque id temere. siquidem magnæ pœnæ uocem quoque magnam reddebant, ipsóque adeo clamore animi sui pœnam, more humano declarabat. sic Baruch ait.

Hebræ. 13.

Chrysost

Baru. 3.

Anima in angustijs, & spiritus anxius, clamat ad te. Neque uero etiam hic clamor corporaliter accipiendus est, sed secundum illud ardens animi sui desiderium (scholis interim relinquamus ista, quomodo angelus uel spiritus cum altero loquatur) quod Abraæ significabat. Quæris autem, quur Abraamum inclamârit pro mittendo Lazaro, & nõ ipsum potius petierit Lazarum uenire? Theophylactus respondens ait, Quoniam confundebatur fortassis, existimans forsitan & Lazarę uindictæ auidũ, & ex suis causis iudicabat illum. Si ego in tanta felicitate constitutus illum, & neq; micas ei communicaui, non annuet, ut mihi iam beneficium concedatur.

Theoph.

¶ Pater, inquit, Abraam, miserere mei. Vnde colligi-

tur diuitem hunc Iudæum fuisse, qui patrem agnouerit Abraam. uere enim pater suus erat natura, sed si meritum æstimes, patrem ille habebat diabolum. Miserere mei. Oh quàm serò sapiunt Phryges. sera nimis & tarda hæc fuit pœnitentia uirginum fatuarum, clamantium, Domine domine, aperi nobis. uerum nõ agnouit ille eas. Matth. 25
Pater Abraam, dixit, ut hoc placido nomine permoueret eum, iuxta istud propheticum: Aut obliuiscí ne potest mater filij sui, ut non misereatur eius? Nõrat utiq; misericordiam Abraæ diues, qui etiam pro malis rogauerat deum, sicut sexies orauit pro Sodoma & Gomorrha: exauditusque fuisset, si modo in quinque ciuitatibus homines bonos inuenisset decem. Pater Abraam, ait, miserere mei. pœnitentiam iam tandem agit eo loco constitutus, quo nihil reliquum erat pœnitentiæ, quoniam in inferno, ait Dauid ad dominum, quis confitebitur tibi? Psalm. 6
Miserere mihi. Ecce misericordiam inclamat, q ipse pauperum noluit misereri. Verum iudicium sine misericordia, inquit Iacobus, erit illi, qui non fecit misericordiam. Iacobi. 2
idipsum expertus est sane hic diues, qui si misericordiam à deo impetrare uoluisset, antea misereri debebat pauperis, iuxta illud quod dixit dominus: Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Matth. 18
Attendite etiam hic quod dicit Chrysostomus diuitem hunc non recte orasse. ait enim. Nescio an eius qui in inferno est ualeat misereri. Creator creaturæ miseretur suæ. Vnus uenit medicus, qui sanaret morbos, alij sanare non poterãt. Vult hic sanctus pater, proprie loquẽdo, sanctos nostri non misereri, sed solũ deũ. Quò facit illa continua praxis ecclesiæ, quæ in letanijs quum principio diuinam implorat opem, concinit: Pater de cælis deus, miserere nobis: fili redẽptor mũdi, deus, miserere nobis; spũs sancte deus, miserere nobis. deinde quũ ad uirginem matrem & alios sanctos descendit, nõ iam amplius canit, miserere nobis, sed ora ꝓ nobis. Nũc itaq; audite orationem diuitis. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam, qa crucior in hac flamma. Mitte, inquit, Lazarum. Hoc nonnulli tribuũt malitiæ diuitis, q̃si nõ petierit ad Lazarum uenire, sed

ut Lazarus ex regno descenderet ad istũ in flammã ignis, ex sede magnifica in lacũ inferni, è loco requietionis sanctæ in locũ supplicij. Chrysostomus ait etiã hãc diuitis petitionẽ stolidam fuisse. siquidem Abraam suscipere tantũ potest, mittere non potest. sunt qui putent etiam temerariũ nimis fuisse istud, quod hic petijt, dũ illũ sibi mitti postulauit, cui tam duriter impius fuerat. Deinde petit extremum saltem digiti illius intingi in aqua. Vide, inquit hic Chrysostomus, conscientiam peccatoris, non totum audet petere digitũ. Hinc fratres colligite, quanta sit districtio seueritatis dei. Diues enim iste qui hulcerato paupert, mẽsæ suę uel minima dare noluit, in inferno positus usq; ad minima quærẽda peruenit. nam & guttam aquę petit, qui micas negauit: in hac uita intueri illum non poterat, cuius nunc extremum digiti petit.

Chrysost.

Chrysost. Gregorij.

3. ¶ Tandem ostendit quid cum aqua hac agat, nimirum ut refrigeret linguam: Ecce ubi peccatum, ibi & pœna est. multa ille insolenter & stolide eloquutus fuerat. Minimum in homine membrum lingua est, sed omnium maxime nociuum, sicut pulchre Iacobus arguit, quamobrem in lingua maxime torquet. Atq; hæc sunt gulæ commoda, hæc illa sunt lucra, hęc temerariæ loquacitatis gaudia sunt. Quia eñ abundare in conuiuijs loquacitas solet, is q male conuiuatus dicit, apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur, ait Gregorius. Verum sicut antea de clamore diximus, ita hic quoq; sciendum est, quia eñ utriusque anima à corpore iam erat segregata, & hic diues linguã corporalem non habebat, & Lazarus ille huiusmodi digito carebat, figuraliter itaq; intelligenda hęc sunt in hunc modum, quod ibi uirtutes animæ accipiunt: & auxiliatrix qdem illa per digitum, quoniam sentiens flammam ignis diues loquacitatis suæ pœnam, linguam istud ipsum appellauit. (uide si placet, August. in quæst. Euang. lib. 2. cap. 38. & de orig. animæ & de contempt. mundi) Quum itaq; cruciaret in flamma, auxiliũ petijt & recreatiõem linguæ suæ, qua uoluptuarios & delicatulos præguſtauerat cibos, qua honorem & famam præscierat proximis suis, ut iam merito illa primum statim affligeretur, petẽs aquam sibi dari, sed frustra. iam eñ illam

Augu. 21. ca. 10. de ciuit. dei.

plus mille & qngentis annis petijt, neq; dum impetrauit in hũc usq; diem, iuxta illud Sapientis: Qui tribuit pauperi, non indigebit: & q contemnit rogantem, defectum patiet. Et qd mirum obsecro, quòd sancti dei homes mũdum ludo comico seu tragico conferunt, ipsumq; uocant theatrum dei? Ecce em̃ personati sumus in mundo plerique omnes: hic habitum gestat regis, ille personam diuitis gerit: iste figuram senis, alius pauperis formam habet: dũq; personam qsq; suam gerit, non facile discernes diuitem à paupere. Quàm primum autem aduesperascit, & peracto ludo uestes qlibet mutuatitias atq; adsumptas deponit, tũ demum apparet, qualis qsq; siet. Ad eundem plane modum quàmdiu personati ingredimur in hoc mũdo, egregie laruati mũdanis honoribus & qbuscunq; conditionibus, iudicare nemo potest q quales q; simus: quum autem uesper aduenerit ille mortis, tũc deniq; abiectis personis pomposis opum & gloriæ, apparet q uere sint diuites, qs pauper & inops, qs glorioſus aut inglorius. Deum immortalem, inclinata tũc die quotusq; pauperculus principes præcedet? quàm multos etiam principes anteibunt ñ, q hic fuere pauperrimi & pro miseris habiti sunt, prout qsq; se in operibus bonis exercuit sedulò? Aut nonne puras plerosq; mendicos uenturos in cælum, & q hic purpura & serico amicti fuerũt, ex calido lecto adhuc calentes commigraturos ad infernum? O em̃ admirandam illam mutationem dexteræ excelsi. O quàm durum est istud sapiẽtis, quòd potẽtes, qui magistratu suo abutuntur, potenter tormenta pariẽtur. Sed nos iã corde & ore oremꝰ dominum, ut cor mite nobis cõcedere dignetur erga pauperes suos, quatenꝰ dũ nos eis misericordiam exhibemus, uicissim quoq; misericordiam cõsequamur à domino deo post mortem nostram: unde deinceps etiam anima nostra à sanctis angelis subuehatur in sinum Abraæ, in gaudia felicitatis æternæ, Amen.

Prouer. 24

Mundus theatrum dei.

Psalm. 76

Sapien. 6

Matth. 5.

HOMILIA TERTIA SVPER euangelio dominicæ secundæ post ferias Pentecostes.

MEndicus ille Lazarus mortuus ecce est, ab angelis deportatus in sinum Abraæ. Mortuus est & diues, atq; sepultus in inferno, quum clamaret, pater Abraam, miserere mei, & mitte Lazarũ ut intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam, audiuit illud uicissim ex Abraam: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Iam autem ille consolatur, & tu torqueris. O quàm benignus fuit & mitis huic damnato Abraam, dum non adgressus eũ est duriter, neque auarum, neque crudelem, neque immitem, neque impudentem, sed filium appellauit, qui mores suos imitatus non erat. unde docemur afflictis non addere afflictionem. dicit enim & sapiens, Animam humiliatã ne turbaueris. Quãuis etiam idipsum nomẽ filij, plurimum doloris cõciliauit diuiti, quòd in hoc cogitare poterat, quãtum bonorum amisisset, ad quæ ex Abraamo natus fuerat: & quæ per gratiam adeptus esset, si uitam Abraæ moribus repræsentasset.

Theoph.

Eccl. 4.

¶Recordare quia bona recepisti in uita tua, unde constat, autore Gregorio, & hunc diuitem aliquid boni habuisse, ex quo in hac uita bona receperit. Vsq; adeo etẽ mitis & misericors est deus, ut etiam opera bona peccatorum, quæ tantum in commune bona existunt, irremunerata non sinat. Inde est quòd sæpenumero mali tantum felicitatis habent. nam quum boni quid faciant, recipiunt mercedem, iuxta illud euangelicum: Receperunt mercedem suam. Sic Augustinus dicit, deum Romanis tantum dedisse potestatis & dominij, atq; adeo uniuersi orbis monarchiam propter uirtutes eorum: quoniam naturaliter loquendo, bonis moribus & uirtutibus semper studuerunt. Idem nobis etiam scriptura testatur de Nabuchodonosore, qui, quia mandatum domini impleuit aduersus Tyrum & exercitum suum, nec aliquam inde accepisset mercedem, dixit dominus ad prophetam: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis &c. Dedi ei terram pro eo quod laborauerit mihi. Ecce hic dominus Nabuchodonosori uictoriam promittit aduersus regem Aegypti. Estq; hæc quidem infelix felicitas, breui potiri uoluptatula, & hinc damnari in perpetuum, nec

Gregorij.

Matth. 6.

Aug. li. 5. c. 12 & 15. de ciui. dei

Iezec. 29

quisquam ex hac fortuna est odio prosequendus, qui tantuli gaudij pœnas inde luet æternas. Estq; hæc magna ratio, qua boni murmurare non debeant aduersus malos, quum uident illis feliciter omnia, sibi uero nihil ex uoto succedere. Quis enim cognoscit arcana iudicia dei? quis rationem scit, quur hoc aut illud faciat deus? quid enim si sic illum remuneret, ut diuitem istum? Recepepisti bona in uita tua. Quæ sententia, ut ait Gregorius, pauore potius indiget quàm expositione. Nam quicunque munus aliquod temporale recepit, merito metuat, ne forte hoc in retributionem meritorum suorum illi iustus largitus sit iudex, ut tandem æterna careat remuneratione. Ideóque exclamo ad uos potentes, & qui floretis in fortuna, timete deum, ne dicatur uobis, Euge, bona recepistis in uita uestra. Legitur, sanctum Ambrosium diuertisse apud quendam, qui quondam suus fuerat discipulus: ipsúmque interrogasse, Satin' omnia salua? quum autem responderet ille se in summa rerum omnium felicitate uigere, floridum totum, citra omnem aduersitatem, non secus atque illum felicem & fortunatum uirum apud Dauidem, subiunxit ad hæc Ambrosius, & dixit ad suos: Aufugiamus celeriter hinc. neque enim hic habitat deus, ubi fortuna est tanta. statímque ut abijt Ambrosius, uidit ignem cadere de cælo, & totam illam consumere domum. Neque tamen per hoc exterritos uos uolo, charissimi: neque quod dico, sic dictum existimetis, quasi quicunque huiusmodi dona habent ex deo, diuiti huic sint sociandi. Multi sancti uiri diuites fuerunt. dives extitit Abraam, dives Isaac, dives & Iacob, opulentus Iob, fortunatus etiam Dauid & alij complures. sed hoc unum dico uobis eo, ne in fortunis uestris superbiatis elati, néue in magnis opibus opera bona intermittatis. Quin magis semp deũ timete, illũ colite & præ oculis habete, ut rursus hic felicitatem uobis & isthic gloriã largiat æternã. Multũ hic ponderat Chrysostomus, q̃ Abraã dixit, bona tua, (sic em̃ legit) q̃n bona illa sua uera esse putabat, quæ tamẽ uera non erant: & interim ista quæ bona arbitratus est esse, recepit in uita, Lazarus aũt similiter mala. Semp itaq; archetypũ hũc La-

Gregorius.

Psal. 143

Chrysost.

zarum præ oculis habeamus, siue nos premũt morbi, uel dura uexat egestas, siue frigus urget, seu fames molesta est, aut quæcunq; tribulatio grauat. Gaudeamus in hoc, omnemq; illam aduersitatem offeramus deo patientes simul & sperantes, quòd receptis malis istis, rursus cum Lazaro refocillabimur. Quę etiã efficax est medicina in oñi aduersitate. Tantum mementote istorum uerborum Abraæ, Lazarus mala recepit, nunc autem consolatur. Eqs non malit beatam illam & felicem Lazari infelicitatẽ sustinere, quàm omnes istas possidere diuitis opes? ille enim ad momentum male habuit, & nunc æterna potitur felicitate: & hoc illud est quod ait Paulus, id enim quod in præ
2. Cotin. 4 senti est, momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ uidentur, sed quæ non uidentur.

2. ¶ Aliam iam porro rationem proponit Abraam, q̃ chaos magnum sit inter utrunq;, ita ut neuter ad alteros peruenire possit. Quib⁹ uerbis designare ille uoluit, etiã corporaliter chaos magnum esse inter bonos & malos, in-
D. Emse. terstitium immensum, uel ut Emserus felicis semper memoriæ uoluit, uoraginem & hiatum, atq; caliginem horrendam. Et spatium quidem istud firmatum est graui seueraq; diuini iudicij sententia. Segregatio autem illa huiusmodi est, q̃ deus malos indurauit, bonos confirmauit, ita ut ij peccare amplius nequeant, illi bene operari non possint. hoc est ergo quod dicit, Nemo à nobis peruenire potest ad uos, neq; à uobis ad nos. Hoc etiam est quod
Ambrosi. Ecclẽs. 11 Ambrosius inquit, Post mortem nequeunt merita immutari, sed quocũq; ceciderit lignum, ibi iacet, siue ad austrũ, siue ad aquilonem. ut iam nihil sit, quod somniant Origenistæ fore aliquando, ut oẽs etiã damnati saluent. uere
Isaię. vlt. enim dixit Propheta, quia ignis eorum nõ extinguetur,
Theoph. neq; uermis morietur. Vnde & Theophylactus, obserua, inquit, locum hunc contra Origenistas, dicentes quod tempus erit quo finientur impiorum supplicia. Ecce enim audimus Abraam dicentem, quòd ij qui uolunt hinc ad uos, uel illinc ad nos transire, non possunt. Abraam sane fide dignior est quàm Origenes, semel diuisit deus inter eos,

qui finaliter uel boni uel mali sunt & permanserunt, iāq; res aliter obtineri aut immutari non potest: Ego, inquit, sum dominus, egóque ponam diuisionem inter populum meum & tuum. Auditis quidem omnes euangelium hoc auribus, metuo autem ne non satis percipiatis corde. equidem pro me ipso curam gero, ne quod uobis ore proclamo & prædico lingua, non ita ut decet, constanti animo recolam. Aut quis est tam obfirmato animo, qui non exhorrescat, totusq; tremat pœnas audiēs infernales, & æternas & nunquam desituras, & recreationem non admissuras? Caue tibi, caue inquam & sedulo tibi prospice, ne huc aliquando peruenias captiuus, quisquis iam uinculis peccatorum constringeris. Tuque adeo nostri miserere, misericors & miserator domine. Cæterum prudens Abraæ responsum hic mihi considera. primum enim rationem adsignat diuiti, quur illum adiuuare non debeat, quoniam bona sua receperit in uita: deinde quòd nequeat eum iuuare, quum chaos interſit immensum inter utrunque. Quamobrem & Gregorius dicit, Iustorum animæ quāuis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, tam tunc autoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Exodi.8 Gregori⁹.

¶ Vult dicere, In se non placet eis utique pœna damnatorum, uerum quando conformes sunt iustæ & æquissimæ uoluntati dei: uidéntque hic etiam iustitiam relucere diuinam, & cogitant in hoc misericordiam quoq; dei, qua ipsi à supplicijs tantis sunt præseruati, nihil condolent damnatis: quin potius interueniente iudicio iustitiæ diuinæ, gaudent, uidentes uindictam. Sicut ergo ex præscripto iustitiæ nemo beatorum peruenit ad damnatos, ita uicissim nullus damnatorum uenit in cælum ex innata malignitate, in qua adeo sunt indurati, ut sic oderint deum, ut nolint esse cum illo. sed & quia superbia eorum qui oderunt deum, ascendit semper: isti magis uellent grauiores adhuc pœnas perpeti, quàm ut pœnitentiam agerent. sic etiā, testāte Iohanne, & homines blasphemárunt nomen dei, habentis potestatē super has plagas, neq; egerunt pœnitentiam, ut darent tibi gloriam. Nō de Psalm.57. Psalm.37. Apoc.16.

sinunt isti blasphemijs lacessere deum. nunc enim blasphemant deum patrem, qui eos creauit: nunc filium, qui eos redemit: nunc spiritum sanctum, qui super eos fusus est in baptismo. Vsqueadeo magnum chaos interest obfirmatum inter beatos & damnatos,

3. ¶ Sequitur: Rogo autem te pater, mitte in domum patris mei. O hominem ineptum, si patrem iam profiteris Abraam, cur non antea Lazarum cognouisti fratrem,
Chrysost. ut illi misericordiam exhiberes, & eadem nunc quoque tibi non negaretur? Sed uide hic peruersitatem, si pater est Abraam, quomodo dicit, mitte in domum patris mei?
Theoph. Atqui quàm sapit piscator ictus, tam iste in supplicijs sensum alienæ infelicitatis capit. nam qui prius Lazarum despexerat ante pedes iacentem, nunc aliorum absentium curam gerit: atque cum ipse grauiter torqueretur, à longe etiam fratrum supplicia cernit: & qui pro se impetrare nihil poterat, ad alios conuertitur, petitq; ut Abraam
Augustin. Lazarum mittat in domum patris sui.

¶ Sanctus Augustinus dicit, Lazarum ille petit mitti, quia sensit se indignum, qui testimonium perhiberet ueritati: & quia non impetrauerat guttam aquæ, multo minus credit se laxari posse ab inferno ad prædicationem ueritatis. Neque uero simpliciter ex mortuis quemcunq;,
Theoph. sed Lazarum mitti cupit, ut uideant eum coronatum, & in gloria & incolumitate, qui uiderant eum prius contemptum & infirmum: sicq; futurum credidit, ut esset eis testis fidelis & certus, cuius exemplo mouerentur, & cõuersi à uia sua mala non uenirent in istũ locum tormentorũ,
Beda. sed ad Lazarum pertingerent in sinum Abraæ. Vide autem insignem diuitis huius malignitatem. non enim ait: Mitte Lazarum ad fratres meos, ne meo exemplo, modo & more uiuentes offendant deum, quin magis de præteritis peccatis pœnitentiam agant: sed tantum ne ueniant in locum istum tormenti, sicq; non faciebat hoc in laudẽ & gloriam dei. Conclusionis loco est quod obseruemus hic importunitatem diuitis, qui tot uerbis inaniter & frustra sanctum patrẽ defatigare ueritus non est. Deinde uide etiam iniquitatem hominis, quoniam qui antea cum fratribus suis recusauerat Lazaro dare micas panis exmẽ

sa, nunc illum cupit requiem suam deserere, sinumq; Abraæ relinquere, & rursus ad istos uenire in mundum, certo enim non petijt Lazarus reuiuiscere, mortisque amaritudinem denuo experiri. Præterea ex hoc diuitis sermone colligitur, fratres suos sui plane similes fuisse, ijsdemq; quibus ille extiterat, uitijs fuisse contaminatos. Ecce, inquit, fratres quinque habeo, quinque etiam maritos habuerat mulier Samaritana. & qui ad nuptias inuitatus uenire recusauit, quinque iuga boum emit. Sunt qui uelint hinc conijcere, patrem eorum adhuc fuisse superstitem, quoniam dixerit, in domum patris mei, sed hoc ut inualidius est quàm ut persuadeat, ita eadem facilitate contemnitur, qua adsciscitur. His omnibus accedit insignis stultitia diuitis, putantis non socios etiam esse debere pœnarum, qui in uita socij fuerant uitiorum eorundem participes, cum tamen uicissim quicunq; socij sunt passionis, socij etiam futuri sint consolationis, ut ait Paulus. Ad hæc magnitudinem tormenti hinc cognoscimus, quòd dives Lazarum uidebat in tanta requie & dignitate esse, se contrà & torqueri & fratrum iniquitate angi, ne & ipsi condemnarentur, quos admodum antea in uita dilexerat, ut ait Gregorius: Peccatores quo amplius in supplicio puniuntur, & eorum uident requiem quos contempserunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Vicissim quoque beati gaudent de pœna & supplicio damnatorum, à quorum peccatis preseruati sunt ipsi, simulq; ex consortio lætantur beatorum, de quorum mutua communione quisque effusissime gaudet, non minus ex aliorum quàm sua gloria. siquidem ibi dilectio eadem, eademq; uoluntas, & unus animus, atq; gaudium unum erit in secula, cuius nos omnes participes faciat, qui ipse est felicitas summa, & penes quem gloria sempiterna, Amẽ.

Johan. 4.
Lucę. 14.
2. Cori. 1.
Gregor⁹.

HOMILIA QVARTA ET VLTIma in dominica secunda post Pentecosten.

QVilibet euangelium hodiernum primo aspectu facilis esse intelligentiæ putat: & illud tamen in recessu suo multa, tum obscura, tum difficilia continet. Vt autem omnis illa molesta & fastidiosa prolixitas euitetur, unam atq; alteram quæstionem circa hoc euangelium moueri solitam lubet excutere, quarũ prima hæc sit: Quo tandem modo scire potuerit diues, quid fratres hic sui operati sint in terra? Atq; qui amplius hic dubitare uolet, ambigere poterit, an etiam defuncti curam gerant eorum quos hic charos reliquerunt in terris, aut unde id sciant, ut si moriatur parens superstitibus liberis, an etiam nôrit quomodo cum eis agatur, aut maritus defunctus sciát ne uxorem suam secundas nuptias celebraturã. Nam ignorare mortuos quid inter uiuos agatur, uideri cuiquam posset ex illo prophetico: Abraã ignorauit nos, & Israel non cognouit nos. Et manifestius ex isto dicto Iob: Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget: attamen caro eius dum uiuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit. ubi Gregorius sic dicit, Quẽadmodum qui in hac uita sunt constituti, ignorãt quid de animabus fiet defunctorum, ita nesciunt qui mortui sunt uitam & opera uiuentium. Vult igitur hic Iob, quod cum cura filiorum multum hic hominem solicitârit, ille tamen demortuus, non curat amplius, quid de filijs suis agatur. Responsio, De beatis dubium non est, quin possint scire res mortalium: quoniam cognoscere illud facile possunt uel ex speculo essentiæ diuinæ, uel per reuelationẽ angelorum. sic enim Gregorius, Qui, inquit, creatoris sui claritatem uident, nihil in creatura agitur, quod uidere non possint. Verum de damnatis itidem non ambigim⁹, recordari illos eorum quæcunq; hic sciuerunt, sicut Augustinus credidit Nebridium mortuum adhuc esse memorem sui. Et quod curam gerãt suorum, satis nobis hoc declarat euangelium. Quod autem sciant omnia quæ hic in mundo eueniant liberis amicisq; suis, idipsum sane negamus. neq; enim fit, nisi specialiter eis reueletur à deo, uel aliquis de cælo descẽdat qui significet illis. Ita hic quoq; rem intelligere debemus de diuite, qui oblitus nondum fuerat se quinq; fratres hic reliquisse in terra, sed neq; obli

Mortui cognoscũt uiuos.

Isaiæ 63.

Iob. 14.

Gregorius.

Gregorius.

Li. 9. confess. c. 3

uio dum ceperat illum, uel Lazari, uel Abraæ patris, qñ potius adhuc nouerat utrunq;. ꝙ autem scierit fratres suos adhuc esse superstites, colligitur ex illo quod dicit Augustinus: Habēt mortui curam de uiuis. Aliâs nanq; uerū est quod habet Glossa super Isaiam, quoniā nesciunt mortui etiam sancti, quid faciant uiui, atq; adeo eorum filij. uel rum q; id esse, ex illo colligimus quod dixit dominus ad Iosiam: Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut nō uideant oculi tui mala oīa, quæ introducturus sum super locum istum. Atq; hoc modo responderi potest ad locum Isaiæ supra adductum, ꝙ Abraam naturali cognitione Iudæos non cognouerit: deinde dixit hoc Isaias ante aduentum Christi, quando nōdum intuebatur Abraam uerbum dei, in quo illos cognoscere potuisset. Vnde clare cernis, quomodo diues cognouerit fratres suos. partim em̄ uirtute memoratiua id fiebat, partim ex æstimatiua, qua iudicabat illos eandem uitam uiuere quam ipse egerat. Altera quæstio est, Quo pacto diues hic petierit fratribus suis per Lazarum denunciari tormenta & supplicia sua, ne & ipsi damnarentur, cū tamen constet, damnatos omnes odisse homines quorū uiuunt in mundo, imò & deum ipsum, quoniam uoluntatem habent conformem uoluntati patris sui diaboli, qui nihil magis in uotis habet, quàm omnes homines condemnari: & sicut deus uult omnes homines saluos fieri, ita diabolus omnes damnari. Quomodo ergo præcauere uoluit diues iste condemnationem fratrum suorum? Respōdemus ad hoc, Quod quamuis nonnulli insani & uecordes tentârunt ex hoc homine diuite facere sanctum, dixeruntq; illum in purgatorio tantum fuisse, unde iam forte sit exemptus: idq; eo, ꝙ Abraam patrem suum, & ille rursus ipsum filium appellauit: quodq; misericordiam petijt ex Abraa, quam qui damnati sunt nō petunt, sed subinde blasphemant dominum. Quò facit & illud quod Abraam dixit: Et tu iam torqueris, non quod pœnam passurus sit æternam: & hoc quod ipse salutē desiderat uiuoꝝ ne damnentur. Quę forsitan ambiguū fecerunt hęreticū istum, quouis tum Vertumno tum Proteo instabiliorē, Lutherum, ꝙ non audet adfirmare torqueatur ne adhuc

Super Psalm. 108

4. Reg. 22

1. Tim. 2

Lutherus diuitē sanctū vocat.

diues ille, an secus. Nam si diceret iste eum iam amplius nõ cruciari, oporteret ipsum uel inuitum fateri purgatorium, in quo fuerit antea, & ex quo nunc sit ereptus. Nos tamen dilectissimi, ne curemus quicquid deblaterent hæretici, sed ueritatem potius ipsam inquiramus, & quid Christus dicat consideremus. ait enim, Diues hic sepultus est in infernum. Addit Abraam, chaos magnum obfirmatũ est inter nos. quod sane interstitium tm̃ non esset, si diues hic damnatus nõ fuisset (q̃d ex Græcoadferunt de inferno, non credo, dicent lectionẽ nostrã esse falsam. Porro si in inferno leuauit oculos suos, statim uidemus ubi fuerit sepultus, s. in inferno) Cum itaq; omnes sacræ scripturę interpretes ueteres & recentiores consentiunt diuitẽ hũc esse damnatum, idemq; uerba euangelistæ prę se ferant,

Diues petijt mitti ad fratres

ne minimũ quidem moueant nos insana hęreticorum deliramenta. Ad quæstionem autem ut tandem ueniamus, primum dicimus nonnullos uelle idipsum nõ petijsse diuitem propter fratres suos, sed quia hac petitione aliud quiddam impetraturum sese sperabat. Credebat enim & Lazarum tam esse dilectum Abraæ, ut non mitteret eũ denuo in exilium. & Abraam adeo esse misericordem, ut non desereret miseros illos & errabundos: inde cõfidebat quod Abraam ipsum ablegatur⁹ esset diuitẽ extormẽtis, sed falsꝰ est spe sua, quoniam operæprecium non erat, ut propter fratres suos deus nouam aliquam uiam inueniret conuersionis ad pœnitẽtiam. Et est hæc quidem bella beneq; colorata sententia: uerum ego nondum uideo, quomodo uel ex ipso contextu, uel ex cæteris circunstantijs defendi queat. Aliter itaq; ut plurimum dicunt doctores, quod, quia diues fratribus suis exemplum malum reliquerat superbiæ, auaritiæ & gulæ, uoluerit ille iam præmonitos fratres non in eorum, sed suum ipsius commodum. Nam si & ipsi in cruciatus tormentorum suorum peruenturi erant, quanto auctiorem pœnam sibi futuram metuebat, tanto magis p̃monitos eos cupiebat, quando hæc communis lex est omnium. qui alijs peccandi præbent occasionem, ut quo quisq; plures in sua uita seduxerit, eo cumulatiora maioraq; subiturus sit supplicia. Sic Augustin⁹

Augustin.

incertam ait esse pœnam Arrij, quando nescit, quot post

eius errorem sunt subuertendi. Proh supreme CHRISTE quàm durum erit Luthero suisque sequacibus, qui tot tantósque errores in fide seminant? nanque si post ducentos adhuc annos aliqui Lutheranis dogmatibus seducti damnabuntur, tum quoque grauior futura est pœna Luther. omnes enim hæretici unam coaceruatam conficient congeriem, dicente Isaia: Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum. Isaię. 24.

¶ Atque hæc communis sanctorum patrum sententia est. Et tamen adhuc aliam inuenio quorundam doctorũ opinionem, eámque huiusmodi, quòd in damnatis etiam non omnino extincta est adfectio naturalis: atque ideo quamuis inuidi omnes sint & maligni, ita quòd cuperent omnes in uniuersum homines esse damnatos, attamen cum primum ad aliquas particulares personas uentum ẽ, ipsíque interim non ignorant uoluntatem suam non impleri, sed aliquos adhuc ex uiuentibus beari, tunc sane felicitatem illam magis fauent suis amicis & cognatis quàm alienis. nanque & si uir aliquis aut mulier in omnem uanitatem, miseriam, breuiter in omne flagitiorum genus fuerit demersus, nolit tamen aliquem liberorum suorum insimiles ærumnas detrudi. Quamuis etiam liceat inuenire homines tam uindictæ cupidos, ut liberos quoque & quoscunque impenderent amicos, dummodo ipsi se ulciscerentur. Ita nimirum damnati quoque consanguineis suis non parcunt, quo minus uellent eos etiam cũ omnibus alijs condemnari. Quum autem uident tot homines saluari, adhuc cuperent amicos illos suos magis quàm alios quoscunq; beari. Id adeo in hoc etiam damnato cernere licet: quoniam sic ait Gregorius, Reproborũ mentem pœna sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, ut iam tunc & suos spiritualiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec se amabãt. Sero nimis suum inchoabat magisterium, cũ iam nec discendi tempus haberet miserrimus iste diues, nec; docendi, ut ait Ambrosi⁹. Quod ergo diues ille fratres suos uoluit ab infernalibus pœnis ꝑseruare, nullo factum est animo seu adfectu bono, sed tm̃ uolũtate q̃dã naturali, ꝙ nollet eos ad se uenire in Gregori⁹. Ambrosi.

augmentum supplicij: & quia tantam pœnam fratribus suis non fauebat, maluisset pati & socium habere Lazarū in inferno, quàm fratres.

¶ Abraam uir plane mitissimus nihilo commotus tā importunis precibus diuitis, benignum ei dat respōsum & ait: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. O præclarum responsum, & quod multa complectitur in se & magna. primum enim inde colligere potes concordiam Moysi & propherarum, contra Samaritanos, qui tantum accepris quinq; libris Moysi, prophetas noluerunt recipere. Abraam illi Moysen obijcit & prophetas, ex Moyse præcepta ut discerent moralia, in prophetis ut inuenirēt quæ sint mysteria fidei. Qua re docere uoluit Christus uetus testamentum stabilimentum esse fidei, quo nomine et in glorioſa illa Christi transfiguratione Moyses & Elias Matth. 17 uisi sunt. Voluit ergo hoc uerbo declarare satis prospectū esse fratribus diuitis cum doctrina sana, ad effugiendum infernū, si modo sequi uellent. Theophylactus uerba ista Theoph. hoc modo expendit: Nonne sicut tu diues curā geris fratrum, ita & deus qui illos fecit? innumeros enim illis præfecit doctores. Petis tu mitti eis Lazarum tm̄. ecce Lazarū habent Moysen, prophetas quoq; habent Lazaros. nam & Lazarus fuit Moyses, quia pauper & nudus magis dilexit paupertatem dei q̄ diuitias Pharaonis. Ieremias etiā fuit Lazarus, ut qui tam diu panē tribulatiōis comederit captiuus. sic ergo, pphetæ omnes, oēs sancti, Lazari sunt & doctores fratribus tuis, neq; illo indigent Lazaro.

¶ Sed prohdolor, inuenias etiam huiusmodi iam Christianos crudos & semicoctos, qui nolūt accipere Moysen & prophetas, imò & Christū cū apostolis suis explodunt, omnesq; ueteris & noui testamenti prædicatores: atq; Lazarum sibi dari cupiunt, mitti aliquē sibi uolunt ab inferis. O uocē infelicē, ò infernale dictum, ex faucibus diuitis huius profectum. Ecce enim dicit ille: Non pater Abraam, sed si ex mortuis aliquis resurgens transierit ad eos, pœnitentiam agent. O hominem temerarium & presumptuosum, qui etiam Abraamum docere tentat, & cum nôrat dictante id sibi conscientia, nihil se suis meretis tribuere, quoniam nil boni fecerat, patrem tamen sempet

inclamat Abraam, quem sequutus nunquam fuerat, ut iā potuerit ei dici hoc quod Christus Iudæis dixerat: Si filij estis Abraæ, opera Abraæ facite. Pulchre examinat hæc uerba Chrysostomus, & dicit Moysen & prophetas non Johan. 8.
sufficisse seruando homini, sed operæ preciū fuisse, ut ex mortuis resurgeret unus, qui est Christus Iesus, quamuis Chrysost.
ignorabat diues, quisnam itur⁹ esset ex mortuis. uenit autem Christus, in quem quotquot crediderunt, audientes ipsum, salui facti sunt, pœnitentiam egerunt, ne cum hoc diuite damnarentur. sic ad Christum cōuersa sunt statim die pentecostes tria millia hominum ad uocem piscatoris, neq; multo pōst quinq; millia. Iudæi autem qui illum noluerunt recipere, cæci & obstinati, ideoq; cum hoc diuite torquebuntur. Quamuis intellectum uerborum suorum tam abditum & sublimē non habuit diues, sed eōtantum respexit q⁹ si resurgens aliquis mortuorum ueniret Actuū. 2. 4.
ad fratres suos, illi plus ei crediturí essent. quia enim audiendo scripturas contempserat ipse, & fabulas esse putauerat, ex ijs quæ passus fuerat, iam quoq; similiter iudicabat de fratribus. Mirum ni sic quoq; sentiunt iam stolidi Chrysost.
quidam, qui quicquid agitur aut prædicatur in ecclesia, sacerdotum cōmenta & deliramenta uocant monachorum. Et quàm inepte iste mortuos cupit resurgere, ratus illos plus fidei habituros eis q̄ uiuentibus, non secus ac rex Saul optabat Samuelem audire mortuum, cui credere uiuo recusarat. 1. Reg. 18

4. ¶ Ad extremum iam concludit Abraam, & ait: Si Moysen & prophetas non audierunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. quasi diceret, Quòd si maioribus non credunt, neq; inferioribus credent. responsionē hanc ueram effecerunt Iudæi, dum etiam conspicati iam Johan. 11.
resurrexisse Lazarum, non desierunt persequi Christum. Heb. 11.
tantum abfuit, ut crederent in eum. Sed & mulieres acceperunt uiros suos à resurrectione. Quid q⁹ Christus ipse quoq; resurrexit, cui tamen nō crediderunt Iudæi? sin autem Moysi & prophetis recte fidem habuissent, utique in Johan. 5.
Christum etiam credidissent. Multa etiam corpora mortuorū resurrexerūt sub passiōe Christi, atq; ingressi sunt Matth. 27.
in ciuitatem sanctam, & apparuerunt multis. Verum qd

hoc ꝓfecit in fide Iudæoꝝ? sane si quid commodaret ista mortuoꝝ resuscitatio fidelibus, dominus Iesus, ut est mitissimus, idipsum quoq; non intermisisset, sed nihil prin de promouet & commendat fidem, ac frequens scriptura rũ meditatio. Ecce enim uenit Christus de cælo, & homi nibus prædicauit quantum in illo esset, tum bonoꝝ, tum gaudioꝝ, neq; tamen creditũ est ei. Descendit ad inferos, resurrexit & dixit qd ibi sit maloꝝ, neq; sic creditum est illi. Obtestor itaq; & iam aliquãto liberius admoneo uos, ut euangelium istud crebro in oculis habeatis, & firmiter animo concipiatis. Pauperes qdem ideo, ut nudi nudum sequant Christum in patientia & spe bona, in mansuetudine non murmurantes, non indignantes, rebus inhonestis se non onerantes, diuitibus non inuidentes: quod qs quis facit, recipiet in sinum Abraæ. Diuites autem estote prudentes, neq; ex felicitate insolentes, neq; diuitijs uestris abutamini ad superbiam, lasciuiam, gulam, & luxum uestiarium, sed bona uestra impartiamini Lazaro hic, ut illic uos uicissim adiuuet. Memẽtote obsecro diuitiarum transitum, ne in morte miseriores Lazaro efficiamini. Recordemini q̃ hic dives ex Lazaro guttulam aquæ petijt, & non impetrauit, eo q̃ ipsi in hac uita eleemosynam denegârat. (uide locos quosdam communes, & optimas diuitum admonitiões apud Chrysostomum homilia 64. super Matthæum, & homilia de diuite & paupere) Subin de animo uestro & cogitatiõe sedula reuoluite illud Tho biæ ad filium suum: De substantia tua fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab ullo paupere, ita eñ fiet, ut neque à te auertat facies domini. Quomodo potes fac fis misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si ex iguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude &c. Ita nos dominus quoq; docet, ut amicos faciamus nobis ex mammona iniquitatis, ut quum defecerimus, re cipiant nos in æterna tabernacula, in felicitatem perpetuam, quam nobis concedat dominus deus, qui uiuit & regnat in secula.

Chrysost.

Thobi. 4

Luce. 16

¶ Gregorius & Theophylactus prosequunt symbola, ex qbus facile potes quatuor aut quinq; sermones confere. non prosequor, quia sunt facilima.

DOMINICA TERTIA POST FERIAS PENTE-

costes, euange. Lucæ XIIII.

IN illo tempore dixit Iesus parabolam hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis ut uenirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam. rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. rogo te, habe me excusatū. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus pater familias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorū qui uocati sunt, gustabit cœnam meam.

HOMILIA PRIMA.

CHariſſimi, hoc euangelio docemur ſubinde cogitare uocatos nos eſſe ad uitam æternam, neque plus operæ abſumere in rebus terrenis quàm cæleſtibus. Inſtruimur quoque geminam eſſe uiam, qua deus uocat hominem: alteram in benignitate, cum horrore & coactione altera. Et quis hic doctores uariè explicāt cœ Watth. 6.

nam, nos tamen eos potissimum sequamur, qui eam referunt ad felicitatem æternam, non neglecturi interim ea
Ambrosius. quæ hic habet Ambrosius. Rationem porro & occasionẽ huic euangelio Iudæus quidam dedit sermone suo: nam quum in sabbato dominus inuitatus esset à quodam principe phariſæorum, & ibidem hydropicum curasset, atq; super hæc tum dominus doceret illos humilitatem in accubitu, & modum inuitandi pauperes, unde eis retribueret in resurrectione iustorum, sublata uoce dixit quidam
Lucę.14 recumbens in mensa: Beatus qui manducabit panem in regno dei. Ex hoc tãdem pane mitissimus dominus cœnã totam instituit, de qua hoc euangelium iam omissis omnibus circunstantijs breuiter explicabimus.

¶Homo, inquit, quidam fecit cœnam magnã. Hæc narratio quum sit parabola quædam, expositionem quoad literam tantum habet spiritualem. At quis est iste homo, nisi ille de quo per prophetam dicit: Homo est, & quis cognouit eum?
Jeremi.17 (secundum Septuaginta, quia in trãslatione Hieronymi non sic legit) Homo igit ille deus ipse est, uel etiam Christus uerus deus & homo. & homo quidem deus dicitur, ob immensam suam tum bonitatem tum misericordiam, cuius rei hic ratiõem reddens Theophylactus,
Theoph. ait: Quando uindicatiuam dei uirtutem scriptura significat, pantheram, ursum & pardum eum uocat: quando autem misericordiam uult insinuare, hominẽ inducit. Quãdo igitur miris modis bonitatem suam dominus declarat in sacramento altaris, quo participes nos facit corporis & sanguinis filij sui, atq; eandem adhuc huberiorem exhibiturus est in cœna felicitatis ętern̨, merito eum scriptura hominem uocat, qui naturaliter animo est placido & benigno, multumq; sociali. Quamobrem & Sapiens
Sapi.1.7 spũm dei, sanctum, modestum, humanum, benignum etiam uocat & securę, neq; multo ante dicit, Quia benignus est spũs dei. Quando autem ad Christum hoc referimus, facile collectu est, quomodo sit ille homo, qui homo natus, qui hominem redemit, qui cœnam hanc instruxit, iu-
Lucę.22 xta illud: Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno dei, siue aũt de Christo, siue de deo patre intelligat,

uterq; sane is est, qui felicitatem nobis præparat, qui cœnam instruit. Atq; in hoc filius dei descendit de cælo, ut ad hanc cœnam nos reuocaret, quatenus & nos hospites ipsius essemus. sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Atq; de huius cœnæ præparatione dicit prophera: Oculus non uidit absq; te deus, quæ præparasti expectantibus te. Quo alluſit Paulus, inquiēs: Oculus non uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hois ascendit quod præparauit deus diligentibus se. Sed & Christus cœnam hanc parat, quia mansiones parat, sicut ipse testatur, quum ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minꝰ, dixissem uobis, quia uado parare uobis locum. Omnia ita parata sunt, ut quæ instructissima. siquidem in dulcedine parauit deus, ut ait Dauid. Johan. 3 Isaiæ. 61 1. Corin. 2. Johan. 14 Psalm. 76

2 ¶ Neq; uero temere summa dei sapientia dixit, quia cœnam fecit, quoniam satietatem nobis internæ dulcedinis præparauit. Quur autem cœnam, non prandium commemorat? sane hinc constat parabolam hanc non eandē esse cum illa Matthæi de prandio, ubi & quæ in hoc mūdo fit, insinuatur manducatio, à qua multi recluduntur, idq; adhuc mane est. Hic autem æternæ gloriæ saturitas proponitur nomine cœnæ, post quam aliud non comeditur. sic enim & beati nullius alterius cibi gustum, nisi gloriæ dei expectant. Illic ex prandio quidam reiiciebat in tenebras exteriores, quoniam multi ecclesia excidunt per hæreses & alia peecata: hic autem nemo retruditur, sed quotquot sunt in felicitate, confirmati sunt nec unquam excidunt. De potu cœnæ huius loquitur dominus apud Matthæum, dicens: Amodo non bibam de genimine uitis huius, donec bibam illud nouum uobiscum in regno meo. Porro qui parabolam hanc referunt ad sacramentū, etiam facili ducunt persuasiōe, cur illud cœnæ nomine accipiat. siquidem extremis temporibus, atq; omnino sub uesperum mūdi huius uenit Christus: sicq; nouissimo diebus istis locutus est nobis deus in filio suo. sic Iohannes iam ingt, Hora nouissima est. usq; adeo commode sacramentum cœnæ confert, quando & agnū illū typicū ludæi uesperi manducabant. Tū demū exorta est lux euangelica, cū lex Mosaica occidit: & quando Iohannes car Gregoriꝰ. Matth. 22 Chrysost. Matth. 26 Heb. 1 1. Joh. 2

Matth. 4 Apoc. 19 ceribus clausus est, CHRISTVS prædicare cœpit: sic beatitudinem quoque Iohannes cœnam appellauit, dicens: Beati qui ad cœnam agni uocati sunt. Neque etiam absolute cœnam uocat, sed & magnã. Magna enim cœna illa est uenerabilis sacramenti, ubi Christus ipse manducatur. Quamobrem & Sapiens inquit: Ad mensam magnam sedisti. scias itaque talia te præparare debere. sed hæc materia in die cœnæ domini iam supra absoluta est. Magna etiam cœna est uitæ æternæ, ubi tantum gaudij est, ubi amplius neque labor erit, nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. De hac lætitia dicturi sumus in homilia de felicitate perpetua, quæ sane cœna magna erit, qa rex ibi discumbere faciet inuitatos, & circumiens ministrabit eis, quod etiã per illud Assueri cõuiuium iam olim est designatum.

Apoc. 21 Luc. 12 Hester. 1

Gregori⁹. 2. ¶Segtur, Et uocauit multos, pauci autem uenerũt, quoniam nonnunquam ipsi q̃ domino per fidem subiecti sunt, æterno eius conuiuio male uiuendo contradicunt.

1. Tim. 2 Vocauit, inquã, multos, quia uult omnes homines saluos fieri. Omnes nos uocauit ad uitam æternam, quando in hunc mundum natus homo clamauit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. per seipsum uocat deus totum mundum suo instinctu alliciens, per ministros quoque prædicatores uocat homines ad hãc cœnam. Totumq; adeo mundum audiuisse euangelium Christi, testatur Paulus, quum ait: Nonne audierunt? quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sic itaque multos uocauit, puta uocatione communi, qua multi uocantur, pauci tamen eliguntur. neque enim hic dominus de illa singulari & gloriosa uocatione loquitur, qua soli boni uocantur, & de qua Paulus, quos, inquit, prædestinauit deus conformes fieri imaginis filij sui, & quos prædestinauit, hos & uocauit.

Matth. 11 Roma. 10 Psalm. 18. Matth. 20 Roma. 8

Theoph. Philip. 2 ¶Et misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis ut uenirent. Sed qs est ille seruus? is nimirum, q forma serui adsumpta filius dei homo factus, & ut homo missus eẽ dicitur. Diceres autem, Atq dominus ipse est Christus quo modo igitur seruus erit? sane, dominus ille est, quia filius

dei atque adeo deus ipse: sed tamen Christus deo patri non solummodo placuit ut filius unigenitus, uerꝫ etiã secũdum humanã naturã, qua omni caruit labe peccati, paternoq; consilio paruit & uoluntati: & quum omnem impleuerit iustitiã, dicitur seruire deo patri, quamobrem & hic tãtum filius dei appellatur. Vnde etiã dicit dominus, qa misit seruum suum hora cœnę, quoniã non initio mũdi natus est Christus, sed nouissimis demum temporibus filius dei homo factus est. Gregorius hic p seruum totum intelligit ordinem prędicatorum, qui nisi mittantur, quo quæso modo prædicabunt? sic primum apostolos, deinde septuagintaduos emisit dominus ad prædicandũ, d ixitq; illis: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Seruus itaq; totum repræsentat ordinem eorum, q prędicãt uerbum dei: qui quum primo cœpisset in patriarchis, per prophetas ad Christum usq; peruenit: is deinde officium illud apostolis demãdauit, undead doctores promanauit, in quibus consummabitur usq; ad consummationem seculi. Vbi populum adhortatur Gregorius, ne intueatur uitam prædicantium & indignitatem exequendi muneris, dicens: Quamuis adhuc indigni existimus, quãuis peccatorũ ponderibus grauamur, & tamen quũ uobis de ędificatione uestra aliquid loquor, hoc est quod ago. seruus enim sum summi patris familiâs. nemo me propter me hoc in loco despiciat. etsi ad inuitandũ non sum dignus, magnæ tamen sunt deliciæ quas promitto. Quin potius sic facite, ut in alijs rebus euenit. quando enim dominus aliquis seruum ad uos mittit, non utiq; ipsius personã cõsideratis, sed magnificentiã domini q misit illum. De missione autem prædicatoꝝ multa habemus in scriptura, q̃niã huiusmodi seruus Ieremias erat, quomodo dixt dñs itus; ad omnem populũ, quocunq; miserit illum, & locuturum qcquid iusserit ipse. Dices, nũc neminem à deo mitti. Imò quamuis non immediate prædicandi potestatem accipiũt à deo, tamẽ à uicarijs illius mittuntur, qui ijs successerũt, quos citra medium misit dominus, sicut apostoli immediate missi sunt à deo, quibus dixit Christus: Quẽ admodũ me misit pater, ita uicissim mitto uos. Apostoli deinceps alios miserunt. sic enim Paulus ait, Titum ideo

Gregorius. Roma.10. Luc. 9.10 Gregorius. Ieremi.1 Johan.20. Titi.1.

se in Creta reliquisse, ut in ciuitatibus presbyteros ordi-
naret. Id nunc quoque faciunt successores apostolorũ epi
scopi, qui presbyteros undique ordinant, iuxta institutũ
Pauli & spiritus sancti instinctũ. Agnoscere itaq; & uene-
rari deberis ab eis missos, nõ secus ac si deus illos misisset.
Nume. 17 Quia sic deus Aaronem ipse elegit in exordium legalis sa-
cerdotij, electionemq; per uirgam miraculose confirma-
uit, quod deinceps necessarium nõ erat, sed sufficiebat or-
dine & mõ semel cœpto ordinari sacerdotes. Ita nuncquo
q; charissimi, uos seruos illos tanquã à deo missos accipi-
te, quicunq; à legitimis magistratib⁹ ad uos ueniũt, iuxta
Johan. 10 ritum ecclesiæ à Christo institutum. Quotquot autem
per hoc ostium non intrant, sed aliunde ascendunt, aut ui
Jeremi. 23 irrumpunt, fures sunt & latrones. quod nunc faciunt ne-
ochristiani, qui ad prædicandum ante currunt quàm mit
tant. non igitur sunt ministri dei, sed mancipia diaboli &
præcursores Antichristi.

4. Quando ait dominus, quòd misit seruum suum ho
ra cœnæ, si per seruum Christum ipsum intelligimus, ho
ram cœnæ iam ante explicauimus. Si autem prædicato-
res accipimus, tunc sane hora illa est, qua homines ad
cœnam parare debent, eáque hora tota hæc est uita.
Gregori⁹. Si itaque iam hora cœnæ est quum uocamur, tanto mi-
nus nos debemus excusare à conuiuio dei. Præcipue aute
ablegauit & emisit dominus seruum suum hac extrema
mundi ætate, idq; à Christo nato usq; ad finem mũdi. nos
enim sumus, ait Paulus, in quos seculorum fines deuene-
1. Cori. 10. runt. Atq; ideo ab origine mundi omnes homines uocati
1. Johan. 2 sunt ad hanc cœnam & inuitati: uerum post Christum tã
dem uenerunt serui diuinitus missi, atq; inuitatis adnun-
ciárunt omnia esse parata. Vocati sunt omes, alij quidem
per legem naturalem, alij uero per ordinatissimam illam
rerum uisibilium dispositiõem. sic enim dicit Apostolus:
Roma. 1 Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, in
tellecta cõspiciunt, sempiterna quoq; eius uirt⁹ & diuini
tas. Atq; deinceps: Gentes quæ legem non habent, natu-
Roma. 2 raliter quæ legis sunt faciunt. Neq; tamen paulo manife
stius inuitati sunt ad hanc cœnam Iudæi, qui suam habu-
ere legem, patriarchas quoq; & prophetas. sed cœna pa-

rata nondum erat, tantisper dum ueniret Christus, appropinquante iam hora cœnæ, sicut dixit dominus: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. neq; sic tamen parata cœna erat, quare adhuc deinceps Christꝰ promisit discipulis suis se paraturum locum. sicq; omnia demum passione, morte, resurrectione & ascensione Christi sunt parata. Et tunc tandem emisit ille seruos, qui inuitatis dicerent omnia esse parata, quod antea internuncius nullus, quantumuis uel patriarcha, uel propheta præstare potuisset. sed apostoli denisq; dicere potuerunt, quãdo Christum audierunt sibi dicentem: Ite in orbem uniuersum, & prædicat euangelium omni creaturæ. Ecce missionem. Quoniam autem parata sint omnia, sequitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce cœnam instructissimam. Nos modo curemus, ut parati simꝰ ad illam. Aliunde nanq; docemur uirgines tantum & prudentes, & eas quoq; paratas introiisse cum sponso, reliqs uero exclusis dictum esse à domino: Nescio uos. At quem nescit dominus? quisquis non est ouis illius, quisquis uocẽ eius non audit, nec sequitur illum. Vos itaq; dilectissimi, quum uidetis omnes nos esse inuitatos: idq; adeo auditis prædicatores uobis denunciare, & parata esse omnia: uos inquam metipsos parate, ne cœnam hanc negligatis, quã omnibus nobis lætam feliciter contingere sinat, penes quem est felicitas summa, quiq; est benedictus in secula. Amen. Matth. 4

Matth. 25 Johan. 10

HOMILIA SECVNDA SVPER

Euangelio dominicæ tertiæ

Aeternæ uitæ gaudia, fratres, ardenti animo concupiscere nos docet dominus, proposita in hoc parabola cœnę, ad quam ille omnes homines uocauit, seruumq; suum misit, qui inuitatos uenire iuberet, & denunciaret omnia esse parata, quatenus sic nos quoq; ad cœnam illam uenire mereamur agni immaculati. & subito qui inuitati fuerãt recusarunt uenire, & singuli se excusare cœperũt. Ecce hic dominus uere potentissimus pauperculos inuitauit, & isti uenire abnuũt. Vnde & Gre Gregor?.

gorius dicit: Offert deus quod rogari debuerat, non rogatus dare uult, quod uix sperari poterat, & tamen contemnitur. ad dei inuitamur conuiuiũ, & nos excusamus. Audio autem, aut certe ex uobis nonnullos mihi audire uideor dicentes: Nolumus nos excusare, ad cœnam illã æternam cupimus uenire cum gaudio. Audio & uerum quidem est, quod bene ab Augustino cuiusdam Mimi facetissimi prædicatur urbanitas, qui quum se promisisset in theatro quid in animo haberent & uellent omnes, dicturum, atq; ad diem constitutũ ingenti expectatione maior multitudo conueniret, suspensis & silentibus omnibus, dixisse perhibetur, Vili uultis emere, & care uendere. Qui si dixisset, felices omnes esse uultis, miser nemo, quanto rectius sensisset? Plane enim sic ego quoque facile crediderim omnes uos cupere quidem ad hanc cœnam uenire, sed operari bonum oportet, & (ut ait CHRISTVS) seruare mandata dei, si uitam ingredi uultis. Mentes igitur uestræ uerum dicunt, si non plus terrena quàm cælestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quàm spiritualibus occupantur: ne & uos excusetis cum rebus nihili, quas chariores habeatis uita æterna. qui enim se excusare conantur, ipso facto se magis in culpa esse testantur. siqdem huiusmodi homines ideo se excusant, quia nemini intercluditur regnum, nisi ei quem professio uocis suæ excluserit.

Li. 13. c. 3 de trini. dei.

Matth. 19

Gregor⁹.

Ambros⁹. ¶ Male fit, si quis peccat: deterius fit, quum peccatum excusat, cuius rei exemplar uiuum habemus in primis parentibus nostris, quibus non satis fuit deum offendisse, nisi insuper iram dei magis concitarent aduersus se offensam expurgando. Adam peccati culpam reiiciebat in

Gene. 3 Excusare peccatum.

Euam: Mulier, inquiens, quam dedisti mihi coniugem, dedit mihi de ligno, & manducaui. Eua, ne crimen sineret suæ ceruici imminens, in serpentem illud conicit. Vnde Glossa quædam super Psalmo 14. sic habet:

Psalm. 14. Psalm. 70

Pessimum omnino uitium est excusare. & alia, Malum est peccare: peius, in pctõ perseuerare: pessimum, uelle peccatum excusare, uel in deum conferre. Nanq; nisi ista peccati excusatio pctm̃ magnum esset, non adeo solicite orasset Dauid dominum, ne declinaret cor suum in uerba ma

Psal. 140.

litiæ,ad excusandas excusatiões in pctis. Multa super hoc uitio dici possent, quando sæpe multumq; cõrigit, quod peccata nostra purgare conamur: idq; innata ista maligni tas facit in nobis,ut semper fucũ & prætextum quæramus pctõ. Atque uicissim dici non potest, quàm temerarij simus in iudicandis proximis nostris,quamq; oculati simus in ostendenda festuca & eijcienda ex oculis proximi, atq; in trabe oculi nostri plus quàm lamiæ & talpæ. Aliter nos docuit sanctus Bernardus: Noli,inquiens,iudicare ,p ximum tuum,sed magis excusare,excusa intentionem,si opus non potes. Verum nos nobis indulgentissimi, alijs sumus durissimi. Luce 6 Sup.Cant

2. ¶Priusquam autem progrediamur in textu, pauca adhuc super excusatione pctõrum dicenda supersunt, ut sic doceamini illam magis euitare.innatum enim sibi ui tium hoc habet natura nostra iam inde à protoplasto sta tim infecta, libendo peccatum committere, commissum negando abscondere, & conuictum defendendo excusare. Quapropter Glossa quædã super Isaiam hominem he ricio confert,qui quum fugatur, caput & pedes conspiciũ tur,sed apprehensus in sphæram colligitur. Ita homo tãtisper dum bene uiuit,neminem ueretur, caput & pedes manifeste gestat.quum primum autem in peccato aliquo captiuus deprehenditur, erubescit statim & inuoluit se dolosa implicans excusatione. Gregor.li. 22.moral. cap.13 Isaiæ.34

¶ Hutusmodi hericius fuit Adam in paradiso: fuit & Aaron,dum excusaret se de uitulo cõflatili. Talis fuit he ricius etiam Saul, sacrificans antequam ueniret Samuel. sicq; per omnem scripturam sacram inuenies huiusmodi hericios,quibus nunc uniuersus mundus abundat. Corripe iuuenem,argue uirginem de malo,& statim inuoluũt se,malis aliorum exemplis excusantes suam prauitatem. usque adeo omnes suis uitijs prętextum quærunt. Vis autem habere huius excusationis radicem? En tibi superbi am,quæ ut plurimum abstrahit homines à gratia dei, à pœnitentia uera & cognitione sui, atq; non raro pertingit usque ad blasphemiam dei. nam quum superbit homo huiusmodi, statim excusat, nolens haberi pro eo, qui Genes.3 Exodi.32. 1.Reg.15

tale quid committat. Sic Bernardus ait: Quum superbo imputat culpa, crescit, non amputat: quia quum argutus fuerit, cor eius declinat ad excusanda pcta. Quilibet enim dicit se nō fecisse, aut fecisse adfirmat, sed iniquū non eē adserit: aut certe intentionē excusat, qua uia si nihil q̄ ficit, in alios culpam transfert. Hinc iam patet q̄ ratione radicis excusatio ista pcti, pctum est: atq̄ ut ouum nidi refert fœtorem, ira excusatio secum uitiū trahit superbiæ, ut quum quis pctī sui noxam in deum conīcere nitiē aut aliam creaturam, peccat iam denuo: uel quum aliquis uitiorum suorum causam in deum conditorem, seu influxū cæleste m transferre conat. Iniquum est autem huiusmodi sibi quærere prætextum, quod & Dauid prohibuit, dicēs: Nolite extollere in altū cornu uestrū, nolite loqui ad uersus deū iniquitatē. Sic Cassiodorus quoq̄: Hoc, inquit, maximum uitium est, quo laborant homines, ut q̄d post pctum suum maxime ad excusationis confugium, quasi pœnitudinis se confessione prosternat: quod pctūm inter summa pcta cōstat numeratum esse, quia inde nascit, unde ad pœnitentiam reus tardius uenit.

Psalm.74

Cassiodo.

¶ Quid q̄ geminat pctūm, si pctūm excusēt, iuxta illud Gregorij, pctūm pctō addit, qui culpæ quam facit, patrocinia defensionis adiūgit? Cuiusmodi erant, de quibus hic dominus loquit in euangelio, alijq̄ omnes, qui per hos designant. quæsierūt enim sibi folia ficus, sicut Adā & Eua, ut tegerent ignominiam pctī sui. sic enim textus habet, Cœperūt omnes simul se excusare. Omnes se excusarūt, communis illa loquutio est, quum plures significare uolumus, ut quando Matthæus dixit uniuersam Iudæam & regionem circa Iordanem exiuisse ad Iohannem, quū utiq̄ plures domi remanserint. Sic Ieremias: Omnes à mimo usq̄ ad maximū intentos esse ait in auaritiam. quamuis enim liceat reperire nonnullos qui auari non sint, magna tamen turba & īmensa cohors est eorū, q̄ per auaritiæ studium præcipites ruūt ad inferos. Et ut maxime de omnibus hominibus loquatur hic Christus, omnes etiam homines sub peccati iugo detinēri: eoq̄ ipso quod peccatores sunt, ad cœnam non ueniūt, dicente Psalmista: Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. cui consonat & Pau

Lib.21.moralium.

Gene.3

Matth.3

Ieremi.8.

Psalm.13

lus,cum ait:Omnes peccauerunt & egent gloria dei. Roma.3

¶ Nam porro commemorat dominus,quæ cuiusque fuerit excusatio.Primus enim dixit: Villam emi,eam est quod inuisam,rogo te,habe me excusatum. Excusationē hanc ad superbiæ reprehensionem refert Augustinus,q̄niam in uilla empta dominatio notatur,ideoq; & hic superbia castigat,cū ferè in dñium & potentiā supbia se quoque ingerat,teste Sapiēte:Dominatur homo homini,sed sibi tantum in detrimentum. Villam hanc olim licitatus est & emit Lucifer, primus ille superbiæ filius, qui dum adfectat dominium,regnum amisit cælorum. Emit eandem & primus homo in paradiso,& q̄uis ante potentissimus esset rerum omnium dominus, tamen cum nollet esse deo subiectus, sed illi æqualis,eō profunditatis demersus est, ut & dominium omne amitteret,& à pulicibus pediculisq; impeteretur. Et bene hic orditur dominus à superbia,q̄ ea initium est deficiendi à deo, & qua homines grauissime peccāt.Vt recte filium suum admonuerit Thobias,ne unquam sineret superbiā dominari in animo suo, quoniam in illa exordium sumpsit omnis perditio.Hieronymus,Ambrosius & Gregorius hic auaritiam intelligūt. sunt enim qui uillas emant ex auaritia, ut inde census & redditus magnos colligant.sunt etiam qui dominatiōis maioris gratia emant.& quamuis superbia maior grauiorq; sit quàm auaritia, tamen hæc nescio quōmodo magis irretit animum hominis,peccataq; & plura & maiora parit.siquidem malorum omniū radix est auaritia. Hinc illud Ambrosij:Necq; ille qui studijs intentus inferioribꝰ, possessiones sibi terrenas coemit,regnum cæli potest adipisci,cū dominus dicat,Vende omnia tua,& sequere me. Augustin. Eccēs.8 Isaiæ.14 Gene.1 Eccl.10 Thob.14 1.Tim.6 Ambrosiꝰ.

¶ Quàm proprie autem mores hic depingit superborum & auarorum.Ait enim:Necesse habeo exire,& uidere illam.Necesse,inquit,habeo,quasi necessarium ratus se in superbia & auaritia sua permanere debere,iuxta illud Sapientis;Existimauerunt lusum esse uitam nostram,& conuersationē uitæ cōpositā ad lucrū,& oportere undecūque etiam ex malo acquirere. Deinde ait,necesse habeo exire. Ecce quia superbi & auari exeunt. Exit autē, quisquis sola exteriora cogitat propter substantiam. fastidi- Sapi 15 Gregoriꝰ.

unt nanq; ſpiritualia omnia, & quæcunq; animæ ſaluti conducunt, inſipida uidentur & ingrata. gratum autem nihil credunt, niſi ſordidum iſtud mundi huius lutum & quæſtum. Ad hæc temeritatem & præſumptionem hominis uide. ait enim, neceſſe habeo uidere uillam. Lubentius aſpiciunt auari pecuniam, & quicquid eſt bonorum temporalium, quàm ſolem hunc lucidiſſimum, nec quicquam eis ſuauius eſt, necq; acceptius eſt bonis iſtis, in quæ tota mẽte incumbunt. Quia ubi theſaurus tuus, ibi & cor tuum eſt, dicit dominus. & Sapiens. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernat diuitias oculis ſuis?

2 Matth. 6

Eccẽs. 5

¶ Et tamen cum omni iſta tum inſolentia tum auaritia, ait ad ſeruum: Rogo te, habe me excuſatum. Bene quidẽ humiliter hic ſonat in uoce, ſed ſuperbia interim relucet in actione. Sic omnes faciunt uſurarij, pernicies páuperũ, peſtis reipub. putant enim poſt longi temporis uel etiam totius uitæ uſuram, egregie ſe placituros ſatisq; facturos deo, ſi imaginem aliquam crucifixi erigant in monaſterio, tuncq; bonos illos fratres obnixe rogant, ut pro ſe deum orent: necq; tamen ab auaritia & fœnore deſiſtunt, quaſi re bene geſta, ſic ſe excuſatos purant: ſed fruſtra id agunt, nihil efficient. oportet rem iniuſte partam reſtituere. oportet concupiſcentiam & illicitam iſtam habendi libidinem abijcere. oportet ſalutaria magis diligere quã hęc terrena. Verum hac de re aliâs, quoniam multi diuites ſunt etiam ſine peccato.

Longę uſurę redẽptio. per imaginem crucifixi.

Auguſtin. 4. ¶ Alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. ubi Auguſtinus intelligi uult concupiſcentiam oculorũ & auaritiæ ſtudium, quamuis & infidelitas hic poteſt intelligi. cum enim quinq; ſint in nobis ſenſus exteriores, quicunq; audire non uult, niſi quod ſenſibus percipit, is iam iuga boum emit. bobus enim aratur terra. & iſti terrena tantum credere uolunt, ut nunc quoq; faciũt noſtrates ſacramentarij, qui ideo etiã cœnam æternæ felicitatis negligẽt. Gregorius curioſitatem hic intelligit, nanq; & nos per quinq; iuga boum, quinq; accipim⁹ corporis ſenſus, paria quinq; in utroq; ſexu. iſti dum exteri-

Gregorij.

Curioſitas.

us oblectare ſe cupiunt curioſius, bonorum cæleſtium obliuiſcuntur. Graue nanq; eſt curioſitatis uitium, quæ dum

cuiuslibet mentem ad inuestigandā uitam proximi exterius ducit, semper eñ sua intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat: & curiosi animus quāto peritus fuerit alieni meriti, tāto fiat ignarus sui. Et hoc est q̄ dicit, Vado, p bare illa: quæ proprietas una hominū est curiosoꝝ, tentare & experiri omnia. Vitiū istud hæreditarium habem⁹ ex Eua, quæ, qa per curiositatē credidit serpenti, misere decepta est. Dina q̄q; filia Iacob cū curiosula cuperet uidere mulieres regionis istius, à Sichem uiolenter tractata & defiorata, causa extitit magnæ cladis. Herodes etiā ex curiositate perebat signū uidere à dño. Quid multa? curiositas in hodiernū usq; diem multas perdit & uirgines & mulieres. sed iam olim uitiū hoc prohibuit Paul⁹ iuuenculis uiduis, dicēs: Sunt quædā uiduæ adolescentiores quæ ociosæ discunt circumire domos, nō solū ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ. Neq; tamen mulieribus tm̄ propriū est hoc mali genus. sunt enim & uiri in suo genere saris curiosi, de cuiusmodi uiris Paulus: Audiuim⁹, inquit, inter uos q̄s dam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agētes. ijs denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operātes, suum panē manducent. Ambrosius ait sententiam hanc sibi non displicere, quòd quidam per istos tres hic se excusantes, intelligūt populum triplicem, gentiū, Iudæorum & hæreticorum. Primus iste qui uillam emit, gentes repræsentat: quæ cum auaræ fuerint & immundæ, indignæ quoq; extiterunt quæ cœna illa fruerentur. Omnis enim immundus & auarus (est autem auaritia hęc idolorum seruitus) non habet partem in regno Christi & dei. Is autem qui iuga boum emerat, Iudæos refert Mosaicæ legis iugo subiectos, quæ quinque iugis (hoc est, libris) continetur. Sic & Petrus legem iugum uocauit in concilio, dicens: Quid tentatis deum, imponentes ceruicib⁹ discipulorum iugum, quod neq; nos, neque patres nostri portare potuerunt? Et quamuis ęgre ac duriter tulerint iugum istud Iudæi, frustra tamen laborârunt, quia non peruenient ad cœnam agni nostri immaculati, quamuis in primitiua ecclesia complures reliquerunt iugum legis, ut peruenirent ad uitam æternam. Sic itaque & nunc omnes Christiani liberi sunt

Gene. 3.
Gene. 34.
Luc. 23
1. Tim. 5
2. Thess. 3.
Ambrosi⁹.
Ephe. 5
Actuū. 15.

Psalm.2 à iugo Iudaico, clamantes ad dominum: Disrumpamus uincula eorum, & proiiciamus à nobis iuga ipsorum, (de hæreticis uide homilia sequenti.) Et quamuis iste quoq; obstinatus est, petit tamen se excusari, sed frustra: neque enim expurgabit illum seruus apud dominum suum, qn
1.Reg.15 potius hoc faciet ei quod Samuel Sauli, quando dicebat hic ad Samuelem: Nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum, ut adorem dominum. respondit autẽ Samuel, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis rex super Israel. Verum misereatur nostri dominus deus noster, neq; abiiciat nos à facie sua, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ TERTIÆ POST FESTUM PENTECOSTES.

1.Tim.2 DEus omnes homines uult saluos fieri, cunctos q; ad cœnam regni cælestis conuocat. parata sunt omnia, non solum ad eam pertinentia, sed etiam uiam ad hanc cœnam sternentia, scilicet naturales cõmoditates & dispositiones, lex euangelica, salutifera sacramenta, passio domini, exempla sanctorum, qui albis induti stolis, agni cœnam adierunt, fastidiunt hanc tam benignam inuitationẽ immanes Turcæ ac Tartari, reliquæq; feræ nationes. despiciunt obstinati Iudæi, Moysi iugo nõ dum exoluti. aspernãtur peruersi hæretici. Hæresis enim
Ambros. (ut præclare scribit Ambrosius) uelut Eua, fœmineo affectu fidei tentat rigorem, & lubrica facilitate prolabens, lenocinia falsi decoris affectat, intemeratam negligens ueritatis pulchritudinem: quemadmodum fœmina blandiloquentia sua uiri etiam fortissimi pectus ad quoduis facinus perpetrandum expugnat, sicut ex Adam ab Eua de
Gene.3 cepto pater, & (ut inquit Sapiens) nequitia mulieris im-
Eccl.25 mutat faciem eius. Quidam etiam Christianorum contuuium istud arrogantia præpediti, accedere grauantur: si sunt qui uillam emerunt, eamq; uana quadam uoluptate pellecti, uidere cupiunt, Alij nimia habendi cupiditate de-

tinentur, & ij sunt qui quinq; iuga boum emerunt, atquè ea probare cupiunt. Alij propter ductam uxorem uenire non possunt, per quos intelliguntur uoluptarij illi, laute opipareq; perpetuo uictitantes, carni usq; adeo affixi, ut ab illa nulla ratione diuelli queant, ueluti mariti uxoribus adhærent. Hoc articulo taxantur socordes ac pigri, quo immodice sibi indulgentes, corporis curam diuino cultui præferunt. Notantur & fornicatores, atq; uentri gulæq; dediti, qui carnem loco sponsæ habent. Neque uero existimes dominum hisce uerbis matrimonium iniustum esse significare, sicuti cauillantur hæretici Tatiani, quorum opinioni tali uia occurit D. Ambrosius, inquiens dominum hæc non in matrimonij contumeliam, sed ut ea occasione maiori laude attolleretur uirginitas, locutum esse. Mulier enim innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. potest & hoc modo refelli, Christum non omnes matrimonij uinculo constrictos cœna æternæ beatitudinis excluisse, sed illos tantum, qui Veneris uoluptatisq; suæ explendæ gratia uxores ducunt. nam per rem iustam, significari potest nõ incongrue res iniusta. simili modo apud Lucam de usura & uillico, in quo uirtutem per uitium designat, quod hoc in loco dilucide explicat Gregorius. Sed est quiddam hic peculiare. Superbus enim & auarus seruos rogabant, uti sese apud dominum excusarent: luxuriosus uero non itidem, utpote adeo cuiuis uoluptatum generi addictus ac immersus, ut prorsus omni uitæ in melius commutandæ spe atq; fiducia excidisset. Itaq; simpliciter se uenire posse negat. Nam animalis homo, iuxta dictum Pauli, non percipit ea quæ sunt dei. stultitia enim ei illi: Cum igitur illi mons dei ostenditur, quò nisi per corporis uoluptatum abstinentiam perueniri non potest, totus perhorrescit, illumq; nimium præruptum ac editum excelsumq; esse causatur, dicitq; cum Loth, Nõ possum in monte saluari. Pater quidem cælestis cunctos pariter ad cœnam uitæ æternæ inuitauit. Verum huic superbia, illi uero auaritia, alij uoluptas accessum prohibet.

Ambrosi⁹.

1. Cozin. 7

Gregori⁹.

Luce. 19

Luce. 16

1. Cozin. 2.

Gene. 19

1. ¶ Animaduertendum est & hoc quod sequitur,

seruum reuersum nunciasse hæc domino suo. Euangelij
Actuũ. 4. præcones sæpe apud dominum conqueruntur, de contu-
Numer. 16 macia eorum, qui illis obedire nolunt: ita Petrus & Iohãnes expulsi è concilio Iudæorum, ita & Moyses, cum Dathan & Abiron à proposito abducere non posset, dominum, ne sacrificia eorum respiceret, orabat. ita Elias dice-
3. Reg. 19. bat ad dominum, Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. Reditum autem seruorum explanat dominus apud Lucam, cum dicit: Qui
Luc. 9. cunq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos, per quod indicauit, ut testarẽtur apud deum sese in cassum laborasse.

¶ Commotus itaq; grauiter paterfamiliãs, dixit ad ser-
Gregorij. uum: Exi in uicos, quo uerbo designare uoluit dominus, quoniam superbi uenire contempserunt, pauperes eligi. seruus hic renunciauit domino suo excusationem malorum, & iratus est dominus. Intelligi tamen hoc ipsum sane debet, non quod in deo sit commotio talis, neq; enim in ipsum cadit passio, sed sic, quia uel deus ira agit quasi iratscceretur, uel quasi in ira concitata sint opera sua; ita etiam quando dicitur de deo, quòd sit tristis, q; pœnitudine ducatur, & in uniuersum quando dicimus iratum esse deum peccatortbus, sicut ait Isaias, Ecce tu iratus es, & pec-
Isaiæ. 64. cauimus, in peccatis fuimus semper. Plane enim ita hic quoq; eodem modo iratus est paterfamiliãs inuitatis uenire nolentibus, quòd tam ingrati essent, omnisq; illa seruo
Isaiæ. 49. rum inuitatio inanis. Aut quomodo ait per Isaiam? In uacuum laboraui, sine causa & uane fortitudinem meam cõsumpsi. Denuo hinc committit paterfamilias seruo, ut exeat in uicos & plateas ciuitatis, ad eos qui ampla & la-
Matth. 7. ta istã peccatorum semita ambulabant, de qua Christus etiam dixit, lata est porta & uia spatiosa quæ ducit ad perditionem, & multi intant per eam. Sunt qui non temere dixisse hic dominum putẽt uicos & plateas, quoniam platea lata & ampla gentes significet, quæ sine lege in amplissima omnium uitiorum uia uiuebant, quibus apostoActuũ. 13. los suos Christus misit, sicut Paulus ad Iudæos dixit, Vo-

bis oportebat primum loqui uerbum dei, sed quia indignos iudicatis uos uita æterna, ecce conuertimur ad gentes. Vici angustiores miseram significant plebeculam Iudæorum, idq; adhuc magis liquet ex sequentibus.

3. ¶ Commissionem nanq; ipse suam porro explicat paterfamilias, & ait: Exi, & pauperes ac debiles, cecos & claudos introduc huc. Quam partem totam Theophylactus de Iudæis intelligit, qui ad Christi fidem peruenerunt. principes enim Iudæorum eiecti sunt, nec crediderunt, imò & de infidelitate sua gloriati sunt, dicentes, an Iohan. 7
& principum aliquis in eum credidisset. Sic nimirum legis periti & scribæ infatuati sunt, gratiámque dei neglexerunt: sed qui ex uulgo erant homines simplices & indocti, qui hic cæcis, claudis & debilibus comparantur, subinde admirati sunt super doctrina & miraculis CHRISTI, Matt. 7
ideóque ad cœnam hanc peruenerunt, ut Petrus, Iohannes, aliíq; apostoli & multa hominum millia, qui baptizati sunt, & crediderunt in dominum, ubi impletum est illud dictum Pauli: Elegit deus infirma mundi, ut confundat fortia. Pontifices & principes Iudæorum obstinati perierunt, multi autem pauperes & publicani gratiam dei cõsequuti sunt, atque ad cœnam domini peruenerũt. 1. Cori. 1
ita ad eos dixit etiam dominus, Amen dico uobis, publicani & meretrices præcedent uos in regno dei. Matth. 23

¶ Quando autem triplices hic personæ commemorantur, Gregorius eas sic exponit: Pauperes & debiles sunt, Gregor.
qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Cæci uero, qui nullum ingenij lumen habent: claudi, qui rectos gressus in operatione non habent. Si ita penitus iam introspiciamus, quo pacto uitia morum morbis huiusmodi designentur, uidebimus peccatores fuisse, qui primum uocati uenire noluerunt: peccatores quoque extitisse, qui deinde postremi in uicis & plateis inuitati sunt.
Quid igitur dicendum ad hoc? sane respondet Gregori- Gregor.
us, & dicit peccatores superbos condemnari, humiles autem eligi. fit enim sæpe, ut qui pauper est & in mundo cõ
temptus habetur, in seipsum digressus conuertatur ad dominum: sicut filius iste prodigus, cũ uideret sibi etiam fili Luc. 15

quas deesse, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego miser hic fame pereo? Gregorius in hoc etiam inducit figuram illam, quando Dauid inuenerat puerum Aegyptium, cum persequerêtur Amalechitas, sed ego missum hoc facio. Possunt etiam hic induci uerba ista, quòd uocarit pauperes, de quibus apud Matthæum, Beati, inquit, pauperes spiritu, cuiusmodi sunt omnes, qui se in hoc mundo pauperes existimant, cum nequeant bona adsequi cælestia, sicut & Iacobus inquit: Nónne deus elegit pauperes, diuites in fide, hæredes regni, quod promisit deus ijs, qui diligunt illum? Sic etiam uocauit debiles & imbecilles corpore, sed fide & spiritu fortes, quomodo se Paulus cum ægrotat, fortiorem atq; potentiorem esse adfirmat. Quod ad cæcos attinet, bona sane et felix est sanctitas eius, qui uidere non uult uanitatem mundi huius, sic nimirum cæcus fieri cupiebat Dauid, dicens: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. sic Iob pepigit cum oculis suis, ut etiam uirginem ne uideant. Qui ergo cæci sunt, & tamen uident, ueniunt ad cœnam, eoq; illuminãtur, sicut cæcus iste apud Lucam, cui dixit dñs: Quid uis ut faciam tibi? Qui respondit, Rabboni, ut uideam lumen.

1. Reg. 30
Matth. 5
Jacob. 1.
1. Corin. 12
Psalm. 118
Job. 31
Luce. 18

¶ Quotquot autem cæci sunt, neq; cæcitatẽ suam agnoscunt, isti sane ad cœnam non ueniunt, sicut obstinati & perfidi Iudæi, quibus dixit dominus: Si cæci esseris, peccatum non haberetis. iam autem cum dicatis uos uidere, peccatum uestrum manet. & paulo ante, In iudicium ego ueni in mundum istum, ut non uidentes uideant, & qui uident, cæci fiant. Sic etiam qui claudicant in operibus bonis, ad cœnam hanc uenire non possunt, nisi prius recti fiant, iuxta illud Eliæ, Vsq; quo claudicatis in utrãq; partẽ? Si dominus deus uester est, sequimini illum. Huc facit etiam illud quod Paulus ait: Remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut nõ claudicans quis erret, magis autem ut sanetur. spiritualiter enim loquẽdo, cum primum quis peccatũ mortale operetur compler, claudicat coram domino: illud uero quãdo rursus declinat per pœnitentiam & contritionem, rursus sanatur & fit rectus. unde & Dauid sic orauit ad dominum:

Johan. 9.
3. Reg. 18
Heb. 12

Perfectos fac domine gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uesti gia mea. Psalm.16

4. ¶ Reuersus itaq; seruus, dixit domino: Factum est ut imperasti, & adhuc loc⁹ est. Israelitæ, inquit Theophylactus, fuerunt intra ciuitatem, ut ij qui legem receperãt & ciuiliorem uitam sortiti: gentiles uero à lege dei alieni erant, & rusticitate magna uersabantur, teste Apostolo. ideóque per eos designantur, qui inter septa iacebant. sepem autem, discrimen inter deum & gentiles accipimus, quod quid aliud esse putas quàm peccatum? Gregorius quoque fere ad hunc modum intelligit, & ait: Multi ad cœnam dominicam ex Iudæa collecti sunt, sed locum superni conuiuij multitudo illa non impleuit, & locus adhuc uacuus gentibus remansit. Id ita intelligũt sancti patres: quia enim tertia angelorum pars corruit, ut ait Iohannes, Draco iste magnus cauda sua trahebat tertiam partem stellarum cæli, hoc est angelorum: iam ruina ista per Christum in homine restituta est, dicente Propheta regio: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Atqui impletio illa ruinæ non satis consummata est in Iudæis: ideoq; & gentes uocatæ sunt ad implendum numerum beatorum, qui soli deo cognitus est: & de quo Iohannes, modicum, inquit, adhuc tempus est, donec compleantur conserui eorum & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Theoph. Gregor⁹. Roma.2 Apoca.12 Psalm.109 2.Tim.2. Apoca.6

¶ Exi itaque, inquit paterfamilias, in uias & sepes, & compelle intrare. Atque hæc tertia est uocatio, ut ait Ambrosius. Prima enim facta est per patriarchas & prophetas, secunda per Christum & apostolos & Iohannem, tertia post diuisionem apostolorum inter gentes, de qua p̃dixit Dauid: Exultabunt ligna syluarum à facie domini quia uenit. Ligna syluarum gentes sunt: ligna utique rudia, crassa & non leuigata, planeq; sterilia ratione infidelitatis. quod si etiam fructus produxissent, acidi & stipti ci fuissent, ingratissimiq; saporis. Quotquot igitur ex gẽtibus uenerunt ad cognitionem Christi, uelut ex horridis sepibus prodeuntes adcurrerunt. Ambros. Psalm.95.

¶ Considera tamen quomodo inuitatio ista omnino noua quadam forma proponitur. ita enim habet, & com Theoph.

pelle intrare. Siquidem quamuis plane uoluntarium sit credere, tamẽ ut sciamus magnæ uirtutis dei esse, credidisse gentes, in tanta uersantes ignorantia, ideo dixit, Compelle. Quoniam nisi præclara quædam uirtus prædicata fuisset, & ingens uerbi diuini ueritas, quo tandem modo fieri potuisset, ut gentes quæ penè usq; ad rabiem & insaniam in cultu idolorum erant impediti, & secundum carnem uiuebant, tam cito conuersæ fuissent ad confessionẽ nominis Christi & uitam spiritualem? Potest etiam compulsio ista non ad uirtutem tantum uerbi & prædicationis extendi, sed etiam ad efficaciam operum & signorũ, quibus gentes omnium ualidissime ad fidem Christi sunt impulsæ. Gregorius hoc ad uniuersalem omnium hominum uocationem refert, & ait: Alij enim uocantur, & ueniunt: alij autem compelluntur, ut intrent. Nam sunt nõ nulli, qui facienda intelligunt, sed hæc facere desistunt. His plerunq; contingit, ut eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat, cumq; se frangi in desiderijs suis conspiciunt, quid de se autori suo debeant, commemorant. sic inquit Dauid, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. & item Isaias, Sola uexatio dat intellectum. sæpe enim aduersitates prosunt, & à peccatis auertunt homines, atque ad uiam salutis conuertunt. quomodo non raro impelluntur homines multi ad operandum bonum, autore Psalmista, In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Vulgus quidem sic loquitur, sed tamen uere: Quisque cum se mergi sentit, & aquam ore haurit, natare discit. Aut quid aliud est quod uerbis tantum diuersis, re eadẽ diuinus ille psaltes ait, Ad dñm cum tribularer clamaui? Et ita q; domine libera à necessitatibus animam meam. Et hoc est quod ait Gregorius, sæpe nonnulli ad temporalẽ gloriam proficere uolentes, aut longa ægritudine tabescunt, aut afflicti iniurijs concidunt, aut percussi grauibus damnis affliguntur, ut in mundi dolore uideant, quam nihil confidere de eius uoluptate debuerunt, seq; ipsos in suis desiderijs deprehendentes, ad deum corda conuertunt.

Gregorius. Psalm. 82. Isaiæ. 26 Psalm. 31 Psalm. 119 v. 124 Gregorius.

¶ Atque hi isti sunt, quibus dicit dominus per prophe-

tam, Ecce ego sepiam uias tuas spinis. Tunc enim spinis obsepit dominus uias nostras, quando in eo quod inique concupiscimus, stimulos inuenimus dolorum, quãdo malis concupiscentiis multa in mundo occurrunt aduersantia, quando uetamur acquirere quod nequiter appetim⁹. Requiris eius rei exemplum? En Paulum tibi, de quo dicit Augustinus: Cum Petrum & alios solo uerbo uocasset, Paulum non solum uoce compescuit, sed etiam potestate prostrauit, & primum quidem cæcitate corporis corripuit, ut ad desideratum animæ lumen ueniret. Vbi est igitur quod isti clamare consueuerunt, liberum esse credere uel non credere, cui uim Christus intulit, quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum, agnoscant prius in eo cogentem & postea docentem, cum Petrum & alios apostolos suo uerbo uocasset, Paulum non uoce compescuit, sed etiam potestate prostrauit, prius ferientem, & postea consolantem. & quis ille sic compulsus intrauit in ecclesiam, in eadem tamen plus aliis omnibus laborauit. Nonnulli per sepes gentes intelligunt, quæ pro suis legibus uixerunt ciuiliter, ut Romani, Græci, Spartani, & Athenienses: per uias autem barbaros accipiunt, qui sine legibus uixerunt, ut Scythæ & alii. Osee.2 23.qu.4. quis nos. Augustin. 1.Cor.15.

5. ¶ Rationem, cur ad sepes & uias mittat, dominus adsignat huiusmodi, ut impleatur domus mea. potens ille & magnificus dominus impleri uult domũ suam, ut ut sit patentissima, dicẽte propheta: Magna est dom⁹ dei, & ingens locus possessionis eius. De immenso illo numero scribit idem iste, qui & uidit Iohannes dilect⁹ Christi apls, cum ait, Vidi aliam turbam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus populis, nationibus & linguis, stare ante thronum agni. Et deinceps concludit dominus, dicẽs: Dico uobis quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Vbi tu principio animaduerte, quod dominus sese ostendit esse patremfamiliãs illum, q cœnam parauit felicitatis æternę. Bar.5 Apoc.7

¶ Deinde horrendam istam audi uocem Christi, quòd nemo eorum qui uocati sunt, uenturus sit ad cœnam: nõ secus, atque illorum quotquot egressi sunt Aegyptum. Num.14.

(fuerunt autem uirorum sexcenta tria millia quingenti quinq̃ginta, extra filios Leui, qui erant uiginti duo millia hominum) ex omnibus illis terrã promissionis tantũ ingressi sunt Iosue & Chaleb: ita hic quoq; de inuitatis sentiendum, nõ sic tamen, quasi nemo eorũ qui uocati sunt,

Matth. 22 uenerit ad cœnam, sed quia exiguus eorũ qui uẽturi sunt, numerus erit, si conferas condemnatis. sic eñ multi sunt uocati, pauci electi, dicit neminem uenisse. Vel certe de his loquitur, qui aut infidelitate, aut peccatorum amore uenire noluerunt, quoniam cœnam illam non gustabunt, atque ex ijs Iudæi præcipue, quorum quãtula obsecro pars credidit in Christum? quando etiam Isaias dicit, Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma

Isaiæ. 1 & Gomorrha facti fuissemus. Quando itaq; audiuistis dilectissimi, quàm clementer nos dominus ad cœnam inuitârit salutis æternæ, ne negligamus ipsi. Ecce enim ille

Gregorij. uocat per se, uocat per angelos, uocat per patres, uocat per prophetas, uocat per apostolos, uocat per pastores, uocat etiam per nos, uocat plerunq; per miracula, uocat plerũque per flagella, uocat aliquando per huius mundi prospera, uocat aliquando per aduersa.

¶ Nemo igitur, cum uocatur contemnat, nemo se excusset. quis scit enim an denuo ipsum uocaturus sit dominus

Prouer. 1 an non? Ecce per Salomonem dicit dominus, Tunc inuocabunt me, & ego non exaudiam: mane exurgent, & non

Heb. 12 inuenient me. Sic sic inquam accidit Esau, qui cum uendidisset primogenita, factum est inde, ut petens ex patre benedictionem, repulsus sit, nec; inuenerit pœnitentiæ locum, quamuis illam cum lachrymis quæsierat. Sic etiam

Matth. 25 quinque fatuis uirginibus euenit, quę quum sero nimis uenirent, clausa iam ianua, clamantes quoq;, Domine domine, aperi nobis, nihil aliud audierunt, nisi hoc unum, Nescio uos. Sequamur igitur & ultro suscipiamus uocationẽ dei, festinanter & ardenter diligamus cęlestia, atq; fugiamus mala, omniumq; istorum adiutorem sedulum habemus mediatorem illum dei & hominum, per quem impetrare cuncta possumus, dum modo nostra in eum feruenter exardescat charitas, qui uiuit & regnat deus cum patre & spiritu sancto per secula. Amen.

EVANGELIVM DOMINICAE QVARTAE

à festo Pentecostes

Lucæ XV.



IN illo tẽpore Erant appropinquãtes domino Iesu publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant pharisæi & scribæ, dicẽtes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istam, dicens: Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. & ueniens domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agẽte, quàm supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne

Marc. 9.
Marci. 2
Matth. 18

accendit lucernam & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat eã? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiã agẽte.

HOMILIA I.

Matth. 9. VErbo ſimul & opere declarauit dominus uenisse ad conuertendum ſaluandumq; peccatores. ideo enim publicani etiã appropinquabãt ad illũ, qui in hoc natus erat homo, ut peccatores reuocaret, atque ob eam rem facile paſſus eſt eos ad ſe accedere. huiuſmodi autem erant iſti peccatores, qui parati erant à peccatis recedere, & ad cœnam agni uenire, ut Magdalena, Matthæus, Zachæus & illi de quibus hic dicitur, quia appropinquabant ad Ieſum, ut audirent eum. Ecce itaq; geminos tibi in hoc euangelio peccatores: alij audire cupiebant dominũ, alij etiam murmurabant: illi boni, hi damnati erant, quamuis & hos dominus ſalutaribus doctrinis cupiebat ad ſui cognitionem adducere.

¶ Appropinquabant ergo ad dominum peccatores, nõ pedibus tantum corporis, ſed & mentis, ut iam poterat de eis dici, Vos qui à longe fuiſtis, prope facti eſtis. quando igiſ deo appropinquârunt, gratiã conſecuti ſunt, iuxta illud: Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Quãuis. n. diu Chriſto cohabitaſſent corpore, animo ab eo alienato & alibi peregrinãte, nihil profuturæ eis erat, ſicut neq; Iudæ, nec phariſæis, pfuit qcq, ſicut, ppheta dixit:

Ephe. 2

Jacobi. 4.

Jeremi. 12 Prope es tu ori eorũ. ſed lõge à renib⁹ ipſorũ. & ali⁹ q̃q, Populus hic labijs appropinquat, cor aũt eorũ lõge eſt à me.

Iſaiæ. 29

Quiſquis aũt toto corde accedit ad dominũ, ad illum uiciſſim dominus uenit per gratiã ſuã, imo & trahit illũ, & obuiam uenit ei, ſicut pater filio iſti prodigo. ſic Gregorius de Maria Magdalena, Quid, inqt, miramur magis, peccatricem, quæ uenit, aut dñm qui attraxit, aut potẽ utrũ-

Luc. 15.

Gregorius

que, dominũ per charitatẽ attrahentẽ, & peccatricem per pœnitentiã contritionemq; cordis uenientẽ, iuxta illud: Charitate æterna dilexi te, ideo attraxi te miserãs: cui suffragatur alterꝝ istud, Funiculis traham eos, uinculis charitatis. Contrà aũt peruersis Iudæis dixit dominus, Nõ uultis uenire ad me, ut habeatis uitam. Jeremi. 31 Oseę. 11. Johan. 5

¶ Considera tamen exactius nõ simplices peccatores, sed publicanos uenisse ad dominũ, qui tributa coẽmerãt, & in illorũ exactionibus misere homines excruciabãt, autore Hieronymo: Quis quidã eius fuerunt sententiæ, ut publicanos istos telonarios gẽtiles fuisse putarẽt, ut Tertullianus, q̊d Hieronymus reprobat in epl'a q̃dam ad Damasum, eo ꝙ dominus in euangelio parabolã posuit de publicano & pharisæo simul ascendentibus in templum. ꝓfecto. n. si ethnicus ille fuisset, neq; in templũ oraturus ascendisset, neque iustificatus descendisset. Ad hæc Matthæus quoq; Iudæus extitit & publicanus. Vos itaq; etiã appropinquate domino, ut saluemini. Extende ut placet. Sup Mat. tom. 4 Fol. 57. Lucę. 18

2. ¶ Ascendentibus ad dominum peccatoribus, scribæ & pharisæi murmurare cœperunt. unde Gregorius dicit, Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem, quomodo pharisæi fucata sua pietate ijs qui conuertebãtur ad dominum, indignabantur. Indignatur ecce peccator iusto, & iustus irascitur peccatori, sed diuersis modis: hic amore iustitiæ, ille pompa superbiæ. iustus enim quãuis exterius uerba indignationis adcumulat, intus tamẽ charitatis dulcedinem seruat. peccator tantum superbit ex falsa iustitia, alios prę se cõtemnit, neq; infirmis quicq̃ compatitur: & quo minus se peccatorem agnoscit, eo maior efficitur peccator. Huiusmodi erãt homines isti pharisæi, qui ideo dominum contempserunt, quod peccatores reciperet. Gregori⁹.

¶ Pessimum autem quid est & deo uel maxime exosum, murmurare aduersus peccatores, cum conuerti uolũt ad dominum. Hinc Sapiens ait, Custodite uos à murmuratione, & parcite linguæ à detractione. Os enim quod mentitur, occidit animam. Verum de ijs plura in sequenti dominica. Pharisæi autem gemina de causa murmurabant, partim quòd tanta pietate Christ⁹ peccatores reciperet, Sapien. 1.

partim quòd cum eis manducaret, quod ille sane diuina faciebat benignitate & misericordia. quamuis enim deus odio habet peccatorem, humanã tamen naturam non odit, quam etiam ad imaginem suam creauit. hinc ille longanimis & patiens diu sustinet pœnitentiam eorum, uenientes etiam placidus adsumit, conuersos ad se paterno souet adfectu. sic Propheta inquit, Benignus est & misericors, patiens & multum misericors, præstabilis super malitia (præstabilis hic placabilem significat, cõsolatorem, planeq; eũ qui indulget & misericors est, nacham hebraice.) Hic etiam immensa Christi pietas cognoscitur, quãuis enim pharisæi exosum habebant Christum, eandẽ tamen ille eis quoq; quam publicanis exhibere paratus est misericordiam. neque duriter adoritur eos, sed mitissime docet ut sanarẽtur, proposita in hoc parabola, qua declarat, quonam modo ille uellet peccatorem seruare hic in terra.

Oseę. 2

3. ¶ Eadẽ quoq; parabola docere eos uoluit nõ murmurare aduersus peccatores pœnitentes. si enim sup oue perdita rursusq; inuenta, animali utiq; bruto & ad imaginem dei non creato, gaudium tantum concipitur, quãto magis ex homine pœnitentiam agente, creatura rationali, & qui ad imaginem dei conditus est, per peccatum tamen subsequens deperditus, iuxta illud, Erraui sicut ouis quæ periit, require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Miraris autem quid sibi dominus cum iis cẽtum ouibus, & ex illis una deperdita uelit? Audi, quando centenarius numerus est perfectionis, oues centum recte habuisse dicitur deus, qui angelos & homines possedit: ex quo grege ouis una tunc periit, quando homo per peccatum pascuis excidit æternæ salutis. & esse quidẽ homines oues, testat psalmista cũ ait: Nos populus eius & oues pascuæ eius, sic deus per prophetã inquit, Vos estis oues mei gregis, uos homines, dicit dñs. Ex iis ouibus electis nimirum dei creaturis, deperiit una primũ statim in paradiso, Adam cũ uniuersa posteritate sua, sicut Isaias omnes nos errare dicit instar ouiũ, & quẽlibet declinare in uiã suã. Angeli quidẽ permanserunt in perfectione tua, miser aũt homo excidit numero illorum. Et tamen uide hunc quo

Theoph.
Gene. 1
Psalm. 118
Psalm. 74
Jezec. 34.
Isaię 53

q̄ adhuc esse in numero. dicit enim dominus, Quum amiserit unam ex illis. Ecce q̄ & homo adhuc in numero cēnario est & inueniri potest, quamuis sit perditus, atq̄ ad gregem reduci. non sic autem diabolus, q̄ plane iam hoc numero excidit, & irreuocabiliter deperijt. filius autem dei ideo descēdit de cælo, ut ouem perditam quæ iam erat extra numerum, quæreret, hominem scilicet, nō autem diabolum, quem, ut semel perijt, ita deperditum sinit cum omni consortio suo. sic Paulus ait, Angelos non apprehendit, sed semen Abraæ apprehendit. filius enim dei homo factus est, ut homines redimeret, non ut angelos lapsos restitueret. Hebr. 2

¶Quantam itaq̄ habeat charitatem erga ouem deperditam, ostendit quum subdit: Nonne relinquit nonagintanouem oues in deserto? Oues illæ nonagintanouem, nouem sunt chori angelorum, quos in cælo reliquit. Quęris autem cur hic dominus cælum desertū uocitet, in quo tanta est angelorū multitudo, ut dixerit Prophera, Mille millia ministrabant ei, & decies centena millia adsistebāt ei. Respondeō uerum quidem esse, q̄ hic in terra locus aliquis cum deserit, desertus iacet & corruit: non tamen hoc modo Christus deseruit cælum, in quo deus uerus semper erat. sed ideo etiam cælum locus desertus appellat, q̄ homo, cum peccasset, ipsum deseruit: uel etiam solitudo dicit, quod procul ab omni mundana turbatione longe segregatum est, non secus ac cœnobium, licet à sexcētis (ut olim res erant) fratribus inhabitet, eremus tamen dicit. Theoph. Gregorij. Daniel. 7 Gregorij.

¶Quando itaq̄ cælū pace & tranquillitate plenum est, recte deserti nomine intelligitur. Sunt q̄ antiqua consuetudine cęlum hic deserrum dici putent, quoniam olim ueteres in nemoribus & desertis magnis pauerint oues, ut filij Iacob cum pecoribus suis ex sylua in syluam commigrabant, quando Ioseph eos quærebat in Hebron & Dothaim: sicut & Moyses oues soceri sui in uastitatem deserti agebat, ubi & pascua sunt meliora, & lupi desunt ac fures. Quum ergo in cælo pascua sint optima diuinæ amœnitatis, sicut testatur Christus, cum ait eum, q̄ per ipsum ingrediatur, beatum fore, intraturum quoq̄ & egressuꝝ, atq̄ pascua inuenturꝝ, recte cælum deserto comparat, de Gene. 27 Exodi. 3 Joh. 10.

Psal.64 quo & Dauid, pinguescent, inquit, speciosa deserti, & colles hubertate. Possent consimiles rationes plurimæ congeri, uerũ ego iis supersedeo, quoniã & Christus in deserto quinq; millia, & iterum quatuor millia hominũ pauit,
Johan.6 Matth.15 q beatos omnes pascit in æterna patria.

4. ¶ Relictis itaq; nonaginta nouem, uadit quæsitum unicam illam ouem, quæ perierat. Ita nimirum dominus noster Iesus Christus per incarnationem suam uenit in hunc mundum quærere ouem perditam, sicut ipse dixit ad apostolos: Exiui à patre & ueni in mundum. &
Johan.16 Matth.15 apud Matthæum, Tantum ego missus sum ad oues perditas domus Israel. Idipsum prædixerat Prophetа, inquiens:
Jezec. 34 Ecce ego uisitabo oues meas, sicut pastor uisitat gregem in die, quando erit in medio ouium suarum dissipatarum. atque hæc immensa illa bonitas est & misericordia dei, qui nos oues suas tam clemẽter uisitare dignatus est.
Lucę.1 Et hoc est ꝙd Zacharias instinctu spiritus sancti dixit, Per uiscera misericordię dei nostri in qbus uisitauit nos oriens ex alto. Quisquis uere uiscera illa diuinæ erga nos pietatis contemplatus fuerit, admirari satis non poterit, quòd
Johan.3 diligenter adeo nos deus quæsiuit, ut filium etiam suum, quem habebat unicum, pro nobis impenderet.

¶ Vide ergo istius nostri in quærẽdo sedulitatem, quòd non desinit quęrere tantisper dum inuenerit. Quò respexit Isaias, quum ait: In brachio suo congregabit agnos, &
Isaię.40 in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Ecce quàm proprie prophetа assiduitatem illius quasi depinxit. congregat enim oues dispersas à lupo & à peccatis suis, congregat etiam in iustificatione. quia qui cum Christo non est,
Matth.23 dispergit. & idipsum congregare, est iustificare, sicut alibi dixit: Ierusalem Ierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Iustificatus igitur homo per gratiam dei, defertur in sinum dei, hoc est, in illius pace & consolatione, adeo ut in conscientia sua tam sit quietus, quàm q capur puluillo imponit. Nam quòd sinus requiem significet, uel solus nos docere potest Lazarus in sinum Abrahæ
Lucę.16 deportatus. & quia quies spũi tribuatur, arguit illud Isa-

læ: Requiescet super eum spūs ueritatis. & deinceps, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? quoniam nihil est in mundo irrequietius conscientia mala. Ad hæc cum iam iustificatus quis est & quietus, tūc pastor oues fœtas ipse portat. Quænam illæ sunt fœtæ? homines ex pijs operibus bonis uelut pręgnantes. quum enim illi ea sibi conceperint animo, iuuātur à deo, ut perficere possint, iuxta illud quod canit ecclesia: Actus nostros quæsumus domine inspirando præueni, & adiuuādo prosequere. & hoc est quod dicere uoluimus, de ista diligenti inquisitione, quam facit pastor de ouibus, quas adeo diligit ut ad gregē centesimum sanctorum angelorum adducere modis omnibus percupiat, quibus utinam nos adiungamur in cælis. Amen. Isaię. 11.

HOMILIA .II.

MVurmurantibus cōtra dominum pharisæis, eo quod misericorditer adeo peccatores reciperet pœnitentes, ipse per parabolam docet se ideo uenisse de cælo, ut oues quæreret deperditas: quas ubi inuenerit, ait se cum gaudio humeris suis impositas reportare ad reliquum gregem. Quem illam perditam dominus tunc humeris suis imposuit, quando in illis crucem portauit, quando naturam adsumpsit humanam, & peccata nostra tulit, infirmitates simul & dolores nostros gestauit, attritus propter scelera nostra. Vere enim animam suam & dedit in mortem, & cum iniquis deputatus est. Vere inquam peccata multa pertulit, qui & pro malefactoribus rogauit. Petrus quoque clare testatur, quomodo pastor ille noster ouem suam gestârit. ait etenim, peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, hoc est, peccati nostri pœnam & supplicium sustulit. Sequitur ergo, ut nos mortui peccatis, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Merito igitur nos glorificare uicissim dominum debemus, portantes dominum deum in corpore nostro. Gregorius. Isaię. 53 1. Petri. 2 1. Corin. 6

¶ Ambrosius hæc Christi uerba præclare inducit, in- Ambrosius.

quiēs: Gaudeamus, quia ouis quæ in Adā perierat, in Christo rursus tollitur. Humeri Christi, ipsa sunt brachia crucis, & illuc reposui ego peccata mea, ibidem etiā requieuit

Matth. 26 anima mea. quāuis ergo dominus magnis circūdatus erat doloribus & mœroribus, sicut suus testatur sermo, Tristis est anima mea usque ad mortem, tamen cum gaudio sustinuit omnia: quique ex supplicij grauitate dolebat, de redemptione hominum dici non potest quàm sit gauisus, teste

Heb. 12. etiam Paulo, quando ait, Proposito sibi gaudio, sustinuit

Psalm. 18 crucem, confusione contempta. atque Dauide, Exultauit ut gigas ad currendam uiam suam. Dices, qui fieri possit, ut quis simul & gaudeat & tristetur. Sane, nec ēm contra-

1. Thess. 1 ria sunt hæc, gaudere aliquem ex re alia, & ex alia tristari. sic Paulus quoq; ait, Excipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti. sic & Iacobus, Pro

Iacobi. 1 gaudio, inquit, ducite, cum in tentationes incideritis uarias. Id in omnibus martyribus contingit, qui licet dolores maximos sustinuerint: inter omnia tamen hæc tormenta ex consolatione interna spiritus sancti gauisi sunt. sic cum gaudio ad crucem festinauit, eam q; salutauit Andreas, Laurentius prunas ardentes rosas esse reputauit. Est q; hoc naturale, quòd uir bonus & fortis pro patria constāter occumbens, quamuis dolore non careat, tamen quia ex uirtute mortem pro patria oppetit, idipsum cum gaudio facit. siquidem (iuxta Philosophum) etiam omnis uirtuose agens, delectabiliter operatur. Sic uolunt doctores,

1. Ethic. quòd quamuis animæ in purgatorio detentæ, in immensum torqueantur, multum tamen habent gaudij, dum & uoluntatem diuinam agnoscunt, & se illi per charitatem conformant, gaudentes etiam illam impleri, certæ interim salutis æternæ. Ita hic inquit dominus, Cum gaudio imponit ouem humeris suis. Gauisus est Christus in passione sua, & tamen dolenter tristatus est, quoniam nostra

Nehe. 8 fortitudo gaudium est deo. Aut quomodo non gauisus esset dominus de humani generis redemptione, de uictoria angelicæ ruinæ, & de paterni mandati impletione? In summa, gaudium & tristitia non contrariantur de diuersis obiectis.

Gregorij. 2. ¶ Quum q; ouem inuentam domum retulerit, con-

uocat ille amicos. sic Christus quoq; oue per passiõem suam inuenta, rursus ascendit in cælum: ibiq; amicos suos inuenit, totos choros angelorũ: qui amici utiq; sunt dei, quoniam seruant uoluntatem ipsius cõstanter: uicini etiam sunt, eo quòd felici obtutu claritatem diuinæ essentiæ uident semper. Ait autem ad illos: Gaudete & congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Ecce, non dicit, Congratulamini oui perditæ, iam rursus inuentæ, sed mihi, quoniam gaudium illius uita nostra est. Quod si Paulus gratulatus est probitati Philippensium, Philip. 4. quanto magis nobiscũ gaudet deus de felici pietatis profectu? sic em̃ dixit Paulus, Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudiũ meum & corona mea.

¶ Obijciet aliquis hic, quomodo angelos dicamus iam amicos esse & uicinos, q̃s iã supra diximus esse nonaginta nouem oues in deserto relictas, aut qua ratione ex ouib⁹ tam repente amici & cognati facti sunt. Respondet Theophylactus, & dicit nos posse angelos gemina ratione considerare: altera, ut creaturam dei, quomodo omnis creatura deo comparata, uana est & beluina, atq; sic etiam angeli oues dei sunt: alrera uero, quando creaturæ ipsæ inter se conferuntur: & tunc creatura aliquid est, quæ comparata deo, nihil esset: sicut & si creaturam unam alteri cõferas, ipsa bona est: quæ si conferatur ad essentiam dei, uerum erit illud euangelicum, Nemo bonus est nisi solus deus. Ita hic angeli comparati deo, oues sunt & ouibus eriã inferiores: collati aũt hominibus, amici sunt & uicini dei. Quid multa? Angeli, cum à summo pastore pascantur, foueantur & custodiantur, merito oues dicuntur: & tamen quãdo tam sublimi modo donati & coronati sunt à deo, ipsius etiam gloriæ facti participes, & cohæredes existũt æternæ salutis, uere uicini sunt & amici dei, sicut & ad apostolos suos dixit dominus: Vos ego dixi amicos, quia Luce. 18 Johan. 15 omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis. sicq; oñes amici dei sunt, quotquot mandata illius seruant, iuxta illud: Vos amici mei estis, si feceritis ea quæ præcipio uobis. Et iam tãdem parabolam istam concludit dominus, Dico uobis, quòd ita gaudiũ erit in cælo super uno pc̃ore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis,

Gregor. q non indigent pœnitentia. Intelligit hoc Gregorius de peccatoribus, qui acta pœnitentia tam ardentes fiunt in operibus bonis & feruentes, ut præstent ijs qui sic lapsi non sunt. Cuius generis extitit illa peccatrix Maria, cui ideo dimissa sunt peccata multa, quia dilexit multum, sic Ambrosius. Fidelior, inquit, factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, & ideo maiorem gratiam repperit q̃ amisit. Quò pertinet & istud Pauli, Vbi superabundauit delictũ, supabũdauit & gratia. Nec ꝙ̃ pauci sunt, qꝭ̃ terita delicta cõsequenti lucro cõpensant, ubi qui non cecidit, nullo tãto ducitur operum bonorum studio & amore: sic'q̃ ille prior plus gaudij adfert domino deo, sicut & agricola illam terram amplius amat, quæ post spinas huberes fruges profert, quàm eam quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem produxit. Atque ad hunc sensum non est uerbum hoc mere uniuersale, quoniam non est gaudium maius super quocunque peccatore pœnitentiam agente, quàm super quocunque iusto.

Luce. 7

Ambro. in ser. 47. de fide Petri, Roma. 5

Gregor.

Quot enim sunt uestrum, qui pœnitentiam agitis diligenter de peccatis commissis? hic sane quãuis ideo de pœnitentia uestra gaudent angeli, & omnes sancti in cælis, non adeo tamen, ut de uirginibus non peccantibus: tantũ abest ut magis gaudeant, ut super Iohanne baptista qui in ipso utero matris est sanctificatus, sed maius gaudium habent de peccatoribus, qui magno animi feruore conuertuntur, quàm super ijs qui in magna delicta prolapsi nõ sunt, & tamen se cum hoc non exercent in præclaris operibus misericordiæ: tunc sane plus gaudent angeli ex illis, quàm ijs. Atque hoc est quod dicit Ambrosius, Proficere illud debet cuique ad incentiua probitatis, si unusquisque conuersionem suam gratam fore credat cœtibus angelorum: quorum ut intercessionem petere, ita offensam uitare quisque debet. Cura igitur quisquis in peccato iaces, gaudio sis angelis dei de tua ad illum conuersione.

Ambrosi.

¶ Sunt qui uelint hic Christum non loquutum de essentiali gaudio, quasi istud maius sit super peccatore qui conuertitur, quàm iusto qui pœnitentia non eget, sed de accidentali gaudio, de externa gratulatione & signo læti-

tiæ: sicut clare patet ex sequenti parabola de filio prodi go, cui iam reuertenti occurrit pater, uestiríque eum iussit & calceari, & anulo insigniri: idq; totum tanto applausu tantáque omnium adgratulatione, ut senior etiam iste indignaretur de gaudio, quod sibi pater nunquam exhibuerat. Sicq; conclusio ista cum priore expositione facile concordat, quoniam effusius gaudium habet deus super homine lapso, & per passionem CHRISTI reuocato, atque pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem, hoc est, super nouem choris angelorum qui nunquam ceciderunt, pœnitentiæ nullius indigi. Quamuis absolute loquendo, deus non ideo ex quouis homine gaudium maius habet, quàm super omnibus angelis: sed sicut mater quæ decem habet filios, ex quibus cæteris bene ualentibus decimus ægrotare incipit, tunc sane plus curæ habet de illo restituendo, quàm reliquis conseruandis: & maius gaudium concipit super ipso iam reualescente, quàm de cæteris qui non ægrotârunt: non quòd uere & essentialiter unum istum decimũ plus nouem diligat, sed quia morbus in causa est, cur magis illi curæ sit decimus unus, quoniam uoluntas materna maiori tũ affectu, tum desiderio fertur in sanationem filĩ. Significantius etiam sic dici poterit, quòd sit maior charitas in affectu, nõ in effectu, quia maiori dilectione etiam quis potest minus facere. Luce. 15

¶ Consimile huic est, Si forte uicini tui filiolus frequens sit tecum, & plurimus tibi cohabitet, ita ut adsuescas illius, fit ut quum ille per se placidus sit & gratus omnibus, tibi quoque charior efficiatur aliquo cognato: reuera tamen cognatus hic tibi charior est, quoniam propter illum plus quàm pueri istius nomine faceres. & tamen si forte cõtingeret apud te mori puerum, futurum esset, ut plus ex illius quàm cognati morte doleres, ob illam diuturnam consuetudinem pueri, plus mouentem animum tuum, quàm faciat cognatus à te semotus. Atq; ex hoc fundamento intelligi potest, quomodo Christus Petrum quadam ratione plus aliis dilexerit apostolis, & quo pacto Iohannem. sed hæc aliàs.

¶Gaudiū itaq; erit in cælis super uno pc̃ore pœnitẽtiã agente, gaudiū inquã erit, qa noua gaudñ materia & ratio gaudendi: sicut Iob post multas tribulatiões & ærumnas ad extremũ opulẽtior, & cũ magno gaudio magnificentior factus est, quàm si miser nũquam fuisset: quoniã quæcũq; habuerat, deus illi dedit duplicia. Similiter & cũ Thobias reuersus esset ex Rages, maius factũ est patenti utriq; gaudiũ, quàm si nunquam abiisset. Ipsi quoque Thobiæ à cæcitate restituto lætitia maior erat, quàm si cæcus non fuisset. Sed nunc iam rationes aliquot subnectamus, quur angeli de nostra conuersione tantopere gaudeant.

Iob.vl.

Thob.xi

Psalm.109

1. ¶Eo quidem per homines ruinas suas impleri, sicut iam supra ex Dauide induximus.

Augu.in soliloq.

2. Quoniam ciues sunt, ut ait Augustinus, beatæ ciuitatis perpetuæ Ieruſalem, in hoc missi ad nos, ut confortent & muniant nos, atq; orationes filiorũ offerãt in conspectu dei. Quando igitur anima relicto instinctu diaboli spiramen bonũ sui angeli seqtur, atq; pœnitentiã agit, tũc sane gaudet ille, ministeriũ suũ atq; custodiã bene successisse. Et sicut angelus de homine suo tristat, quũ peccat, iuxta illud, Angeli pacis flebant amarè, ita dum resurgit, lætat rursus, dicente propheta: Gaudete omnes q doluistis super eam. Atq; hoc modo in cælis angeli gaudebũt de felicitate hominis, q sua custodia sit saluatus. Qua de re plura in ferijs Michaelis.

Isaię.39

Isaię. vlt.

3. ¶Constat militiam & bellũ esse inter Christũ & diabolũ. utrinq; igitur exercitus est, qa utrinq; prælium mutuusq; conflictus, bonorum apud Christum, & malorum q partes diaboli tuentur: ut iam merito Christianum hominem Paulus iubeat laborare, ut bonum Christi militem. In cohorte ergo malorum cum sit peccator, hic ipse quũ pœnitentiã agit, ad Christi uexillũ conuertitur. hinc gaudium angelis est, exercitum suũ augeri uidentibus, & istum diminui, quæ non parua etiam gloria Christi ẽ, qa in multitudine populi dignitas est regis. Est eadem q̃ & gloria magna patris, dũ uidet in anima hominis eius spũm salutis, sicq; illũ fieri filium dei per gratiam suã, cuius nobis potestatem dedit dñs. Gaudet & lætatur deus

2.Tim.2

Prone.14
Isaię.26
Johan.1

filius, uidens efficaciã suæ passionis & effusi sanguinis uirtutem, sicut in hac parabola docemur exemplo ouis deperditæ. Gaudet inquam ille imaginem suam in anima pœnitentis rursus reformari & agnosci, quod in parabola drachmæ inuentæ insinuatur. lætatur & spiritus sanctus, dum in conuersione peccatoris templum denuo acquirit penè dirutum, nunc restauratum, quod & Paulus obseruauit, dicens: Nescitis quia templum dei estis uos, & spiritus dei habitat in uobis? Non potest autem spiritus ille sanctus habitare in anima, nisi prius expulso inde diabolo per pœnitentiam. Magno quoq; gaudio insuper ducitur spiritus sanctus, eo quòd membrum denuo adipiscitur quod uiuificet, dicente itidem Apostolo: Nescitis quia membra uestra templum sunt spiritus sancti, q̃ est in uobis? Sic ergo membrum quod per peccatum segregatum erat à corpore Christi, per pœnitentiam & grã tiam spiritus sancti reuiuiscit, rursusq; uiuificatur. quam obrem Paulus omne peccatum extra corpus Christi esse perhibet. cuius quidem ratio hæc est, quòd peccator amplius nõ est (idq; per peccatum) de mystico & spiritali corpore ecclesiæ, quod per spiritum sanctum uiuificatur. Idm ne igitur uidetis charissimi, quantum gaudium, quàm læta gratulatio, q̃ festiua solennitas sit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente? Et uos itaq; conuertimini ad dominum, ut de pœnitentia uestra angeli sanctiq; omnes lætentur, ipseq; adeo gaudeat deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Amen.

Luce. 15

1. Corin. 6

1. Corin. 6

ibidem.

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ QUARTÆ À FERIIS PENTECOSTES.

MAgni & graues erant peccatores pharisæi, sed tamen uitam egregie fucatam, à cæteris separatã hominibus, & scilicet spiritualem uiuebãt, ipsi sibi optimi planeq; sanctuli uisi, reliquos præ se homines omnes cõtemnebant, neminem meliorem rati ijs, qui suæ farinæ essent & sortis. Quamobrem murmu-

rârunt, conſpicati peccatores & publicanos appropinquare ad dominum. Quibus ille rurſus per parabolas oſtendit, eos cõgaudere ſibi debere, quòd ouem perditam, hoc eſt, hominem lapſum rurſus inueniſſet. & iterum in alia,

Luce.15 Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam & euerrit (Vaticanum habet euerrit, licet Gregorius conſtanter legat euertit) totam domum, & quærit donec inueniat illam? Vult dicere dominus, Si tanta diligentia mulier quærit drachmam unam deperditam, tanto'q; gaudio ducitur quum inuenerit illam, quanto rectius filius dei ſummã cũ diligentia hominem quæſiuit deperditum? & ſicut nemo aduerſus mulierem de ſua diligentia remurmurat, ita neque erga Chriſtum murmuret quiſquam, quòd tam operoſe peccatorem ad ſe attraxerit, ſed illi potius gratulen-

Gregori⁹. tur. Qui ſignat per paſtorem, inquit Gregorius, ipſe & p mulierem, Chriſtus Ieſus, qui & deus uerus & dei ſapien-

Ambroſi⁹. tia eſt. Atq; quamuis Ambroſius per mulierem eccleſiam intelligit, eiuſdem tamen cum Gregorio ſententiæ eſt &

Theoph. Theophylactus, ait enim, per mulierem ſapientiam accipe & uirtutem dei patris, dominum Ieſum, qui nimirum

Prou.vlt. mulier illa eſt, de qua Sapiens: Multæ, inquit, filiæ cõgregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas.

¶ Habet autem mulier hæc drachmas decem. Drachma ſeu numiſma iuſtũ habeat pondus, uerã imaginẽ, & inſcriptionem. atque ijs quidem creaturæ rationales ſignificantur, quæ ſecundum intellectum & uoluntatem conditæ ſunt ad imaginem dei, ſicut de homine expreſſe teſtatur

Gene.1 Geneſeos hiſtoria. Et angeli itaque & animæ hominum ſupremi regis continent imaginem, quæ principio quidẽ ponderoſa ſatis erat. indiderat enim ei deus uerum pon-

Eccl.15 deris gradum. ſiquidem iuxta ſeipſum ueſtiuit omni uirtutum genere hominem. Cuiuſmodi uero ſit hæc inſcriptio, ſatis (ut opinor) complectitur in ſe lex naturæ oñibus nobis innata, cognitio dei inſcripta cordibus noſtris iuxta illud: Signatum eſt lumen uultus tui domine ſu-

Pſalm.4 per nos. multum enim tum ſcientiæ tum ſapientiæ inſcripſit deus huic ſuo numiſmati. fuerũt autem drachmæ decem: angelorum nouem, una hominum, eámque uni-

eam amisit mulier, quando homo ad imaginem dei creatus, per peccatum recidit à similitudine dei, túncque impressum ille amisit insigne, tunc etiam scriptura eius obscurata est: planéq; factum est huic drachmæ, quod filijs Sion, qui (ut ait propheta) quum essent inclyti & amicti auro primo, reputati sunt in uasa testea opus manuum figuli. Et hoc est quod dicit Augustinus: Si homo seruasset bonum quod in illo creauit deus, hoc est, imaginem, semper laudaret deum. Gregor⁹. Thren. 4 Augustin.

¶ Obijceres autem: Quamuis peccatores simus, manet tamen in nobis anima, neque illa amittit imaginem, manente utique essentia animæ, intellectu & uoluntate. Respondeo & dico geminam esse imaginem dei, alteram perfectam, integram, benéque formatam: & ea in bonis tantum est, ubi imago dei per charitatem & gratiam formatur redditurq; pulcherrima. Verum hanc, proh dolor, amisit homo per peccatū, sicut ait Dauid: Imaginem eorum ad nihil rediges. Et de hoc Paulus: Sicut, inquit, portauimus imaginem terreni, hoc est, Adæ præuaricatoris, ita portemus & imaginem cælestis. & de hac Augustinus loquitur, quoniam illam amisit Adam. Altera est essentialis imago, siue formata siue informis, non refert, illamq; habemus oēs, uerūtamen & ipsius insigne obscuratū est, neq; ita pater in peccatoribus, & adhuc minus in damnatis, & hoc est illud Dauidicum: In imagine pertrāsijt homo. licet enim quis peccet, animam tamen adhuc suam habet, adhuc intellectu & uoluntate non caret, quæ tria sunt ipsa essentialis imago dei, de qua plura in homilijs de Trinitate. de imaginis aūt huius deformitate inqt propheta: Denigrata est super carbones facies eorum. Psalm. 72. 1. Cor. 15. Psalm. 38. Thren. 4

2. ¶ Quum itaq; amiserit mulier drachmam, lucernam accendit, quod & spiritualiter factitatum est, quando dei sapientia apparuit in humanitate. lucerna siquidē lumē in testa est, lumē uero in testa est diuinitas in carne. Quouiam & Christus ipse corpus suum testam appellat, dicēs per Dauidem: Aruit tanquam testa uirtus mea. sicut enim testa in fornace paratur ad ignem, ita Christus corporis sui testam ussit igne passionis. unde & cōfirmatus est ad robur resurrectiōis. Theophylactus: Accendit, Gregor⁹. Psalm. 21

inquit, lucernam, suã carnem. sicut enim lucerna quamuis sit ex terra, illuminat tenebrosa per lucem quam recipit, ita & caro domini, licet terrena esset, lumine deitatis suæ, quam in se recepit, apparuit.

¶ Reliqui doctores similitudinem hanc adhuc pulchrius illustrant, dicuntq; lampadem esse corpus Christi: filum ardens, animam: & plenitudinem gratiæ, oleum: lumen, diuinitatem, ut inquit Isaias: Egrediatur sicut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Idq; adeo necessarium erat, quoniam homo, qui iam lumen amiserat proprium, inueniri nisi alieno lumine non poterat. Euerrit autem mulier domum quàm potest diligentissime, tãtisper dum inueniat drachmam. atq; hoc est quod omnis mundus uelut Augiæ stabulum repurgatus est à peccato, quoniã cũ primum diuinitas manifestata est per carnem, omnis nostra conscientia perturbata est agnitione nostrę culpæ, eo quod Christus ille est agnus dei, qui tollit peccata mundi. Sic & nos expurgare debemus conscientias nostras uera confessione & pœnitentia, atq; ad ad istius mulieris exemplum disquirere singulos angulos diligentissime, quatenus imaginem dei in nobis immaculatam conseruemus. Quod etiam facile fit, accenso tantum prius lumine, quo possimus dispicere uias oĩes, actiones quoq; & rationes simul ac circunstantias peccatorum. siquidem quod à lumine arguitur, ab eodẽ & manifestatur. Sed & CHRISTVS ipse drachmam hanc quæsiuit accuratissime, utq; in quærendo melius collustraret omnia, lumẽ quod accendit ipse, etiam super candelabrũ posuit, ut cęteri q̃q; meli⁹ uiderẽt. lumẽq; q̃q; diuinitatis suę q̃d in humana natura absconderat, in crucem erexit. Christus ut sic ultra oĩes eleuatus, ab omnibus uideretur. Vsq; adeo nos ille dilexit, ut ne proprio quidem parceret sanguini suo, quin effunderet. Potest etiam per lumen lux intelligi euangelicæ doctrinæ. quando enim antehac tenebræ penes gentes, legis autem umbra tantum fuerat apud Iudæos, recte CHRISTVS lumen accendit suæ diuinæ ueritatis, unde & Iohannes dixit: Lex per Moysen data est, gratia aũt & ueritas per Iesum Christũ facta est. atq; hinc etiam filius iustitiæ à prophera dicit.

Isaię. 62.

Theoph.

Johan. 1

Ephe. 5

Luce. 11

Johan. 1

Malac. 4

3. Sequitur: Et quum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Mulier hæc, sapientia dei, filius dei, quum drachmam inuenerit perditam, hominem miserum, peccatorem istum infelicem, gaudet sane & gratulatur. neque immerito. siquidem non mediocris est drachma, in qua principis est figura, atque ideo imago regis census est ecclesiæ. Oues autem nos sumus, atque in hoc rogare deum debemus, ut clementer nos reuocet ad aquas reparationis. Oues inquam sumus, & ideo propascuis clamemus ad dominum. Drachmæ sumus, quapropter nos decet habere precium redemptionis. filij sumus, festinemus itaq; ad patrem, sicut hic deinceps parabola inducitur duorum filiorum. Gregorius, Euersa, inquit, domo inuenitur drachma: quia dum purgatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo creatoris. purgatur, intellige per pœnitentiam. Conuocat illa amicas, hoc est, spiritus angelicos, congaudentes utique sapientiæ diuinæ, de inuenta drachma deperdita, & reuocata in uitam æternam. Neque multum hæc explicatio diuersa est à superioris parabolæ declaratione. Gaudium enim fuit & CHRISTO & supernis uirtutibus, quæ amicæ eius & uicinæ sunt, quia & ipsæ incorporeæ, & assistunt ante thronum sapientiæ dei, testante Daniele. Omnes igitur illæ lætantur ob drachmam inuentam, hoc ē, quod miseri isti & exules filij Euæ, gratia dei adiuuante, ex hac ualle lachrymarum ad gloriam reuocati sunt salutis æternæ. Per istam mulierem nonnulli ecclesiam sanctam intelligunt, quoniam & ea oues deperditas, drachmam quoq; quærit amissam: accendit etiam luminaria tum salutaris prædicationis, tum piæ orationis, tum bonorum exemplorū. istis enim tribus nos quærit ecclesia. Qui autem ita sentiunt, textum hunc sic tractant, quòd in priore parabola significetur, quomō Christus oues suas quærat redemptione suæ passionis: posteriore autem, quo pacto sancta mater ecclesia filios suos perditos quærat prædicatione, oratione & exemplo. Et deinceps in tertia ista filij prodigi, quomodo pro se quisq; suam quærat felicitatem.

Ambrosi.

Gregori⁹.

Theoph.

Danie.7

¶ Estq; hæc expositio piæ meditationi commodissima. Nam si fundamentum inspicias, tria hæc necessaria sunt ad conuersionẽ peccatoris, quæ hic continue sine ulla alia intermixtiõe dominus cõiũxit. (habes hic materiam prædicãdi per totam quadragesimam.) Siquidem ante omnia oportet præcedat meritum passionis Christi, sine quo opera nostra, quantumuis in se bona, uana futura sunt. Johan. 14 siquidem ad patrem nisi per Christum, peruenire nemo 1. Tim. 2 poterit, qui unus est mediator dei & hominum, homo Iesus Christus, qui semetipsum dedit in redemptionem pro omnibus. Quum itaq; unus ille mediator sit redemptionis, quid mirum si seipsum prima statim parabola proposuit, quando & ipse præcipuus est, qui oues suas inquirit, imò & ostium ouium existit, quo quisquis ingressus fuerit, saluabitur? Johan. 10 Quod si igitur ipse ostium est, merito de iustificatione dicturus, à seipso exorsus est. Quod autem de muliere sequitur, facile ad ecclesiam catholicam referri potest, sponsam CHRISTI, ex cuius etiam latere in cruce Johan. 19 nata est, sicut in multis locis tum Paulus tum Augusti- Ephe. 5 nus clare testantur. Quod si itaq; mater illa est, utiq; filio Apoc. 11 rum suorum salutem desiderat. atq; ideo drachmam quærit amissam. Cuius quidẽ tam efficax est oratio, ut mundus totus, quàm est impius & sceleratus, periret sicut tempore Noę, & sicut quinque illæ ciuitates tempore Abrę, nisi tã pie & diligẽter sancta mater ecclesia pro suis filiis oraret. Etsi autẽ iam CHRISTVS pro peccatoribus mortuus sit, & ecclesia pro ipsdem orauerit, tamen necessarium adhuc est, ut peccator qui ratiõis est compos, etiã id Augustin. suum est, faciat. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Atque ideo prioribus duabus tertiam adhuc parabolam adiunxit dominus de filio prodigo, qui hominis pœnitentis quidam uelut archetypus est, aptissime repræsentans, quomõ ille peccando alienatus sit à deo, quomodo in seipsum digressus, pœnitentiam meditetur, & quomodo ad patrem ueniens, sit peccata confessus: Pater, exclamans, peccaui in cælum & coram te. His itaque tribus parabolis bene pensatis, habes quicquid necessarium est ad agendam pœnitentiam. Vere enim ouis perdita est peccator, amissa drachma filius prodigus. Quem

ut quæreret, & quærendo inueniret CHRISTVS, factus est ouis, & quidem huiusmodi, quæ non aperiat os suum dum ducebatur ad supplicium. Et sicut filius dei instar ouis pro peccatore oblatus est, ita etiam factus ille est drachma quædam. homo enim qui iam semet diabolo obstrinxerat, ut iterum redimeretur, hac ipsa opus habebat drachma. Vnde & Petrus ait: Non corruptibilibus auro & argento redēpti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati CHRISTI. Tribus quoque ijs parabolis, tria uitia capitalia declarare uoluit dominus, oue perdita insinuans superbiam, amissa drachma auaritiam, filio autem prodigo luxuriam. Neque hic finis, uerum & pluribus modis exponi possent illa CHRISTI uerba, quæ quidem tam succulenta & omnino sunt huberrima, ut nemo illa uel satis perscrutari, uel plāne enucleare possit. (potes itaque superiora latissime extendere, & plures ex ijs facere sermones) sed nos iam claudamus riuulos, dicamúsque cum domino: Sic gaudium erit angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Atque ideo oremus dominum, ut ipse quoque nos oues suas perditas clementer uisitare dignetur, humerisque suis imponere, & ad gregem deferre angelorum in æterna gaudia. Deinde incendere etiam uelit lumen gratiæ suæ cælestis, qua adiuti, expurgemus omnes conscientiæ nostræ angulos: sićq; iterum inueniamus drachmam deperditam, uera omnipotentis dei imagine insignitam, ut sic & angeli nobiscum & uicissim nos cum illis perpetuo gaudeamus in æterna secula,
Amen.

Esaiæ. 53

1. Petri. 1

DOMINICA QVINTA POST PENTECOSTEN

Euangelium Lucæ VI.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam & confertam & coagitatã & supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. Dicebat autem & illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? nonne ambo in foueam cadẽt? Non est discipulus super magistrum, perfectus autem omnis erit, sicut magister eius. Quid autẽ uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo? ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eiice primũ trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

Matth. 7 5

Matth. 7 Marci. 4 Matth. 15 Matth. 10 Joh. 13. 15 Matth. 7 Johan. 13

HOMILIA PRIMA.

PAulo ante hoc euangelium retulit Lucas Christum elegisse duodecim apostolos, & ijsdem nomina indidisse, ut nouo quodam & priscis quõdam seculis in-

audito nomine uocarentur apostoli. Post hæc multa salutaria documenta, quæ illis dedit Christus tanquam futuris prælatis, & uniuersi mundi doctoribus, inter hæc omnia illud quoq; dilectissimi in domino, continetur euãgelium, quo multa docentur, quæ pauculis uerbis explicari non possunt. adeo enim sunt huberrima. Et nos ita illa singulatim decerpamus. Estote, inquit dominus, misericordes, sicut & pater uester misericors est. Multa iam antea dixerat dominus de dilectione proximi, de diligẽdis etiam inimicis, de benedicẽdis qui nobis maledicunt, de orando pro ijs qui nos contemnunt, de dando quibuscunq; petentibus, de commodando & mutuando sine usura, & ꝙ hoc modo filij dei futuri essemus, qui & ipse mitissimus est. Atq; super ijs omnibus ita concludit: Estote misericordes &c̃. Quæ sane uerba, utut sint breuissima, tamen duo maxima complectuntur, misericordiam scilicet dei & nostram. de utraq; nos pauca dicamus.

¶ Et principio quidem, exhibere proximo nostro misericordiam, non tantum bonum est & salutare, sed & necessarium & deo beneplacitum. siquidem opus illud est ex summis uirtutibus, q̃uis contemnatur ab omnibus. Beatus enim qui intelligit super egenũ & pauperem. Quid multa? Omnis summa disciplinę Christianæ in misericordia & pietate est. Et super Lucam: Misericordia est plenitudo uirtutũ: ideo non publicanus, non miles excipitur, non agricola uel urbanus, non diues uel pauper, omnes in cõmuni admonentur, ut conferant non habenti. Euolue uniuersam scripturam, & non inuenies spiritum sanctum aliquod opus tam diligenter admonuisse, ut orationem & misericordiam: atq; nulli operi toties tum remissionem peccatorum, tum uitam promisisse æternam. Ecce enim per prophetam clamat dominus, imò & per seipsum: Misericordiã uolo, non sacrificium. Clamat quoque per Isaiam & ait: Cum effuderis esurienti animam tuam & animam afflictã repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuã. cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Multa etiam alia reperies ibidem. Quo nomine ec-

Ambro. sup epist. ad Titum

Oseę. 6
Matt. 9.
Isaię. 58

clesia hunc locum propheticum per totum tempus quadragesimæ usurpat in Primis & Completorio, quasi dicere uelit, Non placebũr deo uestra ieiunia, non oratio, nõ pœnitentia quoq; ipsa, nisi & misericordes sitis. Atq; hoc
Eccl. 7 est quod Sapiẽs dicit: Ne contemnas dare eleemosynam. Nullum diem ieiunij sinat abire quilibet Christianus, q̃ non elargiatur eleemosynam & oblationem suam. Neq; diem dominicum quisquam prætereat, quo non pauperibus det eleemosynam. O q̃ salubre foret pauperi quotidie dare eleemosynam, die quidem dominico in honorẽ trinitatis, die Lunæ pro salute omnium animarum, die Martis in gloriam angelorũ & sanctorum omnium, die Mercurij ob misericordiam & æternam sapientiam dei, die Iouis propter uenerabile sacramẽtum, feria sexta ad honorandam passionem Christi, & uulnera eiusdem glorificanda. sabbato autem, ad gloriã uirginis matris, Annæ & Ioseph. Esse uero eleemosynam tam frugiferã, age paucis explicemus propter uulgus hominũ simpliciorũ, quoniam ex diuitibus non est quod speremus in hac parte salutem, ita clausæ sunt manus illorum pauperib⁹. Audiamus ergo immensam eleemosynæ uirtutẽ & efficaciã.

1. ¶ Per eleemosynam acquirimus liberationem ab omnibus malis & periculis huius uitæ. Hinc enim eo lubẽtius exordior, ut uideatis hic quoq; tã nihil deperire ex eleemosyna uestra, ut summum ex illa lucrum sperare de
Psalm. 40 beatis. Ecce enim, inquit Dauid: Beatus uir qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eũ dñs. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eam in animam inimicorũ eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Vnde scutum quoq; dicitur eleemosyna aduersus omne malũ. Super scutum, ait Sapiens, potentis & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit eleemosyna. (ecce q̃ & milites debent dare eleemosynã) Cõclude igitur eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. In morte quoq; conseruat hominem eleemosyna, ira testante Augustino cum ait: Non memini me legisse, mala morte mortuũ, qui libenter opera charitatis exer-

Augu. ad eremi. q Hiero. ad Nepotianum.

cuit.habet enim multos intercessores,& impossibile est p̃ ces multoꝝ non exaudiri. Contra,quisquis durus est,& nihil minus q̃ misericors,duriter &memoria mala emori tur. Quo facit istud Dauidicũ: Pereat memoria eius de ter ra,qm̃ nõ recordat⁹ est facere misericordiã. Diuitiæ,inqt Ambrosius,hominis nõ sunt,quas secũ ferre nõ põt,tan tum misericordia comitat mortuos. Post mortẽ q̃q; con seruat hominẽ eleemosyna ab omni malo iudicij nouissi mi.sic.n.Thobias ait:Si multũ tibi fuerit, abundãter tri bue;si exiguũ tibi fuerit,etiã exiguũ libẽter impartiri stu de.præmiũ .n.bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis,q̃ niam eleemosyna ab omni pcto & à morte liberat, & nõ patiet animã ire in tenebras. Eleemosyna in extremo iu dicio nos tuebit,imo & aduocata nostra erit, teste Dauide qui dicit:Iucundus homo qui miseret &commodat,dis ponet sermones suos in iudicio,&in æternũ non commo bitur. In memoria æterna erit iustus,ab auditione mala nõ timebit.à qua auditione?ab illo,inquit Augustinus,tre mẽdo iudicio dei, quod qui à sinistris sistentur, audient: Ite maledicti in ignẽ æternum. Quod ut audituri nõ sunt boni,ita hic tantũ horrẽt tremuntq; mali &immisericor des;quoniã iudiciũ sine misericordia erit illi, qui hic nõ facit misericordiam- 2. Neq; uero tantũ ad uitanda ma la cõducit misericordia, sed & per illã cõsequitur homo bona temporalia,& felicitatẽ quoq; huius seculi. Id ideo repeto,ut magis pungam animos auarorũ, qui quas cor raserunt diuitiolas nolunt expẽdere, metuentes ne forte fiãt pauperiores.dicũt.n. Qui bona sua etiã ꝓpter deũ e largit pauperi ante meridiẽ,post meridiẽ mẽdicabit ipe, Est aũt hoc extremæ diffidẽtiæ argumẽtũ,quã isti erga de um habẽt &uerbũ illi⁹ sctm̃,cũ in ꝓpatulo sit,Chm̃ toti es cõtrariũ docuisse. Ecce.n.dicit: Date,& dabit uobis.& apud Matth.Centuplũ,inqt,accipiet. Dico ergo cõtra aua ros istos &lucripetas: Quisqs in hac uita libẽter eleemosy nam impartit pauperib⁹ei nihil deficiet.qcquid necessariũ habet ad uitæ sustentationẽ.Idq; adeo aperte testat Salo mon,cum ait:Fœnoratur domino,qui miseret pauperis, & uicissitudinẽ suã reddet ei.& deinceps, Qui pronus est ad misericordiam,benedicet: de panibus enim suis dedit

Psalm.108 Ambros⁹. Thob.4 Psalm.111. Augustin. Jacob.2 Luce.6 Matth.19 Proue.19. Proue.22.

Eccl.29 pauperi. Sed & Sapiens ait: Qui facit misericordiam, fœnoratur proximo. Præclarum autem est illud uerbum Sa-
Proue.11 lomonis: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Et in alio loco:
Proue.28 Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantē, sustinebit penuriam. Et uos itaq; charissimi, date eleemosynam. ecce enim sponsorem habetis certissimum Christum ipsum, à quo quicquid exposueritis, fide optima recipietis, modo ne nimium contrahatis manus pauperibus, neq; nimis parci sitis pauperibus. Quin potius estote mi-
Luce.6 sericordes, sicut & pater uester misericors est. Date pauperibus, rursusq; dabit uobis de⁹. Estote misericordes, & mi-
Matth.5 sericordiam consequemini, neq; enim deus eleemosynæ uestræ obliuiscetur, teste Sapiente: Eleemosyna patris nō
Eccl.3 erit in obliuionem, ita nec reliquiæ eleemosynæ.

3 ¶ Sed neq; mediocriter prodest elecmosyna ad redemptionem peccatorum & satisfactionem pro ijsdem. Ita Christus ait: Date eleemosynam, & omnia munda e-
Luce.11 runt uobis. Et Thobias multisquoq; modis declarans id-
Thobi. 4. 12. ipsum filio suo, inquit: Eleemosyna redimit à morte, mūdat à peccato, & facit inuenire uitam æternam. Arq; istiusmodi locis tota undiq; abundat scriptura, sicut enim initio diximus, constat deo nihil perinde placere ac piam orationem & eleemosynam. ita Daniel ad Nabuchodo-
Danie.4. nosorem inquit: Placeat tibi consilium meum, peccata tua eleemosynis redime & misericordijs pauperum. Forsi-
Eccl.3 tan ignoscet deus delictis tuis, sic quoq; Sapiens ait: Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & deus prospector est eius. qui reddit gratiam: & sicut in sereno glacies, ita soluentur peccata tua. Ideoq; & Chry-
Chrysost. Ambrosi⁹. sostom⁹ hoc fortissimum esse in pœnitentia medicamentum affirmat, & Ambrosius dicit: Medicina misericordiæ tollit magna peccata. habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus. pecuniam habes? redime peccata tua. non uenalis est domino, sed tu uenalis es, & quidem uenditus peccatis. redime igitur te operibus bonis & pecunia tua. quoniam crimina etiam grauissima eleemosynis redimuntur. Habent autem ista Ambrosij uerba fun-
Luce.16 damentum ex euangelio, ubi dicit dominus: Facite uo-

bis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Eleemosyna enim, ut inquit Augustinus, mundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad dominũ: quia qcquid dederimus, ipsum integre possidebimus. Date itaq; eleemosynam abundanter, pauperes uobis habete commẽdatissimos, quia ut maxime multa exposueritis illis, nihil decedet uobis, autore & assertore Sapiente, cum ait: Honora dominum deum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua hubertate, atq; torcularia tua uino abundabunt. Augustin. Prouer. 3

4. ¶ Porro cum ab homine humanum nihil sit alienum, tum uero maxime humanũ est illud, ut proximis suis egentibus misericordiam exhibeat, quando nihil est quod perinde deo & hominibus hominẽ reddat acceptũ ut eleemosyna. Sic Thobias filium suum docuit: Ex tua substantia fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab ullo paupere. ita fiet ut nec à te auertatur facies domini. Hocq; uel maxime liquet hinc, q; dominus iudicatur9 tantum proponet opera misericordiæ. Nam cum interrogabunt benedicti, Domine, quando potauimus te &c. respondebit ille: Quod minimo ex meis feciſtis, mihi feciſtis. Vnde satis liquet, Christum sic acceptare quod pauperibus fuit factum, uti sibi esset exhibitum. Quo respexit & Sapiens, cum ait illum contemnere creatorem suũ, quisquis egenum spreuerit: honorare autem deum, qui miseretur pauperis. Quoniam omnes eleemosynæ aureis literis inscribuntur libro memoriæ à sanctis angelis, sicut Raphael commendat eleemosynam Thobiæ & orationem. Cogitate itaq; uos dilectissimi in domino, quotiescunq; eleemosynam datis pauperi, illam deferri manibus angelorum & pauperum in cælum. Quapropter Augustinus inquit: Ante fores gehennæ stat misericordia, & non permittit aliquem in carcerem mitti. Ecce enim id compertum habes in Cornelio, qui cum multas distribueret eleemosynas, audiuit sibi dici ab angelo: Orationes & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. & nunc mitte uiros in Ioppen, & accerse Simonem. hic dicet tibi quid te oporteat facere. hinc Sapiens ait, p aupe- Thobi. 4 Augustin. Matth. 25 Thobi. 12 Augustin. Actuũ. 10

ri porrige manum tuam, ut perficiatur propiciatio & benedictio tua, gratia dati in conspectu omnis uiuentis.

Eccl. 8.

¶ Contra, Quicunq; non audit mendicum, neq; audiet illum deus, quando orabit in necessitate sua, teste Sapiẽte qui dicit: Quisquis obturat aures suas ad clamorẽ pauperis, & ipse clamabit, neq; exaudietur. Quod luce clarius est cernere in diuite isto, qui, quia Lazarum noluit audire, ut micas saltem de mensa cadentes ei porrigeret, uicissim exauditus non est petens, ut Abraam ad se Lazarum mitteret, qui linguam suam refrigeraret. Commendatos itaq; uobis habete pauperes, & ipsi quoq; eritis deo commendatissimi, illiq; simul & hominibus dilectissimi, ut ait Sapiens: Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Mensulam igitur tuam, inquit Hieronymus, pauperes & peregrini nouerunt, & tu cum illis Christum conuiuam noueris.

Prouer. 21

Luce. 14.

Eccl. 29

Ad Demetrium.

5. ¶ Quod si hæc nondum uos mouent, moueamini saltem immensa illa eleemosynæ tum utilitate, tum remunerarione, quam ex summa misericordia præparauit deus facientibus misericordiam. sic enim ait Christus, Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Quoniam cum eleemosynam dare opus sit tam pium & beneplacitum deo, ille quoq; abundanter remunerabit istud. Et audi largissimam Christi promissionem: Quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ in nomine discipuli, Amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Quod si hoc ita est, quanto magis remunerabit eleemosynam largiorem? qua quidem remuneratione tota undiq; scriptura plenissima est. Ecce enim eleemosyna facit inuenire uitam æternam. & Christus ait, Cõgregate uobis thesauros in cęlo, ubi nec ærugo absumit, nec tinea demolitur, & fures non effodiunt neq; furant. Atqui thesaurum hunc tibi per eleemosynas congregare poteris. Hinc ille dixit: Manus pauperis ærariũ est Christi, totumq; illud quod mendicus accipit, accipit Christus. Exiguum igitur da pauperi, ut accipias multũ. Da illi terram (quid enim aliud est pecunia, q̃ terra uel alba uel flaua?) & dabit tibi cælũ. sic enim quicquid pauperi dederis, tibiipsi dederis; quodcunq; autem mendico subtraxeris,

Matth. 5

Matth. 10

Thob. 12

Matth. 6.

& tibi & illi perierit. Vis scire, quæ sit efficacia eleemosynæ, quanta'q; sit misericordiæ uirtus? Ecce illud Sapiētis animaduerte: Omnis misericordia faciet locum unicuiq; secūdum merita operum suorum. En hic tibi, quomodo ordines & locos distribuit misericordia, ut iam minus sit mirum, cur Christus in iudicio nouissimo in remuneratione bonorum sit dicturus: Venite benedicti patris patris mei, percipite regnum quod paratum est uobis ab initio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi quod manducarem. Aut non uides quomodo hic Christus remunerationis rationem reddit misericordiam? quæ tantum habet efficaciæ, ut autorem suum sine præmio esse non patiatur. Cæterum qui linguam angelorum Seraphim lapide attigit, præclare ille sane fructum descripsit misericordiæ: Frange, inquiens, esurienti panem tuum. cum uideris nudum, operi eum, & sanitas tua citius orietur (ecce bona corporis) & ante faciem tuam anteibit iustitia. (ecce spiritualia bona animæ) iustitiam enim & reliquas uirtutes imparti tur deus misericordiam facientibus. sequitur, Et gloria domini congregabit te. Quo uerbo declarare uoluit propheta felicitatem æternam contingere ijs, qui opera misericordiæ exercent diligenter: cum interim immites homines & immisericordes diabolus deijciat in barathrum damnationis. Deinceps formam ostendit propheta, qua deus congregaturus sit illos in uitam æternam, & ait: Tūc inuocabis, & dominus exaudiet te: clamabis, & dicet: Ecce adsum. ego enim sum misericors dominus deus tuus. Multa alia præclara & egregie consolatoria uerba habet ibidem propheta, quæ nunc missa facio, ut tandem finiā. Quando autem ex ijs omnibus constat, tam salutarem & plane diuinam esse eleemosynam, ut per eam conseruemur in morte & post illam, ut per eam multa bona temporalia deus largiatur hominibus, ut inde remissionē cōsequamur peccatorum, ut ex illa deo pariter & hominib⁹ efficiamur accepti, ut insuper præter bona tēporalia fortunæ, corporis & animæ, æternæ cōsequamur gaudia uitæ. Admonitos uos per Chr̄m oēs uolo, ne cui rei parcatis, quin largiter detis eleemosynam omnibus qui indi-

Ecci. 16.

Matth. 25.

Augustin.

Isaię. 6

Isaię. 58

gent illa. cogitate immensos quos iam audistis fructus, dum non potes in terra tantulis bonis quicquam lucrari uel melius, uel excellentius. Expendite, si neglexeritis facere eleemosynam, quàm durum subituri sitis supplicium. Vere enim male habebit cor durum in die nouissimo. Cõ
Eccl. 3 siderate denique illud quod bene ponderauit Augustin⁹, cũ
Augustin. ait: Dicit tibi Christus, da mihi ex eo quod dedi tibi. de meo quæro, da & redde. habuisti me largitorem, fac me debitorem. temporalia mihi exhibe, & ego tibi dabo æterna. Bona tua mihi da & pauperibus meis, atq; hinc ego dabo tibi meipsum. Ecce quomodo Christus se & regnum suum cæleste uenum proponit, daturus tantum p eleemosyna. Et uos itaq; alacres estote, date hilariter pauperibus, atq; ultro dabit uobis deus uitã æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA DOMINI

cæ quintæ à ferijs Pentecostes.

STatim post apostolorum electionem multa illis salutaria præcepta dedit dominus, & uitæ euangelicæ dogmata saluberrima, quæ omnia concluſit hoc epiphonemate, Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Vnde nos quoq; monemur bona nostra misericorditer impartiri pauperibus, sicut nobis deus largissime communicauit bona tẽporalia & spiritualia: quoniã qui habet bona totius huius mundi, & uiderit fratrem suũ necessitatem patientem, & clauserit uiscera sua ab eo,
1. Johan. 3 quomodo manet charitas dei in eo? Quicunq; autem pau-
Isaiæ. 54 peribus misericors est, pie quoq; & misericorditer suscipietur à deo, ut ait ipse per propheram: In magna miseratione suscipiam te. Atqui quantum fructus & utilitatis habeat misericordia, & ex huius operibus cum primis eleemosyna, integra iam homilia explicauim⁹. nunc reliqua dispiciamus. Dominus ad misericordiam nos cohortatur, eo p misericors sit etiam pater noster, non iste terrenus,
Matth. 6 sed ille ad quem clamamus quotidie: Pater noster qui es in cælis. Quod sane argumentum est efficacissimum, dum modo bene expendatur: quoniam inde uel maxime mo-

uemur eleemosynam facere, & misericordiam exhibere proximis nostris. Quando enim dei erga nos misericordia ineffabilis est, debemus eadem & nos uti erga paupe-
res, ut inquit Augustinus: Beati illi qui subueniunt miseris, quoniam eis rependitur, ut per misericordem dominum de miseria liberentur. Siquidem æquissimum hoc ē, ut qui à potentiori adiuuari desiderat, ille etiam opitule-
tur inferiori. Quàm sit autem deus misericors, nōne ubique scriptura testatur, à capite ad calcem usq; Ecce enim ad Moysen dicit dominus: Ego sum domin⁹ deus tuus, q facio misericordiam in mille ĩs, qui diligunt & custodiũt præcepta mea. Quò facit & istud in oratione Manasses: Immensa uero & inuestigabilis est misericordia promissionis tuæ, quoniam tu es dominus deus altissimus super omnem terram, lōganimis & multum misericors, & pœnitens super malitia hominum. Et uere idipsum cognouit Iudith quoq;, cum diceret: Dominus patiens est, indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus. Verum quis melius uel agnôrit, uel expertus sit eandē nisi Dauid, qui subinde clamauit ad dominum, Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tua rum quæ à seculo sunt. Secundum misericordiam tuam memēto mei tu, propter bonitatem tuam domine, quia tu dulcis & rectus es? Atqui hic patres sancti dum magnitudinem & amplitudinem considerant misericordiæ diuinæ, pulchre ponderant in eadem altitudinem, profunditatem, & latitudinē. Usq; adeo enim profunda est misericordia dei, ut pertingat usq; in limbum & purgatorium, ibiq; liberet patres clamantes cum gaudio, & dicentes cum Dauide: Misericordia tua magna est super me, quoniã eruisti animã meam ex inferno inferiori. Sublimis quoq; est illa, siquidem erigitur usq; in cælum, dicente Dauide: Magnificata est misericordia tua usq; in cælum. Dices, quando nec paupertas neque miseria in cælo aliqua est, quis illic usus esse poterit misericordiæ dei? Respondeo ego, in cælo ĝq; misericordiam suam declarare deũ, dum gloriã largitur ĩs, qui proprium meritum non habuerunt. illi em̃ per gratiam seruantur & misericordia atq; merito Christi, ut paruuli, qui à baptismo moriunt, sola gratia & merito Chri-

Augustin.

Exodi. 20

2. Par. 36

Judic. 8

psalm. 24

psalm. 85

psalm. 56

sti Iesu ex baptismo saluantur. Quid quòd misericordiam dei euidenter sentiunt beati in cælis, etiam ratione sua usi, dum ultra meritum omnes remunerantur? Aut nonne hæc summa in deo misericordia est, quam recte agnouit Dauid, quando dixit: Domine, in cælo misericordia tua? Quæ autem sit latitudo illius, nonne qui latissimè patet, mundus iste cognoscit? Quoniam misericordia domini plena est terra, misericordia eius à seculo usque in seculum super timentes eum. Dies nos ante deficeret, quàm omnes aut potiores saltem scripturæ locos super hac re conferremus. Quos tamen uniuersos uelut uno fasce complexa ecclesia, orat: Deus, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ. Refert aũt plurimũ subinde meditari immensitatẽ misericordiæ dei, ut sic qlibet plus feruoris cõcipiat ad orãdum cũ maiori fiducia, cũ Dauide: Fiat misericordia tua dñe super nos, quẽadmodũ speranimus in te. Ne lõge facias domine miserationes tuas à nobis. Miserere mei deus, miserere mei, qm̃ in te cõfidit anima mea. Cũ igit̃ tãta est erga nos misericordia dei, ut si tãta nõ esset, absumpti essemus nos, neq; ad momentũ subsisteremus, nisi sustẽtaret nos misericordia sua, qa sic nõ iustificabit̃ in cõspectu suo ois uiuẽs, si in iudiciũ ille nobiscũ intraret. Sola ergo immẽsa illius misericordia cõseruamur, qm̃ diues in misericordia dñs. Hinc nimirũ discamus misericordiã exhibere pauperibus, sicut misericors est cõditor, adiutor & redemptor noster. Atq; hoc illud est quod ait dominus: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. At nos satis hactenus digressi, rursus reuertamur ad textum.

Psalm. 25

Psalm. 118

Psalm. 32 & 39. 56

Thren. 3

Psal. 142

Titum. 1 Ephe. 2

Hieron.

2. ¶ Segtur ergo: Nolite iudicare, & nõ iudicabimini: nolite condẽnare, & nõ condẽnabimi. Regula hæc pulchra qdem, sed grauis & seria est, & ut nũc sunt in mundo hoies, explicatu perq̃ necessaria, q̃ facilius qsq; possit sibi à temerario iudicio prospicere: & ut discant inde mali nõ adeo solicite quærere malis suis prætextum & fucũ. Non tamẽ hic iudicare prohibet dominus. aliãs quomodo deinceps Paulus in Corintho fornicantem iudicauit, & Petrus Ananiam & Saphiram mendacij coarguit. Non ergo prohibet hic iudicare, sed formam & modum iudicãdi do-

1. Cozin. 5 Actuũ. 5

ret, quod ex sequẽtibus satis constat, quãdo dicit: Quacũq; mensura mensi fueritis, eadem remetietur & uobis. & alibi apud Matthæũ: Quocũq; iudicio iudicaueritis, codẽ & iudicabimini. Vt itaq; possitis in hac etiã parte saluare cõsciẽtiã uestrã, mẽbratim rẽ totã, & in partes cõcidam & dico. Matth. 7

1 ¶ Non utiq; prohibet hic dominus iudiciũ illud, quo quis se ipsum, facta q; sua diiudicat. sic enim usq; adeo non prohibemur iudicare, ut etiã iubeamur. quoniã ita inquit Paulus: Si nos iudicaremus, nõ iudicaremur. Et in huiusmodi iudicio si quis nolit nimiũ sibi indulgere, potest homo recto uti processu & mõ siquidẽ secũ habet testẽ, qui reiici non possit, super facto & facti ratiõibus, testẽ inquã conscientiã. Ex uerbis itaq; præcedẽtibus & sequentibus satis constat, CHRISTVM hic esse loquutum de iudicio proximi, de illo quidem iudicio suũpsius difficile est dicere. O enim felicem & beatum hominem, qui possit dicere cũ Paulo: Ego meipsum nõ iudico. nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. & ibidem, Mihi pro minimo est ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Atque hic principio profiteor me nihil dicturum de publicis iudicijs & forensibus, ubi quis ratione officij sui tenetur nonnunquam sontes condemnare: sed de illo tantum, quod quis apud seipsum concipit & pronunciat de proximo suo. 1. Corin. 11. 1. Corin. 4

2 ¶ Possumus autem loqui de facto manifesto proximi, quod negari nequeat, & de huiusmodi quoq; iudicio hic dominus non loquitur. quum enim facta eiusmodi sunt, ut bono animo fieri nequeant, tunc sane oportet nos bonum bonum, & malum malum dicere, quoniam sic Christus ait: Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. siquidem arbor mala non potest fructus ferre bonos. fructus malæ arboris sunt, publica fornicatio, adulterium, furtum, blasphemia, homicidium, ebrietas &c. Vbi si quis malum non iudicauerit esse malum, peccabit utiq;, iuxta illud Sapientis: Qui iustificat impium & q condemnat iustum, abominabilis est uterq; apud deũ. Huiusmodi eñ opera dies domini declarat p scripturas sacras decernẽs, qd sit iniustũ. Et nos itaq; iudiciũ nostrũ cõformantes scripturæ, recte faciẽs, offensuri deũ, si cõtrariũ fecerimꝰ. In hoc tũ casu Matth. 7 Prouer. 17

obserua hæc duo. Primum, male facit quisquis nimium cu-
rioſe & temere ſcrutatur peccatum proximi: peius adhuc
facit, qui huiuſmodi perſcrutatiõe peccatum per ſe occul-
Bernar. tum manifeſtat. Quõ facit illud Bernardi, Noli eſſe alienę
uitæ temerarius iudex aut curioſus explorator, niſi idipm
qui in magiſtratu poſitus eſt, ex officio faceret, ut malum
puniret. Alterum eſt, quod peccatum proximi hominis
etiam manifeſtum iudicare non debemus cum aliqua ama-
ritudine, adeo etiam elati, ut quæ in tergo noſtro eſt mã-
Matth. 7 tica, eam nec conſideremus neq; uideamus, ſicut hic ſequi-
Lucę. 6 tur: Quid uides feſtucam in oculo fratris tui, trabem aũt
in oculo tuo non conſideras? Idem & Paulus iam olim do-
Gala. 6 cuit, inquiens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo de-
licto, uos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpi-
ritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Atq;
ſic aduerſus ſeueros alienæ uitæ Momos & iudices inuehi-
Chryſoſt. tur Chryſoſtomus, dicens: In alienis delictis ſeueri & ama-
riſſimi iudices reſidemus, noſtras autem trabes oculis infi-
xas propriis non uidemus, dum nemo noſtrum conſide-
rat ſe uel in grauioribus eſſe peccatis, uel in maiora potu-
iſſe prolabi, niſi adiutus fuiſſet gratia dei. Hanc itaq; per-
petuam uelut amuſſim adhibe ad omne iudicium proxi-
mi tui: quotieſcũq; iudicaturus es alterũ, incipe à te ipſo.
Regulam hanc colligimus ex dictis factisq; Chriſti domi-
ni, qui in cauſa adulterij accuſantibus mulierculam Iudæ-
Johan. 8 is dixit: Qui ex uobis ſine peccato eſt, mittat primum lapi-
Gregorij. dem in illam. Ait ibi Gregorius: Ad aliena peccata punien
da ibant, & ſua reliquerant. reuocentur itaq; intus ad con
ſcientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena re-
prehendant. Quiſque igitur ſibi proſpiciat, ne amarius
durius'q; corripiat proximum ſuum, ne illi dicat Paulus
Roma. 2 quod Romanis: In quo alium iudicas, teipſum condẽnas,
eadem enim agis quæ iudicas. Atq; hæc dicta ſient uobis
ad eruditionem & inſtructionem uitæ ueſtræ, ne etiam
in manifeſtis operibus malis, nimium acerbe adoriamini
proximos ueſtros: ſed dũ alios iudicatis, ueſtri quoq; uos
non capiat obliuio peccati.

3. ¶ Sunt adhuc opera quædam media, ſic dicta quod
tam bono quàm malo animo fieri poſſint: atque in ijs iu-

dicare neminem debemus, sed omnia in optimam partẽ referre. sic enim & Paulus ait: Qui non manducat, manducantem non iudicet. Diuersum quisquis facit, delinquit, deiq; sibi usurpat iudicium: quoniam quum opus illud ex adfectu facientis pendeat, quicunque cor hominis iudicare præsumit, diuinum sibi arrogat iudicium, dicente propheta: Prauum est cor hominis & inscrutabile, qs cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta uiam suam. Homo uidet ea quæ apparent ab extra, deus autem intuetur cor. Atque ideo Augustinus sacerdotem noluit iudicare, dicens: Ne diuinæ potestati sub cuius examine causa adhuc pendet, facere uiderer iniuriam, si illius iudicium meo uellem iudicio præuenire. Quid multa? in rebus ambiguis nemo iudicare debet proximum suum, nisi forte circunstantiæ rẽ illustrarent & patefacerent, cuius rei exempla nonnulla præbet Augustinus in hunc modum: Vides aliquem sæpius ieiunare? ne nimium hinc laudes eum, ne forte extollatur. Vides alium die prohibito manducare, & morbum in hoc causari? caue dijudices eum. forte enim uitio gulæ id facit, aut animo bono. Vides insuper quendam durum subditis suis, & ad gratiam tardum? noli iudicare illum, quia tam uitio potest tyrannidis hoc facere, quàm zelo iustitiæ. In ijs & consimilibus casibus quanto satius est nos inclinare ad dextram hanc & mitiorem partem, quàm istam sinistram? quoniam melius est nos malos reputare bonos, quàm bonos malos, quemadmodum satius est liberari nocẽtem, quàm puniri insontem. Atq; in hoc casu dicit hic dominus, Nolite iudicare. Nam in manifestus licitum est iudicare, sed cum dilectione & solo odio peccati, hominis uero amore: odio morbi, ægrotantis amore.

Roma. 14.

Jeremi. 17

1. Reg. 16

Ad Hipo.

Augustin.

L. absentem ff. de pœniten.

4. ¶ Hinc sequitur nos iudicare pro damnato nemi nem nec posse, neque debere ante obitum supremáque fu nera. quis scit enim an non qui hodie peruersus est, cras conuersus efficiatur? Atque ideo Gregorius ad Imperatorem Mauricium: Nescimus, inquit, qualis quisque erit in horrendo & tremendo illo iudicio dei. Nolite ergo, ait Apostolus, iudicare ante tempus, quoadusque ueniat do

Grego. li. 4. epist. 75.

1. Corin. 4

minus, qui & illustrabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. & alibi, Non amplius inuicem
Roma. 14. iudicemus. loqtur enim ibi de hoc iudicio. Quoniam qs scit, quomodo & quando deus det gratiam? Ecce eñ Paulus quum pessime cœpisset, finem tamen optimum fecit.
Luc. 22. Iudas, Saul & Nicolaus diaconus bene cœperunt, finierũt pessime. Neminem itaq; finaliter iudicemus, cogitantes etiam latroni in cruce misericordiam contigisse. Quamobrem neminem, ut iam dixi, iudicemus, quomodo qsq; in ultimo fine inuenietur: quin potius rogemus deum, ut illi gratiam suam non neget, sanctaq; sacramenta efficaciter concedat instante iam mortis articulo: quatenus uere cõtritus, cõfessus, absolutus, & uiatico corporis Christi præmunitus, cõmigret ex hoc exilio in uitã æternã. Id adeo omnibus nobis concedat deus, Amen.

5. ¶ Si quando etiam opus proximi manifestum non sit, circunstantiæ tamen & coniecturæ prævalidæ multæ sint quæ urgeant, ita ut quis inficiari nequeat: tunc sane itidem iudicare licet. Vt si duæ personæ suspectæ cohabi-
3. Reg. 3. tent simul, etiamsi opus malum uel non faciant, uel alijs non appareat, fortis tamen præsumptio urget. Sic Salomon, quum infantulũ iussisset in duas partes dissecari, cõsentiente muliere una, altera matre uera reluctãte, ex graui coniectura iudicauit Salomon illam filij matrem non esse, quæ infantulũ passa fuerat diuidi. factũ & opus occultũ, sed præsumptio multum erat uiolenta.

6. ¶ Etiamsi præsumptio sit grauis, sed coniecturæ leues. extrinsecus, quamuis homo sine peccato in suspicionem malam delabi posset, sicq; illud etiam fieret sine peccato: iudicare tamẽ non debet, quoniam duo hæc sunt & diuersa, iudicare, & suspicari. Atque hoc etiam Sapiẽs
Eccl. 13. 19 docuit, dicens: Cor hominis immutat faciem illius, siue in bono, siue in malo. & iterum, Ex uisu cognoscitur uir. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Hæc itaque suspicionis signa sunt &
1. Corin. 10 argumenta, sed ad iudicandũ non sufficiunt, dicente Paulo: Tentatio uos non capiat nisi humana. humanam ille uocat tentationem, istam uolucrem & subitam suspicionem: quam, quia homines sumus, uitare nõ possumus: ut

si quis mulierem uideat uisu uagabundam, suspicatur uti que illam non satis esse pudicam, atq; hæc tentatio est hu mana. & suspicionem illam Sapiens quoq; non reticuit, dicens: Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. Et tamen ex huiusmodi argumento iudicare nemo debet, ne iudicetur & ipse. si- quidem ex illo nõdum perfecte potest animum ipsius co- gnoscere, ut inquit Paulus: Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spũs hominis qui in ipso est? Quando itaque negarum nobis est animum proximi intueri, arca na quoque illius ne iudicemus, sicut apostoli orabant in electione Matthei: Tu domine qui uniuersorum nosti cor da. Estq; hæc communis doctorum conclusio: Quotiescũ- q; non sufficientes quis habet coniecturas & præsumptio nes, atq; interim malum suspicat de proximo suo, peccat uenialiter: sin aũt insuper etiam iudicet, mortaliter.

Eccl. 26

1. Cor. 2.

Actuũ. 1

7. ¶Possunt autem suspiciões ex obiecto oriri in se, ut in superiori exemplo de muliere. Aliæ originem trahunt ex longa experientia. sic Aristoteles, Senes, inquit, sunt suspicioſi, neque facile credunt, quoniam sæpe sunt decep- ti. Quiq; hoc modo facile suspicantur, sic habentur, ut su pra articulo sexto indicauimus. Sunt alĩ suspicioſi ex ad- fectu malo, puta inuidiæ aut superbiæ. sic ait Augustinus, Hi maxime temere iudicant, q magis amant uituperare & dãnare, quàm corrigere & emendare. Atq; qui sic scru tantur omnia, gaudentes ex suspicione aliorum, & pec- cant, & abstinere ab illo debent, quoniã consuetudo ista uitiosa est & infecta iam inde ab Eua parente. Præterea le uiter suspicantur nonnulli, eo quòd ipsi defectum habe- ant: sicq; ex suapte malitia iudicant alios omnes. ut ait Sa piens: Stultus ambulans in uia sua, quum sit ipse fatuus, omes sui similes iudicat. Sic fœnerator omnes alios emẽ- do & uendendo imponere hominibus putat, q̃niam ipse id facit. Amator ex suo ingenio omnes dijudicat. Atq; isti sunt, qui omnia pessime interpretantur, uitio uertunt o- mnibus omnia, cõsuetudine impia & diabolica. bonus eñ Christianus & candidus, non facile debet suspicionem si- bi concipere de proximo suo, sed neque credere eiusmo- di suspiciones mouentibus, ita enim Augustinus: Ho-

Aristotel.

Augustin.

Eccl. 19

Aug. sup Psalm. 118 Chrysost.

mo, inquit, malus suspicat in alio, quod sentit in seipso. Diabolo hoc peculiariter proprium est, ut omnia in pessimam rapiat partem. Quo facit illud Chrysostomi, cum ait: Sunt aliqui qui de omnibus male iudicant. dicunt enim si qs studet & uacat humilitati, hypocrita est: si recreationi, gulosus est: si patientiæ, timidus est: si iustitiæ, impatiens ē: si simplicitati, fatuus est: si prudētiæ, malitiosus ē: si maturitati, melācholicus est: si iucunditati, dissolutus ē: si religiōi, singularis ē: si societati, secularis ē: si silētio & paci, dissimulator ē. & sic in oībus alijs. Vobis autē expendēdū relinquo, cū grande adeo sit peccatum, ita temere iudicare proximum, quot millia animarū sibi per hoc adripiat diabolus, in æternam damnationem detrudens. uere enim in huiusce modi iudicijs quo maius periculū est, eo minus nos illud in nobis agnoscimus. Vos itaq; dilectissimi in domino, cauete uobis solicite: & si hactenus male iudicastis proximum, deinceps abstinete: & istud quod hactenus feciſtis, deponite per pœnitentiam, contritionem, confessionem & satisfactionem. Sed neq; temere suspicemini quicquam de proximo uestro, subinde in auribus uestris tinnitum audientes illorum uerborum Christi: Nolite iudicare, & nō iudicabimini in condemnationem. probate uos accurate ante horam illam, quotq̄t cupitis æternam effugere damnationem, à qua nos custodiat qui est benedictus in secula, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ EIUSDEM.

Dominus noster Iesus Christus inter reliqua salutaris suæ doctrinæ præcepta, etiā hoc euangeliū proposuit discipulis suis. Estq; illa nō exigua legis euāgelicæ portio, quā euangeliū hoc continet. primū em̄ hic docemur facere eleemosynā, q̄d nō fallax est Christiani hominis argumentum. Deinde prohibemur temere iudicare, ne & ipsi iudicemur: quod & dilectio mutua Christianorū exigit, ne quis de proximo suo malū uel cogitet, uel suspicet, nisi certa facti argumenta adsint. tunc enim licitum est iudicare, sicut apud Iohānem Christus

Iohan. 8

ait. Porro iam dominus idipsum planius declarat, dicens: Nolite condemnare, & non cõdemnabimini, siquidem & nõ iudicare, & nõ cõdemnare, opera sunt misericordiæ. Deinde dicit ille: Dimittite, & dimittet uobis. quæ etiam spũalis est eleemosyna erga proximos nostros, ut sic nobis etiã deus remittat debita nr̃a, quõ nos deus docuit orare. Quamobrem in euangelio dominus seruũ suum corripit, q̃ exiguum debitũ noluit remittere cõseruo. Vide Dominicam 23. post Pentecosten. Matth. 6. Matth. 18

4. ¶ Sequit: Date, & dabitur uobis. Nõ satis est nõ iudicare, dimittere quoq; & nõ cõdemnare satis nõ est, insup etiam dare proximis nostris nos aliq̃d boni oportet. hoc enim argumentum euidens est, te proximo tuo dimisisse, q̃d aduersus te deliquerat, si q̃d ei dederis. Atq; hoc est q̃d Iohãnes ait: Diligere debemus nõ uerbo & lingua, sed opere & ueritate. In uniuersum etiam hoc dicit dominus de dando, ut alacres nos faciat ad eleemosynam, quæ & ipsa sine damno sit: quoniam si multum dederimus, pinde multum nobis dabit: & dum ille de remuneratiõe certos nos facit, etiam diligentiores & cordatiores nos efficit ad eleemosynam dandam. 1. Johan. 3

¶ Addit itaq; dominus, Dabit in sinum uestrum. sic cũ quod in sinu habemus, certo possidemus. Ecce ergo quanta securitate possidebimus, quanta dilectione & charitate conseruabimus remunerationem, quam nobis dominus daturus est pro eleemosyna nostra in uita æterna?

¶ Illam autem in quatuor rebus hic dominus declarat, quum dicit: Mensuram bonam & confertam & coagitatã & superefluentem dabunt in sinũ uestrum. O quàm uerũ est istud Pauli: Qui parce seminat, parce & metet: & qui in benedictione seminat, in benedictione etiam metet. Quod si bene feceritis, & pauperibus mensuram dederitis bonã, deus uicissim uobis non similem tantum reddet, sed & huberiorem. Atq; in hoc fundatum est illud commune dictũ doctorum, quod deus semper præmiat ultra condignum. Theoph.

Sunt qui hæc mensurarum genera referunt ad superiora illa misericordiæ opera, sicq; Chrysostomus dicit: Superfluens mensura datur ei, qui non iudicat: conferta ei quidẽ qui iudicat, sed non condemnat: bona ei qui condemnat, Chrysost.

& tamen dimittit. Equidem crediderim hic Christum uo
luisse declarare plenitudinem remunerationis in æterna
2. Cozin.12. patria, quæ tanta erit, ut eam nec oculus uiderit, nec au
dierit auris, nec in cor hominis ascenderit: quoniam non
Roma.8 sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram glo
riam cælestis Hierosolymæ. At quæres quinam illi sint, q
dabunt mensuram hanc nobis? Sane pauperes ii sunt, qui
bus eleemosynam impendimus. illi mensuram nobis bo-
nam retribuunt, non quòd cęli liberam habeãt facultatẽ,
sed quia autores nobis sunt uitæ æternæ, quam ideo no-
bis dat deꝰ: qui quia propter illos nobis eam largitur, di
citur, quasi illam nobis dent ipsi. ita enim alibi dicit do-
Luce.16 minus, facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut
cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Ec-
ce cum deus illos recipiat, ipse tamen ait pauperes eos suf
cipere.

Theoph. 2. ¶ Porro dominus sermonem iam suum huiusmo-
di parabola confirmat: Nunquid potest cæcus cæcum du
cere? nonne ambo in foueam cadunt? Similitudo hæc sic
inducitur: Quando iam dominus iudicium temerarium
prohibet, rationem porro declarat illius. Quia enim qui
alium condemnat, & ipse interim in eadem incidit pecca
ta, cæcus uterq; est, uterq; peccator, & neuter oculum ha-
bet gratiæ dei: quoniam qui alterum iudicare præsumit,
Gregorius. ductoris sibi adrogat officium: & tamen cæcus ille quoq;
est, quia peccator. Plerunq; induci hoc solet aduersus præ
latos, curatores animarum & prædicatores, sicut hic facit
Gregorius. quãdo enim pharisæi hypocritæ erant, & pha
risæis nemo satis facere potest in bonitate dum iudicant
omnes, contra eos dixit dominus: Nolite iudicare, & nõ
iudicabimini. Atq; ideo cæci erant illi, cum interim illi
quoq; quos iudicabant, nihilo essent oculatiores, sicq; nec
ii, neq; illi promouebantur. Id alibi etiam Christus mo-
nuit discipulos suos, dicens: Sinite eos, quia cæci sunt &
Matth.15. duces cæcorum. Cum autem cæcus cæcum ducit, ambo in
foueam cadunt. Atq; huic communi intellectui consonat
istud, quod statim in sequentibus dixit dominus: Non est
discipulus super magistrum. Nunquid ait ille, potest cæ-
cæcum ducere? quasi diceret, nihil minus. Quamuis autẽ

hoc ad omnes in uniuersum homines dictum est, peculiariter tamen aduersus prædicatores & prælatos refertur, quos non oportet esse cæcos, sed utroq; oculo plus quàm lynceos. Oculus illorum alter ipsius intellectus, illuminatus sit multa scientia: alter uoluntatis, quàm plurimis uirtutibus, & harum omnium præcipue charitate. sicq; ille demum uer⁹ erit ductor, qui subditis suis ueram possit semitam monstrare, dum ipse quoq; temere non iudicat, sed proximo suo facile dimittit, eleemosynas largiter distribuit. Aliàs si prælati talibus uirtutibus adornati non essent, uidentes eorum uitam subditi, facilime eis consentirent, seq; uitæ illorum conformarent & moribus. Quoniam nihil facilius, nihilq; leuius est, quàm quod subditi superiorum suorum uitam sequantur in malo. sic enim Seneca ait, Error sapientis facile trahitur in exemplum. Seneca.

Proh dolor autem, quàm plurimi iam sunt in ecclesia cæcorum duces, quoniam hoc nobis euenit quod de Iudæis Isaias dixit, Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi, canes muti, non ualentes latrare. prædicator enim & animarum curator quicunq; ignarus atque inscius est, cæcus est, ut inquit Isaias: Ideo populus meus captiuus ductus est, quod nō habet scientiam. Atq; præcipue qui scientiam non habet, ineptus est ad sacerdotij dignitatem, teste Osea: Quia tu scientiam repulisti, repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi. O quàm misere nunc parochi constituuntur, quorum nec cęcitas consideratur neque uisus. Quod si à principe sit parochia aliqua conferenda, nihil ille aspicit, nihil considerat, uidenti ne conferat an cæco. Tantum hoc attenditur: Ecce hic secretarij filius, ille scribæ filius, iste uenatoris filius. Isti sunt illi præclari, qui curandi sunt, horum commodo consulendum est magis q̄ ecclesiæ profectui. Si & in ciuitate præbenda uacet, prouidendum est filijs ciuium etiam cæcis. sicq; hic plane ad̄ fecisse legūtur Iebusæi, ad q̄s cū uenisset Dauid, dixerūt ei: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, quos illi in muro collocauerunt ad ignominiā Dauidis. Sic multi sunt, qui cum sacerdotia habeant, super muros ecclesiæ cōstituunt cæcos & claudos in ignominiā

Isaię. 56

Osee. 4

Collatio prębendarum.

2. Reg. 5

Dauidis, hoc est, Christi. Verum hic in ciuitatem non uenit, nisi prius amotis cæcorum ductoribus, aliâs em̃ subditi nullo modo adduci possunt ad uitam æternam, quoniam sic & Gregorius ait: Cum pastor per abrupta gradi

Gregor⁹. tur, ad præcipitium grex sequatur oportet. Hieronymus

Hier. sup Matth. 15 autē, Saluator, inquit, præcipit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad ueritatē posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. Deum immortalem, quot tam cæcorum duces sunt in mũdo, Lutherani, Sacramentarij, Catabaptistæ: qui nõ ipsi tantum cæci sunt; sed & alios secum cæcos efficiunt. Vtrique igitur in foueam cadent damnationis æternę. Aut nonne qui nostra memoria ante pauculos annos habiti sunt sapientes, subito facti sunt cæci, adeo ut merito miremur omnes id ita fieri posse? Verum nos interim eis dicere possumus illud, quod Paulus Iudæo dixit:

Roma. 2 Confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. qui ergo alium doces, teipsum non doces. Sed quàm plane uerus Ppheta extitit Christus? quàm uerum est illud Christi uer-

Joh. 3. bum, quod dixit ad Nicodemum? Lux uenit in mundum, & homines magis dilexerunt tenebras quàm lucem. Aut nonne ueram Christianæ fidei lucem accepimus, uidim⁹, agnonimus? & tamen quot sunt qui malint tenebras hæreseos & errorum omnium? Deus nobis gratiam suam donare dignetur, qua adiuti, rursus congregemur in unitatem fidei, Amen.

3. ¶ Nunc iam deinceps probat dominus uerum esse quod dixerat, cæcus cæcum ducit. Nam poterat quis dicere, Etiam si qui ducit, cadat: is tamen qui ducitur, non cadit. Id ille iam confirmat, dicens: Non est discipulus sup magistrum. Magistro itaq; cadente, non potest non cadere & discipulus. Quoniam in uita morum oculi discipulo-

Gregor⁹. rum exempla respiciunt prælatorum. atq; sic etiam Gregorius inquit, Nemo plus in ecclesia nocet, quàm qui peruerse agens, nomen uel ordinem sanctitatis habet. delinquẽtem nanq; hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum uehementer culpa extenditur, cum pro reueren

ria ordinis peccator honoratur. Sunt qui hoc singulatim & superiori separatum intelligant: tuncq; Christus de se ipso loquitur, in hunc modum: Christus communis omnium nostrum magister (unus est enim magister noster, & nos innicem omnes fratres sumus) patienter sustinuit opprobria & contemptū, neq; ægre tulit. sed adeo dimisit persequentibus se, ut etiam pro ijsdem oraret. Quod si hoc magister ille noster fecit, quid nos facere æquū erit, qui discipuli illius, qui Christiani sumus? sic Stephanus & quidam alij fecerunt: sic CHRISTVS apostolos suos docuit, dicens: Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis. sum eteñ. Quod si ergo ego laui pedes uestros magister & dominus, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego fect, ita & uos faciatis. Sic apud Matthæum quoq; satis est perhibet discipulo, si sit sicut magister suus.

Matth. 23
Luce. 23
Actuū. 7
Johan. 13

4. ¶Cæterum quo magis à iudicio proximi nos deterreat dominus, aliam parabolam proponit, & ait: Quid uides festucam in oculo fratris tui? Similitudinem hanc explicat Augustinus, dicens festucam esse subitam & breuiusculam iram, trabem autem iram inueteratam. Vult itaq; Christus, quomodo qui iram habet in corde suo, potest reprehendere, qui uix festucam habet in illo? festuca enim molestat quidem oculum, trabes autem plane excecat. Idipsum Dauid quoq; profitetur: Turbatus est, inquiens, in furore oculus meus. Ecce festucam. de trabe ait Iohannes, Quicunq; odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcecauerunt oculos eius.

Augustin.
Psalm. 6
1. Johan. 2

¶Hoc est ergo quod iudicare non debemus proximū nostrum in rebus ambiguis: quæ tam bono quàm malo animo fieri possunt. In manifestis autem utere hac regula Pauli: Argue, ora, hortare eum in omni patientia & doctrina. Quid multa? hoc commune humanæ fragilitatis uitium est, clausum oculum alterum habemus in considerandis nostris uitijs, in alienis carpendis latissime patentem. Per oculum autem intentionem mentis accipe, qua quis quid facit. Quando itaq; aliquis grande peccatum habet in corde suo, quomodo reprehendere poterit alte

1. Tim. 4

Theoph. rum minorì ſcelere grauatum? Audiant hoc cum omnes
Luc.19. homines, tum uero maxime qui in magiſtratu poſiti ſunt & alios docent, quiq; ſubditos ſuos grauiter reprehendunt ex leui delicto, ſeq; & ſua iſta immenſa facinora, nec uident, neq; conſiderant, tantum abeſt ut diiudicent & arguant. Sunt qui in hoc quoq; iuſti & ſanctuli uolunt haberi, dum alios corripiunt de malo, ipſique interea boni nil faciunt. Conſentiunt quoque doctores, uoluiſſe hic CHRISTVM prælatos omnes erudire & monere, ne ni-
Luc.6. mium ſint duri in arguendo. ſic enim & Samaritanus uulneribus saucij iſtius, qui in latrones inciderat, oleum infudit cum uino. Oportet amara dulcibus, & melli miſceri abſynthium: ita tamen hic, ut in omni reliqua uita, NE QVID NIMIS. Non ergo oīno hic dominus uel iudicium uetat, uel correctionem alterius. tantum uult ut quiſque ſe primum corripiat, ne dicatur illi, Medice, cura teipſum. Sed nos nimis in uitium credula turba ſumus, ni-
Luc.4. mis noſmet nobis indulgemus, & interim proximo noſtro nihil nec credimus, neq; indulgemus. Quidam hic expendunt diligentius iſtud de trabe in oculo, idq; manifeſtum eſt. Quàm diu enim prælatus etiam occulta habet in ſe peccata, corripere adhuc poteſt & arguere: ubi uero in oculo peccatum fuerit manifeſtum omnibus, iam non ſibi ſumat arguēdi munus. Sunt qui uolunt illum uel peccatum intermittere, uel à poteſtate debere recedere. Atqui uidemus bonam partem prælatorum maximas habere in oculis trabes, neq; raro propterea gloriari & alios interim de minutulis feſtucis carpere, iudicare atq; duriſſime punire in bonis nōnunquam & corpore. cuius rei poſſent hic quàm plurima enumerari exempla, ſed quia hæc ſunt odioſa, oremus dominum, ut exempta & trabe & feſtuca ex oculis oīnium noſtrum, clara luce conſpiciamus tandem lumen æternæ gloriæ,

AMEN.

DOMINICA SEXTA POST FESTVM PENTE costes, euangelium Lucæ V.



IN illo tempore: Cũ turbæ irruerent in dominum Iesum, ut audirent Marci. 4 uerbũ dei, & ipse stabat sec⁹ stagnũ Genesareth, & uidit duas naues stãtes secus stagnũ. piscatores autem descenderant, & lauabãt retia. Ascendẽs autẽ in unam nauim, quę erat Simonis, rogauit eũ à terra reducere pusillum. & sedens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt sociis qui erant in alia naui, ut uenirẽt & adiuuarẽt eos. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me domine, quia ho Iohan. 21.

mo peccator sum. stupor enim circũdederat eũ, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.

Matt. 4. Marci. 1 Et ait ad Simonẽ Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terrã nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

HOMILIA I.

Ambrosius. PRæclare, inquit Ambrosius, dilectissimi in domino fratres, quod ubi Christus iam multis impartiuit uaria genera sanitatum, nec tempore nec loco cæpit à studio sanãdi turba cohiberi. ita paulo ante hoc euangelium idem hoc Lucas commemorauit: & cum dominus turbam populi fugeret, uenit ille tamẽ ad eum, & tunc prædicauit eis in synagoga. Hinc iam hodiernum sequitur euangelium. ubi dicit Theophylactus, fugit dominus gloriam, quæ eum ob hoc magis sequebatur. Principio autem consideranda nobis hic uenit magna populi tum pietas, tum feruor uehemens audiendi uerbum dei. Ait enim Lucas, factum est cum turbæ irruerent in eum ut audirent uerbum dei. Hi nimirum boni erant & pñ, q̃niam non oẽs utiq; Christum secuti sunt bono affectu, sed alij ex temeraria præsumptione, alij ob sui commodũ, alij ut eum comprehenderent in sermone. Simplices autem quærebant doctrinam illius, & cogitabant illud, q̃d Petrus dixit ad dominum: Domine, quò ibimus? uerba uitæ habes. Tam suauis erat Christi doctrina, tam suauis spiritus, tam suauia uerba illius, sed iustis tantum & bonis, quibus gratus extitit sermo eius. Sic Sapiens, Spiritus, inquit, meus super mel dulcis. & in Canticis, dulcis est & suauis sermo tuus. Poterant ergo dicere ad dominum illud Dauidis: Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super mel ori meo?

Theoph. Johan. 6 Eccl. 24 Cant. 4 Psalm. 118

Matth. 13 ¶ Matthæus ait illum egressum ex ædibus, sedisse iuxta

mare. Vbi sanctus Hieronymus dicit domum non potuisse capere populum tantum. nimis enim angusta erat illa, in qua discipuli audiebant mysteria dei. Misericors itaque dominus exijt domum, & sedit iuxta mare mundi huius. Necq; scrupulosum est, quod stetisse eum Lucas ait, & Matthæus sedisse, quoniam utrunq; fieri potuit, ut qui paulo ante steterit, nūc sederet. Mare autem Genezareth uolunt quidam idem fuisse stagnum cum mari Galilææ, alij geminum fuisse dicunt. Qua de re aliâs. nunc sufficiat monuisse, quòd & stagna Iudæi maria uocant, quo loquē di modo hic quoq; utitur scriptura. Et uidit duas naues stantes secus stagnum. piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Hæc quia ad literam patent, expositione non indigent.

Aug. tracta. 44. et 49. super Johannē.

¶ Verum quia in euangelio non tantum facta, sed & factorum significationes considerare debemus, constat hoc quoq; sine mysterio factum non esse. Quoniam mare mūdum significat in sacris literis, eo quod sicut illud fluit & refluit, sursum deorsum'q; iactatur & fluctuat, ejicitur in littus, sterile est & periculosum, monstris plenum, uentosum, & multum amarum: ita plane in hoc mundo nihil stabile est, nihil perpetuum: hoc enascitur, illud deperit: hic euehitur in rota fortunæ, iste plane per præceps corruit. Mundus quoq; hic bonos omnes, recusantes ululare cum ipso, uelut euomit. Nec est quod ex eo fructum speres, sterilis enim est, curis & ærumnis plenissimus, periculosus, totus laqueis inuolutus, abundans malis tum hominib⁹tum dæmonibus. Ibi dici non potest, quantum sit uētorum, hoc est, tentationum, quanta amaritudo, & quàm plane nullum syncerum gaudiū. (reliqua uide in Kayserspergio) Nauiculæ porro duæ significant synagogam & ecclesiam, uel duos istos in ecclesia unitos populos Iudæorum & gentium. Quandoquidem mare mundi huius trās fretare propriis uiribus nō possumus, quod Pelagiani crediderunt: naui indigemus, quam nobis dedit deus, & ea in paradiso quidem fuit innocentia, quam Eua confregit, deinde lex naturæ, mox synagoga extitit usq; ad Christum, qui denicq; nauiculam nobis dedit ecclesiam. In eam congregati sunt gentiles & Iudæi, quoniam qui operat⁹

2 Mundus mare

Galat.2. est Petro in apostolatū circuncisionis, operatus est & Paulo inter gentes. sed & Paulus inquit, Qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et Iacobus & Cephas & Iohannes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gētes, ipsi autē in circuncisionē, tantū ut pauperū memores essemus. Quod etiā solicitus fui hoc ipsum facere. Morali sensu solent nauiculæ istæ ad pœnitentiam quoq; referri, sed nos id iā missum facimus.

2. ¶ Ascendit aūt dñs in unā nauim quæ erat Simonis, neq; etiā temere, autore Ambrosio, sibi nauiculam Petri Christus elegit, quæ adhuc fluctuat secundū Matthæū, secundum Lucam repletur piscibus, ut & principia ecclesię fluctuantis, & posteriora exhuberantis cognoscas. Nauis ēm Petri ipsa est ecclesia Christi, qui eam illi primum cōmendauit regendam. Et bene dicit, qui ascendit in unam nauim, unitatem declarare uolens ecclesiæ, extra quam nemo saluabitur. Nanq; una illa ecclesia est, quæ à spiritu sancto sanctificatur, mouetur, uiuificatur & regitur. sic enim de illa sponsus inquit, Vna est columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, electa est genitrici suæ. frustra sperant itaque neochristiani, spiritum sanctum gubernaturum etiam eorum nauim scissam & ruptam undiq;, & tot hæresibus dissectam. tantum enim ille gubernat nauiculam Petri, ecclesiam catholicam. isti omes dispergūt & sectas faciunt, quod non est opus spiritus sancti, sed diaboli, qui neochristianorum gubernat ecclesiam. De hac nostra autem ecclesia inquit Paulus: Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Et iam olim in exordio ecclesiæ nascentis, una tantum erat nauicula. siquidem multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Præclare autem Ephesios suos, & in illis nos quoque docet Paulus, quomodo uiuendum sit in unitate ecclesiæ catholicæ, cum ait: Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum est, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Ecce quomodo o-

Ambrosi⁹.

Cant.6 Ecclesia vna.

Ephe.4

Actuū.4

Ephe.4

porteat esse unitatem membrorum in corpore ecclesiæ Christi, & administrationem in illis opémque mutuam. Verum id non faciunt hæretici, qui se segregant, & subinde noua moliuntur, non conformantes se cæteris membris. Vnde hoc quæris? non aliunde sane, nisi quia non sedent in nauicula Petri, sed in ista Iudæ proditoris. Non turbatur autem ista quæ Petrum habet, turbatur quæ habet Iudam, quoniam non habet firmamentum ecclesiæ Christum. Ecce attendite hoc neochristiani omnes, gemina uidit Christus nauiculam, & unam tantum ingressus est, ut unitatem commendaret, & sectiões condemnaret. Quid ita insanitis furiosi, quòd ingredi simul omnes, imò præcipitari mauultis in alteram istam, quam & rimis totã esse fissam cernitis, & in qua damnationẽ ipsi uestrã operamini? Sedit inquã Christus in nauicula Petri, cui ille commendaturus erat ecclesiam, sicut promisit antea, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. promissum hoc impleuit ei apud Iohannem, inquiens: Pasce oues meas. Quod tu require in homiliis de festiuitate sancti Petri. Atque hoc illud est, quod Christus tantum nauiculam ingressus est Petri. quamuis enim nauiculæ plures sint plures etiam ecclesiæ, & earundem rectores plures ac gubernatores, illi tamẽ omnes in unam tantum uocati sunt partem solicitudiuis. Petrus autem uniuersam ecclesiæ curam suscepit. Ambros. Matth. 16 Iohan. 21. Parte. 3

3. ¶ Sequitur, Rogauit eum à terra reducere pusillũ. Vide hic mansuetudinẽ Christi, quõ obsecrat Petrũ, ut à terra abducat. Ecce deus hominẽ, creator obsecrat creaturã, dominus seruũ, magister discipulũ. Qua in re immensam consideramus Christi, tũ misericordiam, tũ humilitatẽ. Dominus cæli & terræ ex creatura sua tantulũ petit obsequium, ut abducat pauliſper à terra, ut sic eũ plebs cõmodius audire posset. Tanta tamq; exquisita in Christo fuit diligentia promouẽdæ utilitatis hũanæ & salutis animarum. Secundum literam quidem satis patet, quomodo Petrus ut erat nauium peritus, Christum abduxerit à terra. mystice autem siue moraliter, dominus, cum esset populo prędicaturus, uoluit à terra abduci, ut sic declararet eos qui doctrinam suam sequi uellent, abstrahere sese Theoph.

debere à terrenis adfectibus & concupiſcentijs, ab auaritia, uoluptate carnis & ſimilibus. Arqui puſillum tantum à terra abduci poſtulat nauim, eo ipſo quoq; docere nos uolens, quòd nullus tantæ ſit felicitatis prædicatorum, q ſemel ſtatim & primo, quod aiunt, impetu poſſit homines auocare à rebus terrenis. quis enim ſubito adeo mundum relinquat? Sic nimirum condeſcendere moribus ho-
1. Corin. 3 minum potuit Paulus, cum diceret Corinthijs: Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. tã quam paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non ſolidum cibum. Sic & Petrus noluit graue iugum impone-
Actuũ. 15. re Chriſtianis. Omnia igitur hæc portare cum modeſtia,
Gregorij. ordinatio bona eſt. puſillanimitatis enim foret, non poſſe ſuſtinere diuitias: impatientiæ, nõ poſſe ſuſtinere paupertatem. Prædicator itaq; moraliter abducat paulatim
Beda. auditores ſuos à terra & cupiditatibus terrenis.

¶ Sicq; dominus docuit plebem ex naui. Etiamnum hodie ex hac naui docet dominus homines, dum autoritate eccleſiæ (ut ait Beda) ſuæ docet, extra quam nulla eſt ſana doctrina. & ſic quicquid Huſs, Vuickleph, Pirckardi, & Lutherani docent, nihil eſt, quoniã nõ ſunt illiuiri eccleſiæ. Ne audiatis itaq; iſtos profugos & in omnibus regionib⁹ uagabundos errones, propriorum ſomniorum coniectores. tantum illos audite prædicatores, qui cum Chriſto è
Eccle. vlt. nauicula Petri docent. ſic Sapiens ait, Appropinquate mihi indocti, & congregamini in domo diſciplinæ. ſed quæ nam eſt hæc domus diſciplinæ? ipſiſſima, ut ſic loquar, eccleſia Chriſti, extra quam, quod iam ſæpe diximus, nõ eſt ſalus neq; ulla btã ueritas. Quamuis aũr & crux Chriſti dicatur nauis, id tamen lubens prætereo.

4. ¶ Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc
Eccle. 3 in altum, & laxate retia ueſtra in capturam. Non ſemper docuit dominus, ſiluit interdum. ſic enim omnia tempus habent. Cum ergo iam diu docuiſſet, uoluit ſermonem ſuum etiam miraculo confirmare, & myſtica quadam ſignificatione, quod uerbum ſuum inſigni quadam uirtute tot eſſet capturum homines, Petrum & coadiutores ſuos apoſtolos, atq; deinceps per prælatos eccleſiæ & prædicatores: idq; etiamnum operatur uerbum CHRISTI, non

tantum in auribus audientium, sed & in cordibus apostolorum. ita enim mystice & spiritualiter intelligitur Psalmista, cum ait: Verbo dei firmati sunt cæli, hoc est, apostoli, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Illa porro Christi uerba, quæ dixit Petro, in se quidem exigua uidẽtur, sed multa in uirtute complectuntur. Duc, inquit, in altum. Ambrosius ait, Et si alijs imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur, Duc in altum. Et bene apostolica instrumenta piscandi, retia sunt, quæ non perimunt captos, sed reseruant. & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis ad superna perducunt. sic omnes apostoli uerbo dei homines ceperunt, ne perirent. Sed tamen Petrus ex omnibus unus peculiarem adhuc habuit piscandi commissionem, de qua Matthæus: Mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Sed de ijs plura in festo sancti Petri. tantum hæc nunc eo commemoraut, ut magis consideretis immensam illã Christi sapientiam, cuius non uerba tantum, sed & facta ineffabilem habent significationem. Duc in altum. Hoc uni dictum est Petro. sequitur, Et laxate retia uestra in capturam, idq; multis loquutus est dominus. quod quis est obsecro, qui non uideat & intento animo contempletur, dominum singularem prærogatiuam dedisse Petro? Mystice tamen doctores altum istud sic exponũt, quod ubicunque profundi sunt gurgites, ibi & pisces plurimi sunt. Ita hic Christus Petro commisit & successoribus, ut nauiculam ecclesiæ in altum ducerent secularis dignitatis: ita scilicet ut reges, imperatores & principes conuerterent ad fidem, & caperent retibus prædicationis suæ, quomodo deinde Constantinum, Theodosium & alios complures Cæsares conuerterunt ad fidem. Nauiculam quoque duxerunt in altum secularis sapientiæ, dum doctos & sapientes mundi huius ceperunt in fide. Aut nonne in altum duxit nauim Ambrosius, quando Augustinum in mundo doctissimum retibus suis attraxit ad fidem? Et Paulus, quando Dionysium Areopagitam conuertit? Petrus quoque nonne, quod hic iussus erat, in altum duxit nauim, quando conuertit Clementem? Atque hoc deinceps secuti sunt prædicatores alij omnes, qui nauim ad-

Psalm. 32

Ambrosius.

Matth. 17

Duc in altum.

Augustin

Actuũ. 17

duxerunt in altum humani conuictus, quando magnæ autoritatis homines conuerterunt ad fidem, Cornelium,
Actu. 10.8 centurionem, eunuchum reginæ Candacis &c. Sed cur sermonem illorum retia uocat? ideo nimirum, quando rete huc illuc undique contextum est, atque id in prædicatore quoque esse debet. Ille enim quanta maxima poterit industria intexere debet nouo testamento uetus illud, & epistolas Pauli euangelijs, atque omnibus illis uelut emblemata inijcere sanctorum patrum scripta. Hinc
Ambrosi⁹. & Ambrosius ait, Quænam sunt apostolorum, quæ laxari iubentur, retia, nisi uerborum complexiones, & quasi quidam orationis sinus & disputationum recessus, qui eos quos ceperint, non amittant?

¶ Atqui sunt qui inter hæc prædicatoribus obganniant, quid ita sacerdos omnia confundat, quid hæc illis misceat, perturbet. Quisquis hoc apud se cogitat, meminerit Christum hic concionem reti comparare. sicut ergo contextum hoc est, ita quoque concionem comparatam esse decet. Aut quot obsecro iam uestrum hic sunt, & quàm inique comparati estis omnes, quàm inæqualibus moribus, uita & intellectu? Hinc opus esset me cuique aliquid dicere, quod ex concione sibi peculiariter seruet. Verum hic mirabili textura oportet me singula singulis inserere, unde cuique pro suo captu aliquid cedat. Qui
Augustin. ergo minus ualent intellectu, ne ferant molestius, si prædicator sublime dicat, & quod eorum capacitatem excedat. forte enim adsunt, qui illud exacte intelligant. Vicissim quoque si quid humile ille prædicat, qui sapientes sibi uidentur, ne contemnant. Concio enim rete quoddam est, neque magnos tantum, sed & paruos piscículos
Math. 13 capere debet. Quo nomine regnum cælorum sagenæ missæ in mare confert dominus, qua omnis generis pisces capiuntur. dominus deus & mihi loquendi gratiam & uobis cũ fructu audiendi donare dignetur, ut sic uerbo dei pisces quàmplurimos capiam: uos inquam,

quibus unà mecum requiem
& uitam tandẽ concedat
æternam. Amen.

HOMILIA SECVNDA SVPER *euangelio eiusdem dominicæ.*

IRruentibus undique turbis ad dominum, & iam uerbum illius uix audire ualentibus, ut audire eum possent commodius, ascendit in nauiculam: & finito sermone, præcepit Petro ut nauim duceret in altum, & laxarent retia. Atque tunc respondit ei Simon: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, nunc autem in uerbo tuo laxabo rete. Adhuc illum euangelista Simonem uocat, id enim erat ei nomen iam inde ab infantia & tempore suæ circunciſionis, ſicut iam paruulis in baptiſmo nomina induntur. Et benedictus ille fuit Simon, hoc est, obediens, quoniam ſemper ille hoc unum in primis uotis habuit, ut obediret deo. Quod autem nunc Petrus appellatur, idipſum ei CHRISTVS promiſerat apud Iohannem: Tu uocaberis Cephas. Mutatio autem illa facta est apud Matthæum, quando dixit illi dominus, Tu es Petrus &c. Iohan. 1 Matth. 16

¶ Præceptor, inquit Petrus, Ecce quo honore Chriſtum habet Petrus, & quàm efficax fuerat uerbum domini in corde Petri, ut ſtatim illum præceptorem uocaret. Et uere quidem ille præceptor est, qui præcepta nobis dedit euangelica, atque ipſe uiciſſim quem præceptorem dixerit, eius non contemnit ſequi præceptum. aliàs enim ille piſcaturus amplius non erat, quando tota nocte, quod tempus piſcationi aptiſſimum est, nihil ceperat. ſiquidem nunc plane periculum erat, ne nihil porro caperet. Verum hic plane Simon erat, quia obediens domino. Myſtice tamen tota nocte nihil ceperat, nocte inquam ueteris teſtamenti, quando adhuc nox eſſet, nondum exorto ſole iuſtitiæ. tunc enim tantum exercebantur ceremoniæ, neque ulla habebatur ſanctimonia ſacramentorum, quæ nos nunc habemus. Quod autem tempus illud ante CHRISTVM nomine noctis ſignificetur,

Rom.13. & ipse satis magnus testis Paulus adest, qui dicit: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Atque hac ipsa nocte nihil esse captum, quantumuis longa piscatione idem ille testatur, quum ait: Nihil ad perfectum adduxit lex. Aut nōne pisces illi fuerunt uere magni & magnifici, Abraā ipse & magnanimus Moyses, Dauid quoq; & alij complures, qui sola gratia dei, nō obseruatiōe legis magni facti sunt? Per nortem etiam peccatum mortale intelligitur, quod opus hominis plane sterile facit. sic enim peccator indignus est pane quo uescitur, ita dicente Christo, Si quis in

Heb.7

Johan.11 nocte ambulat, facile impingit, quia lumen in eo non est. Magnum sane damnum peccatum est, quod omnem hominis laborem perdit & interimit: neq; illum tantū quē facit in peccato mortali constitutus, sed & ista opera bona quæ ante ea fecerat, sicut dominꝰ dicit per Iezechielem:

Iezec.18 Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid uiuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, nō recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur.

¶ Ecce quàm horridam nobis noctem peccatum ingerit mortale, in quo non tantum nullum opus meritorium fieri potest, sed & quod antea factum est, hic perit. Hæc ista

Job.3 nocentissima nox est, de qua Iob ait, Noctem illam tenebrosus turbo possideat, expectet lucem & non uideat. Idē quoq; Paulus docet, quod in nocte peccati nihil operemur

Rom.6 boni, quum ait. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. Noctem quoq; tribulationis adducunt hic nōnulli mūdi huius. Verum equidem illam noctem esse non crediderim, in qua Christus ipse lux clarissima tantopere reluceat: quo

Job.1 niā in hac nocte plura opa meritoria cepit Iob, q̄ uel Saul, uel Salomon in summa rerum omnium felicitate. Vtique enim uerum est illud, quod per multas tribulationes ingredi oportet regnum cęlorum. Sic Paulus sanctorum per

Actu.14 sequutiones & tribulationes commendat, atque de Thessalonicensibus gloriatur, propter fidem eorum & patientiam in persequutione effusissime gaudēs. Vnde fit ut tēporū horū prosperitatē magis noctē reputē, quā uel persecu

Diuitię.

tionem, uel quamcunq; tribulationem. Bona siqdem temporalia uix magnis demum laboribus acqruntur, multa cura uix quoque conseruantur, & uehemẽti dolore amittuntur, quod & Sapiens testatur, ingens: Vnus est, & secũdum non habet, non filium, non fratrem: & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs. Quibus autem curis possideant, ecce nobis testis adest Iob, & ait: Sonitus terroris semper in auribus illius, & quum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Quantis doloribus amittantur, declarat Ecclesiastes, dicens: Est alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole. diuitiæ conseruatæ in malũ domini sui. perierunt em̃ in afflictione pessima. Hinc ego ambulantes in prosperitate, nocte operari arbitror magis quàm eos, q in persequutione & tribulatione uix extremum retinent spiritum. Nanque & mali duriter laborant, & operosius aliquanto in ædificanda sibi gehenna, quàm boni in emerenda salute, ficut ipsi fatentur: Lassati sumus in uia iniquitatis & perditiõis, & ambulauimus uias difficiles.

Eccẽs.4

Iob.15

Eccẽs.5

Sapi.5

2 ¶Etsi itaq; Petrus tota nocte nihil ceperat piscium, iam tamen magna fiducia dicit ad dominum: In uerbo tuo laxabo rete. Nisi enim ædificauerit dominus ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam: sic etiam nisi dominus cor illustrauerit auditorum, doctor in nocte laborat: nisi in uerbo gratiæ supernæ laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra uocis suæ prędicator iaculum mittit: qa fides populorum non sapientia uerbi compositi, sed diuinæ uocationis munere prouenit. Discant hic prędicatores nõ laxare retia sermonis in fabulis hominum, sed ut hic Petrus in uerbo Christi. Nôrit igitur hoc quilibet prædicator. Quàm diu sibi non magis placent sacræ literæ quàm alia scripta, sic ut peculiariter afficiatur ac ueluti rapiatur, dum illas uerbatim commemorat, certũ est eum non habere gratiam dei ad prædicandum. Sed q in ueritate uerbi dei laxat retia sua, pisces capit plurimos domino deo. Curet itaq; prædicator uerba scripturæ proprie (quod aiunt) in forma citare, sciens uerbum illud sanctum spũs sancti plus operaturum in cordibus hominum, quàm si uel sua uel aliorum hominum uerba recitet. Sic

Psalm.126
Beda.

Jeremi.23 enim & Ieremias discrimen ponit prophetarum: Prophe
ta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet ser
Uerbum Dei. monem meum, loquatur sermonem meum uere. Sed alias plura de efficacia & uirtute uerbi dei. Satis sit hic admonuisse, efficax esse uerbum dei, quoniã omnia ille por
Heb.1. tat uerbo uirtutis suæ, inflammat illud etiam corda ho-
Psalm.118 minum. siquidem sic Dauid ait: Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. & deus per
Jeremi.23 prophetam, Nunquid non, inquit, uerba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram? Nihil ualidius, nihilq; potentius est uerbo dei secundum spiritum sanctum intellecto. Recte igitur Petrus, quamuis adhuc recens & penè semicrudus neophytus in fide, dicit: In uerbo tuo laxabo rete. Adeo ille feruebat in fide etiam ante
Theoph. fidem. unde & tot & tantos pisces comprehendit, ut rete solus extrahere non posset.

3. ¶Laxato itaq; reti, concluserunt magnam multitu
Ambrosi⁹. dinem piscium. ubi pulchre in persona Petri ait Ambrosius: Et ego domine scio qa nox mihi est, quando non imperas: nemo adhuc nomen suum dedit, adhuc noctem habeo. ò fructuosa humilitas. q nihil ante ceperãt, magnam in uerbo domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernæ uocationis & munus. cedunt disputationes hominum, fide sua plebs credit.

Prędica. ¶Disce hinc prædicator, non extolli, si quos uideas uerbo oris tui conuerti & fieri meliores. neque enim loquacitas tua id operatur, sed gratia dei, huic id omne ferasac
Eccl.6 ceptum. Multos pisces conclusit Petrus. O salutarem capturam in reti apostolico, in q̃ qsq; se optet esse, iuxta illud Sapientis: Inĩce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. O felicem capturam, capi &
Isaię.45 concludi hoc ipso reti. sic enim de captiuis etiam Prophe ta loqtur: Post te ambulabunt uincti manicis, pergent & te adorabunt. Sic omnes tum prælati tum prædicato res rete Petri efficere debent in uerbo Iesu Christi, & com plures capient pisces, hoc est, multas conuertent animas
Matth.13 hominum in mari mundi huius natantium, quo nomine recte pisces dicunt. sunt autem ex ĩis mali alii, multi etiã

boni, ut testat parabola euangelica.

4. ¶ Euidens q̃q; argumentum tantæ multitudinis pl scium deinceps ostendit euangelista, quos ceperat Petrus. Rumpebatur enim rete. Præ multitudine piscium, inqt Beda. Beda, rete rumpitur, quia nunc ad confessionẽ fidei etiam cum electis reprobi intrant, qui ipsam etiam ecclesiam hæresibus scindant. Porro quòd Petri rete rumpitur, caue intelligas factum propter ipsum Petrum: quoniam Luce. 22 sic constans est promissio CHRISTI, Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, sed pisces in causa sunt, q̃ rumpitur, quoniam in eo manere nolunt, quomodo rete Roma. 11 scissum est in circuncisione propter quorundam Iudæorum infidelitatem. Nauigans enim in Iudæa Petrus, pau Isaię. 28 cissimos reti suo conclusit Iudæos, sed multitudo gentium ingressa est. Et tamen ad finem reliquiæ Israel saluabuntur. Sic itaque rupturam retis, duobus modis intelligere possumus: altero, ut Beda de hæreticis, qui latera matris ecclesiæ contundunt, atq; scandalis & erroribus scindunt. unde & Augustinus rupta retia ait multas hæreses significasse. Altero autem, ut hic Glossa quæ intelligit de ecclesia circuncisionis, in qua scissum est rete, quia non tot intrãt de Iudæis, quot ex gentibus, qui alij naui uecti succedunt. Quid quod oportuit rumpi rete in malis? Nonne enim ante Iudas retrocessit, & Simon magus, Ananias atque Sapphira perierũt, quàm Paulus & Barnabas perueni rent in rete fidei? Porro quòd ad mores attinet, scindunt rete illud non raro prædicatores ipsi suis exemplis malis & uita peruersa. Sic Gregorius ait, Ad hoc ut seruetur ueri tas prædicandi, teneatur necesse est altitudo uiuendi. & in prima parte Pastoralis, Rete rumpunt, qui quod uerbis prædicant, moribus impugnant. Rumpunt quoque retia qui piscantur noctu, carentes lumine scripturæ sanctæ, & uersantes in tenebris ignorantiæ & errorum. quoniam qui huiusmodi sunt, alios quoq; seducunt, tantum abest ut conuertant. de ijs loquitur Paulus & ait, Volunt 1. Tim. 1 ee legis doctores, nõ intelligẽtes neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmãt. Idq; adeo nũc faciũt neochristianoꝝ p̃dicatores. Quisq; itaque esse cupit bonus piscator Christi, uideat ut instrumenta armaque piscationis suæ bona ha-

Beda.

Augustin. Glossa.

Actuũ. 15

Gregor. super Ieze.

Matth. 4 beat doctrinam sanam & uitam sanctam. Quod si autem scissum habet rete, declinet ad portum: & descendens re-sarciat illud cum Iohanne & Iacobo.

¶ Quumque consideramus omnia ad piscationem hanc spectantia, hoc quoq; adhibere debemus, ut prædicator sit iustus & doctus, atq; omni errorum contagio immunis. Rete quoque sit integrum, & non scissum exemplorum scandalo & uitæ malignitate. Atq; sic fiet, ut facile capiantur pisces. Sunt enim ex ijs quidam, qui metuant nolintque sibi dici ueritatem. quo nomine suggestum & concionem cane peius oderunt & angue. isti nunquam capientur reti fidei & uerbi dei, nimium enim implicati sunt reti diabolico. Sunt alij quoque nimium magni, unde & rumpunt rete. Atque isti sunt qui magna potentia freti, mandatis Christi & ecclesiæ parere recusant, adeo ut etiam contemnant. Et de ijs inquit Propheta, Confregerunt iugum, ruperũt uincula. Quamobrem & dominus nõ multos ex potentioribus conuertit, sed ex sapientibus mundi huius Nicodemum tantum & Gamalielem, ex diuitibus Zachęum & Ioseph ab Arimathia, ex principibus centurionem & regulum. Atque hoc est quod dicit Paulus, Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, ut cõfundat sapientes, & infirma mundi. Multi quidem iam sunt piscatores, prædicatores multi sunt in ecclesia, sicut dominus dicit per prophetam: Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos.

Jeremi. 5.
Johan. 3
Actuũ. 5
Lucę. 19
Matth. 27
1. Corin. 1
Jeremi. 16

Sed hoc unum mihi diligentius paulo considera, quod ait Ambrosius: Rumpũtur retia, nec labitur piscis. Idque ad eo scrupulum alicui mouere posset, eo quòd paulo superius diximus nonnullos disrumpere rete per sectas & hæreses: quo rupto, isti utique excidunt reti ecclesiæ Christi. sic enim Iohannes ait, Ex nobis prodierunt, sed nõ erãt ex nobis. non ergo remanent pisces isti in reti. Verũ quidẽ hoc est, quod hæretici non manent in hoc reti, & tamen quidam mali permanebũt in illo usq; ad cõsummationẽ seculi, quando tandem segregabuntur mali à bonis. Atque ideo etiã mali pisces non semper excidũt reti ex quo-

Ambrosius.
1. Johan. 2
Matth. 13

cunque peccato, sed quo ad intellectum uerborum Ambrosij sensus hic est, quòd pisces etiam scisso reti non excidunt, scilicet electi, quos deus cõseruat inter scandala persequutorum. Nos itaque iam dominum deprecemur, ut nobis quoque ille gratiam suam donare dignetur, mihi loquendi, uobis audiendi, quatenus ego reti uerbi dei ex uobis quoque pisces bonos capere possim quàm plurimos, qui colligantur ad finem mundi in uasa felicitatis æternæ, quam omnibus nobis concedat deus pater, deus filius, & deus spiritus sanctus. Amen.

HOMILIA TERTIA ET ultima.

POst multa quæ discipulis suis dixerat dñs, tandẽ iussit Petrum laxare rete, qui & cepit magnã multitudinem piscium, ita ut rumperetur rete. Annuerunt itaque sociis suis, qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Sed quæ est illa alia nauis, nisi forte Iudæa? Ambrosius. facta est enim Iudæa sanctificatio eius. Sic ergo & isti ex Psalm. 133. synagoga uenerunt ad nauiculam Petri ecclesiam, ut implerent nauim utranq;, quoniam omnes curuant genua sua in nomine Iesu. Beda etiam ferme ad hunc sensum exponit, nisi quod per alteram nauiculam significari putat ecclesiam ex gentibus collectam. scit enim dominus qui Beda. 2. Tim. 2 sunt eius, estq; apud illum definitus electorũ suorum numerus. Quando igitur non tot fideles inueniebant apud Iudæos, quot nouerat ille prædestinatos ad uitam: quæsiuit etiam corda gentium, quæ uelut alteram nauiculam piscibus, sic gratia diuina repleuit & perfudit. Obseruabis autem hic, quòd quum prelatus unus extrahendo reti nõ sufficit, potest ille etiam alios extra suam nauiculam aduocare, sicut coadiutores & prædicatores constitui uidemus: quoniam & Petrus hic socios suos ex altera naui ad se uocauit. Per hoc tamen nihil minus uolo, quàm excusatos habere eos, qui rete hoc ne digitulo quidem minimo tangere uolunt, nec quicq; in eo trahere: totum autẽ illum trahendi laborem in alios reiiciunt, atque interim

auidissime pisces, quos non ceperunt, deuorant. Hi nimirum isti sunt, qui nec prędicant, nec quicquam aliud agũt circa curam animarum, tantum census quærunt & reditus, curandi autem animas laborem omnem mercenarijs

Luc.10 relinquunt, iniquissime sane & iniuste. Rectius faciunt, qui in partem solicitudinis quosdam aduocant, ut hic Petrus socios suos, & Christus duodecim uocauit apostolos, atq; deinceps septuaginta duos discipulos. Idipsum sane iniquum non est, coadiutores accire.

Theoph. 2 ¶ Nutu igit̃ socios suos uocat Petrus, qa ꝓpter stupo

Beda. rẽ magnũ loqui nequibat. Atque uenerũt illi, & utranq; nauiculam impleuerunt. Harum impletio nauium adhuc semper & usq; in finem seculi crescit, nosq; adeo omnes quotquot prædicamus, hanc nobis sumimus implendam. sed quid hoc, quòd penè mergebãt? Sane Ambrosi⁹

Ambrosi⁹. 1. Cozin. 11 mersionẽ hãc eò refert, q; in multitudine tanta plures futuri sunt mali, quoniam oportet hæreses esse, ut probentur iusti. Alij sic intelligunt, quod quamuis non submersæ sunt naues, in graui tamen periculo extiterunt. ita Be-

Beda. da inquit iuxta prophetiam Pauli, quòd nouissimis die-

2. Tim. 3 bus erunt tempora periculosa, & homines sui amantes. Aut nonne illud hoc nostro seculo ita fit, quando hæretici isti nauiculam ita huc illuc agitârunt, ut periculum sit de mersione, nisi CHRISTVS fauore suo eam sustentaret? Vos autem ne moueamini, neq; meruite quicquam, utut sæuiant neochristiani, estote cordati & fortes. Certum est illud, quod sæpe adduximus, Pij Papæ:

Fluctuat & nunquam mergitur illa ratis.

Fides ista petri antiquissima non deficiet, quin magistri umphabit, hæreses omnes desinent, sicut & nulla hactenus hæresis per mille quingentos annos prævaluit aduersus ecclesiam Christi.

¶ Potest autem illa mersio sic intelligi, quando homines rursus recidunt in mundum per pctũm, unde per fidem educti fuerant. Prior tamẽ illa expositio magis cum sacris literis conspirat. siquidem sic & apud Matthæum

Matth. 14 legimus, quomodo uenti impellebant nauiculam prius, quàm ingrederetur in eam dominus: statim autem cum conscendisset ille in eam, cessarunt uenti. Neque nouum

est illud, periclitari nonnunquam ecclesiam & fidem nostram. Ecce enim Cain persequutus est Abel & occidit, Esau insectatus est Iacob, ipsiq; adeo fratres Iosephum, Saul Dauidem, & Absolon eundem patrem suum. Iudæi simul & gentiles conati sunt fidem hanc nostram extinguere, lapidibus, gladijs rotis, lāceis, cruciibus, igni, aqua & si quid aliud restabat, quod in supplicium uerti posset. Vsque adeo semper nauis hæc graues sustinuit uentorum turbines, neque tamen mersa est unquam, quod habeat gubernatorem sapientissimum spiritum sanctum. hic enim est qui custodit eam. Mergi autem in profundum oportet hæreticos omnes. Iam olim in Scyllam impegit Arrius, Nestorius offendit in Charybdi, & parum uigilans iste Dormitantius, sed quid aio? Vigilantius dicere uolebam, ad Maleam legens, dum quæ domi habet, obliuiscitur, insigne fecit iam olim naufragium. Atque iste anser hæreticus Huss, & alter ille Oecolampadius, necnon Zuinglius iste, & alij innumeri, profunda submersi sunt uoragine: quique ex ijs supersunt, mergentur adhuc atra caligine inferorum, nisi pœnitentiam egerint. Et sustinere interim atque tolerare oportet ecclesiam istos hæreticorum insultus, qm̄ omnes qui pie uolūt in Christo uiuere, persequutionē patiētur. Hæretici naufragi. 2. Tim. 3

3. ¶ Videns itaque hoc Petrus, tanquam peritus piscator, colligere poterat id naturaliter non fieri. atque ideo procidens ad genua Iesu, dixit: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Quos, inquit Ambrosius, in uerbo capit, uerbo credit, negat suam prædam, negat suum munus. Exi, inquit, à me domine. Admirabatur enim dona diuina, & quo plus mirabatur, præsumebat minus. Tu tamen uide quàm egregie miraculum hoc CHRISTI expenderit Petrus, quamq; honeste se coram CHRISTO exhibuerit, dum & ad genua illius procidit, & uerbis indignum se declarauit, qui secum haberet dominum. itaque dixit, Exi à me domine, quia homo peccator sum. ad alium uide, qui me dignior sit. sic Moyses etiam fecit, dum dominum in ardenti illo & incombusto rubo conspiceret. Sic admirabundus obstupuit Petrus in monte Thabor. Et quum dominus de passione & mor- Ambros. Exod. 5. Matth. 17 Luce. 9

re sua diceret, sic ille cupiuisset cognoscere etiam prodito
Iohan. 15. rem Christi, ut eum occideret. Quãdo itaq; peccator erat
Augustin. Petrus, utiq; domino indigebat, ut iustificaretur. unde &
Augustinus dicit, Vt piscator loqtur Petrus, dominum &
deum salutis secum habebat, & ei dicebat, Exi à me do-
mine, ac si infirmus medico curanti diceret, Exi à me, qa
ægroto. Domino autem dixit hoc Petrus amore humili-
tatis. Atque idipsum etiam omnes debent facere prædi-
catores, qui quum reti suo multos ceperint homines, su-
perbire non debent, sed dare gloriam deo & procidere
ad genua Christi.

¶Neque sic iam corripuit dominus Petrum ut alibi,
sed magis confirmauit. adhuc enim incipiens & neophy
tus erat in fide, cuiusmodi homines lenius semper sunt
Beda. tractandi. sic & Beda ait, confortat dominus timorem
carnalium, animosq; fragilium consolando erigit: ne
quis uel de suæ conscientia culpæ tremens, uel de ali-
orum innocentia stupens, sanctitatis iter formidet ad-
gredi. Noli timere, inquit ad Petrum, ne uerearis pusil-
lanimis, infirmus, indoctus. Ego te magnum adhuc faci-
am, quoniam homines capies. ait Ambrosius, Noli time-
re, indulgenti domino pctũm fatere. noli timere etiam
quæ tua sunt domino deferre: qa quæ sua sunt, ipse nobis
concessit. Ecce quàm ille plane mitissimus est, qui tot ho-
Beda. minibus potestatem dedit uiuificãdi homines. Ex hoc, in
quit, iam homines eris capiẽs. Atq; hoc ad ipsum Petrum
specialiter pertinet. Exponit enim ei dominus, quid hæc
captura piscium significet: q; uidelicet ipse sicut nunc per
retia pisces, sic aliquãdo per uerba fit captura hominum.
Rursus hic prædicatores docentur, qualem habere debe-
ant adfectum, scilicet capiendi homines & acquirẽdi deo,
neq; enim animus eorum præcipuus eẽ debet in bonis tẽ-
poralibus, in opimis sacerdotijs, sed in salute animarum.
Quomodo autem apostoli nauiculas istas reduxerint ad
littus, & relictis omnibus sequuti sint dominum, illo eo-
dem fortunante, dicturi sumus in festo Andreæ, aut alte
rius apostoli. Quamuis autem penè consimilis historia
apud Iohannem descripta est de multitudine piscium,
Iohan. 21 quos cepit Petrus, eadem tamen non est, sicuti nec una

utriusque significatio, quod Augustinus multis de causis adfirmat. Aug. sup Johānem.

1. ¶Quoniam piscatio hęc primo facta est anno suę prædicationis, illa post resurrectionem, denique ante ascēsionem.

2. ¶Hic Christus in naui sedet, illic in littore stat.

3. ¶Hic iubet simpliciter retia laxari, illic etiam in dexteram partem eiici.

4. ¶Rumpuntur hic retia, illic non item.

5. ¶Hic pene dimersa est nauis, illic non.

6. ¶Hic geminam habent nauiculam, illic unicam.

7. ¶Hic utranq; implēt, isthic retia simul cum piscibus pertrahunt ad littus.

8. ¶Hic nullus exprimitur piscium numerus, isthic capti commemorantur 153. magni pisces.

¶Hinc luce clarius apparet, duplicem illam fuisse piscationem. Quod autem & gemina utriusque sit significatio, idem ille testatur Augustinus. Quandoquidem hæc designat quomodo animarum curatores piscari hic soleant animas, ut easdem in nauiculam adducant ecclesiæ. Illa porro apud Iohannem hoc repræsentat, quomodo tandem pisces boni capientur, & ad finem mundi eligentur in uitam æternam. Atq; hinc iam octo illa discrimina satis patent. Siquidem quia ultima ista fuit piscatio, Christus commemoratur stare in littore felicitatis æternæ, post resurrectionem iam suam glorificatus, ubi & pisces in idem littus attrahuntur. Atque hoc est quod piscatio prima facta est in terris, nauigante tum CHRISTO quoque in mari. Et quur absolute laxari iussit retia, quoniam hic in ecclesia boni & mali sunt pisces, zizania quoque & filices cum tritico crescunt. In die autem nouissimo rete illud tārum in dexterā iacietur ad eos, quibus dicet dominus: Venite benedicti patris mei &c. Rumpitur hic rete quoniam multi sunt in eo nulli (ut est in prouerbio) magni & mali pisces, neque pauci ipsi per hæreses se inde p̄cipitant in mediam maris uoraginem: illic autem boni tā tum erunt, qui rete non rumpunt. Hic mersionem minantur naues, quoniam illa nauicula ecclesiæ multos sustinet impetus: ad hæc, plurimum in ea est indigestæ ple-

Duplex piscatio.

Matth. 13.

Matth. 25

bis, quæ uitam & ordinem bonorum non seruat: Ishic
Apoc.21 uero abstergit deus omnem lachrymam ab oculis sancto
rum, & amplius non erit neque luctus, neque clamor,
sed nec ullus dolor. Ideoque & hic pisces sub aqua tra-
huntur ad littus, siquidem boni homines post mortem
absconditi latent in somno pacis, donec perducantur ad
littus resurrectionis. Hic nauiculæ duæ sunt ex Iudæis
& gentibus collectæ, illic una tantum, quoniam & ouile
unicum erit in uita æterna. Eóque nomine illic pisces ma
Apoc.3 gnos tantum ceperunt, siquidem sancti omnes reges ma
gni sunt & sacerdotes. Vnde dominus quoque dixit: Quis
Matth.7. quis fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno cæ-
lorum. Atqui hic in mari mundi huius pisces capimus
magnos & paruos, bonos malósque: & pars quidem in
reti permanent, pars rupto reti excidunt, alios quosdam
tandem ad consummationem mundi eijcient. Deus &
dominus noster gratiam nobis suam impartiatur, quate-
nus & nos hic capiamur in terris reti uerbi dei, sicq; per-
maneamus in nauicula ecclesiæ, & in die nouissimo
cum alijs magnis piscibus concludamur ad dexte
ram, pertrahamurq; ad littus felicitatis
æternæ, quam omnibus nobis con
cedat Christus Iesus do
minus noster.
Amen.

DOMINICA SE-
PTIMA POST FERIAS PEN
tecostes euangelium
Matthæi V.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quã scribarum & phariſæorũ, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare & uade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

Exodi.20
Deute.5
Iaco.5
Leui.22
Eccl.35
Deut.15
Malac.1
Lucę.12

HOMILIA PRIMA.

IN saluberrimo hoc sermone, charissimi, quem in mõte habuit dominus, & super quem Augustinus libros duos conscripsit, inter reliqua etiam docuit ille perfectionem legis euangelicæ supra Mosaicam istam. Vnde & dixit: Non ueni soluere legem aut prophetas, sed implere. Quicquid ergo defectus extitit in lege ueteri, Christus in noua consummauit & perfecit. lex enim ad perfectionem adduxit neminem. Et quamuis discrimen legis & euangelij magnum quid est, & per uniuersam scripturam latissime extendi posset, nunc tamen animus non est à contextu euangelico discedere. Dicit ergo dñs: Nisi

Augustin.
Matth.5
Heb.7

abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & pharisæorum, nõ intrabitis in regnum cælorum. Dictum hoc ẽ prælatis ecclesiæ, apostolis & successoribus eorũdem, successoribus inquam in potestate, honore & dignitate, atq; utinam etiam in uita. Eos nimirum iustiores esse uoluit p̃ latis synagogæ. Atqui expositio illius uidetur non parum difficilis. Augustinus quidem sic intelligit: Qñ antea dixerat dominus de impletione magnorum & paruorum preceptorum, cuiusmodi est illud, Non occides, addit Christus, ut perficeretur lex non tantum non occidendum esse proximum, sed ne irascendum quidem illi sine causa. Atque sic iustitia euãgelica superare debet pharisaicam istã. Minimum itaq; illud est, non occides, quod quisquis seruat, non statim ideo magnus erit in regno cælorum. sin autem consurgat in gradum sublimiorem, & ne succense at quidem illi temere, tunc sane & perfectior erit, & multum alienus ab homicidio. Sicq; illud quasi declararet superiora, quando dixit dominus, non uenisse se soluere legem, sed implere. Ecce enim præcepit lex, Nõ occides: impleuit dominus & adiecit, quod deerat, nec indignaberis illi sine causa. quod quanto perfectius est illo, quod exiraut similibus adfectibus prouenit?

Li. 20. c. 9 de ciuita te dei.

2. ¶ Alio porro in loco Augustinus sic inquit: Nisi abũdauerit iustitia uestra super scribarum & pharisæorũ. i. superiustitiam eorum, qui soluunt quod docent. De scribis aũt & pharisæis dicit alio loco, quoniam dicunt & non faciũt. Nisi ergo super eos abũdauerit iustitia uestra, id est, ut uos non soluatis, sed faciatis potius quod doceris. Vult dicere Augustinus: Omnis istorum iustitia in sola consistebat doctrina, eaq; sana quidem erat, sed tamẽ illam opere nõ implebant, sicut alibi dicit dominus: Super cathedrã Moysi. Chrysostomus inquit: Docere absq; operibus, condemnat docentẽ. cum itaq; primum se aliquis ipse correxerit, tunc eundem etiam erga alios congruit esse diligentẽ. ideoq; ille putat Lucam de domino loquentem, præposuisse operationem uerbo, quum ait cœpisse eum facere & docere. Ecce quomodo præcedit opus. Quia tunc potest quis ad docendum uenire, quum ipse impleuerit opere q̃d sit docturus. Consonat & Hieronymus, dicens: Magistri

Matth. 23

Chrysost.

Actuũ. 1

Hieron.

eruditio, etiam si paruo peccato obnoxi⁹ sit, deducat eum de gradu maximo: nec prosit docere iustitiam, quam minima culpa deseruit. Et beatitudo perfecta sit, quæ sermone docuerit, opere complere. Vtraque hæc expositio bona utiq; est, sed tamen prior illa aliquãto melior, & rextui accommodatior. Adhuc tamẽ plures inuenio istorum uerborum expositiones, & inter reliquas hæc etiam una est, Quandoquidem enim lex Mosaica manum tantũ (quod aiunt) prohibebat, opusq; illud externum uetabat, insuper euangelium animum quoq; & cogitatiões restringit, eo quòd in lege pœna posita non erat ijs, quæ quisque in animo suo perpetrauerat. siquidem qui legem istam tulerat, homo purus erat, nec cogitatiões hominum cognoscere poterat. Euãgelium autem pctũm punit tam cordis q̃ operis: qm̃ qui illud nobis dedit, uerus de⁹ & hõ est, sicq; renes scrutat & corda. Iudæi porro psuasam, istã habebãt opinionẽ puersam, se aio & cogitatiõe nõ peccare, si opẽ nõ implerent, dicebant enim, Occidere hominem, pctũm est: uelle occidere, nõ item, si non occidas facto. Testatur idipsum ex Iudæis non infimus Iosephus, qui quum de morte scribit Antiochi, contra quem Machabæus pugnauit, quemq; Polybius historicus eo refert miserius esse demortuum, quod in ciuitate Pisidia (uel ut alij legunt Præsidia aut etiam Persidе) templum Dianæ spoliare uoluerit, idipsum refutans Iosephus, dicit: Qui nullatenus egit pctũm, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenetur. Conceptam itaq; istam uanam Iudæorum persuasionem hic dominus noluit refellere, quoniam non opere tantum, sed & animo & cogitatione grauiter peccari soler. Atq; hoc est quod dicit dominus: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & pharisæorum. non quòd per hoc dominus legem cuperet reijcere, quoniam interroganti adolescẽti, quid faciendũ sibi esset ad possidendam uitam ęternam, respondit: Si uis uitam ingredi, serua mandata. sed quia hic & alibi homines ad seruanda præcepta maxime decalogi subinde adhortatus est, illáque planius explicauit in uero sensu, & errores Iudæorum reiecit, sicut ipsa etiam litera clare testatur. Atq; hæc ipsa etiam expositio, licet ab illa priori Augustini multum aliena, in

Li. 12. c. 16

1. Mach. 6.

Matth. 19

se tamen est uerissima. Quartam insuper uerborum illorum inuenio expositionem, eamq; huiusmodi, q dominus existimârit scribas & pharisæos adhuc rudes fuisse in præceptis diuinis, quòd nimium inhærerent externis ceremoniis: hic autem Christus ueritatem ostendit, ueràq; lucem euangelij dedit hominibus, ubi ueteres uix umbrã
Heb. 10 habuerant futurorum. Atq; illa hic sententia est Chrysostomi, qui multis etiam uerbis contra Manichæos docet, Christum non reiecisse legem, quoniam licet imperfecta, à deo tamen fuerit. Quod si ergo Iudæus aliqs bene se gessit in circuncisione sua, circa sacrificia & templum, decet Christianum adhuc esse perfectiorem, ut ultra hoc in corde suo sacrificium offerat domino, simulq; mysticam legis significationem expendat & bona æternæ salutis.
Roma. 9 Quando igit præputium circunciderunt Iudæi, Christiani circuncisionem hanc obseruârunt in spũ, non secundũ literam: & pro agno paschali atq; oblationibus & sacrificijs boum, uitulorũ & ouiũ, nos iam offerimus deo agnũ
Chrysost. immaculatum Iesum Christum. Porro Chrysostomus etiam de iustitia sic ait: Quod illa hic uniuersam dicit uirtutẽ, sicut de sancto Iob dicit: Erat homo iustus & sine que-
Job. 8. rela, non q̃ ille iustus tantum fuerit, quoniam multas etiam alias habuit uirtutes, prudentiam, cõstantiam, patientiam, pudicitiam, pietatem &c. Quum itaq; lex euangelica præstantior sit & superior q̃ Mosaica, idq; in multis donis domini, in sacramentis, in sacerdotio, in oblationibus, in remissione pctõrũ, in aptione cæli, utiq; etiam capita ecclesiæ apostoli, euangelistæ, martyres & doctores maiorem habuere sanctimoniam, q̃ patriarchæ & ꝓphetæ ueteris legis, Abraam, Noë, Moyses, Dauid, Isaias &c. sicq; reliq; Christiani in iustitia superent & excedant Iudæos, plebs plebem. Quid aũt mirũ, si illi ijs fuerint inferiores, q & illuminati nõdum erant, & rudes adhuc erant discipuli, neq; uerũ illum doctorem habuerant spm̃ sanctum, quẽ discipulis demum suis misit Christus, q eos omnem doce-
Johan. 16 ret ueritatem? Dixit itaque apostolis dominus, q iustitia eorũ abundantior esse debeat, q̃ scribarũ & pharisæorũ: ita
Greg. sup Matth. 25 nimirum, qa (ut ait Gregorius) quum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Quando igitur in no-

na legẽ huberior promissa est remuneratio, & gratia spiritus sancti eminentior, oportet etiam in ea pugnam esse magis arduam difficiliorem q̃. Non enim iam lacte & mel le manans terra promittitur, non senectus huberior, nec numerositas filiorũ, non frumenti uini q̃ copia, non ocium, atq; armentorum greges, sed cælum & ea quæ sunt in cælo bona, & filiorum adoptio, ac cum unigenito iuncta fraternitas & societas hæreditatis, & glorificari & cõregnare, & præmia illa quæ promittunt innumera. Merito igitur iustitia nostra abundare debet ultra istam pharisæorum & scribarum. Chrysost.

3. ¶ Accedat iis omnibus sententia quinta. Iudæi em constitutiones quasdam fecerunt, quæ partim aduersabãtur legi diuinæ, partim licet non erant illi contrariæ, ab eis tamen magis diligentius q̃ obseruabant, quàm mandata domini, sicut ob id increpauit eos dominus, dicẽs: Quare & uos transgredimini mãdatum dei ꝓpter traditionẽ uestram? Nam deus dixit, Honora patrem & matrem; & Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunq; dixerit patri uel matri, munus quodcunq; est ex me, tibi ꝓderit, & non honorificauerit patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mãdatum dei ꝓpter traditiõem uestram. & alio in loco: Væ uobis duces cæci, q̃ dicitis, Quicũq; iurauerit per templum, nihil est; q̃ autem iurauerit in auro tẽpli, debitor est. Stulti & cæci, q̃d enim maius est? aurum, an templum quod sanctificat aurum? Ecce qua maturitate dominus corripit Iudæos, q̃ contempta lege domini, proprias sanctiones confirmabant, inutiliter utiq; & frustra, dum quod in lege minimum erat, non seruabant. Est illa etiam hic sententia Hieronymi: Voluit ergo dñs prælatos & apostolos noui testamenti perfectiores esse pharisæis, atq; nec parua, nec magna negligere mãdata. Habetis itaq; hic iã charissimi, uariam illorum uerborum expositionem, quõ iustitia apostolorum, imò & Christianorum omnium abundantior esse debeat, q̃ uel scribarum uel pharisæorum. Non tamen hæc intelligi sic debent, quasi lex Mosaica etiam Christianis sit seruanda secundum literam, demptis moralibus. Ceremonialia nãq; ut de sacrificijs, de purgatiõibus, de cibis ꝓhibitis, de Matth. 15. Matth. 23. Hieron.

non edendo lepore aut porco, & similia innumera, quia non continent in se perfectionem essentialem, sunt abolita. Sic & iudicialia eorum mandata, quoniam & nimis erant grauia, & charitatem offendebant, corruerunt.

Actuũ.15 Quamobrem ait Petrus: Quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, nec patres nostri portare potuerunt? Et hoc est quod manus

Exodi.17 Moysi graues fuerunt, ad significandam legis immodicã duritiem. Eodem pertinent & tabulæ legis lapideæ. Lapis eñ dur⁹ ẽ & grauis. lex aũt euãgelica descripta est in cor-

Ieremi.31 dibus hominum mollissimis, quæ etiam ratio, quòd Chri-

Deut.19 stus ipse nil scripsit. Causa autẽ grauitatis legis Mosaicę, acerbitas est pœnarum, quoniam illic lex ualebat talionis, oportebatq; dentem pro dente, oculum dare pro oculo: graues etiam erant manus illæ, quòd intellectus spiritualis ibi obscurus & absconditus latebat. Sicq; quòd

Exodi.12 agnus paschalis assus Christum significauit, obscurum quid erat, & Iudæis incognitum. Quòd mare rubrum de-

Leui.16. signauit baptismum, nonne obscurum erat? Quòd hirci duo geminam in Christo naturam significârunt, itidem latebat Iudæos, & sic in similibus. Grauis quoq; erat lex Moysi propter ingentem istam mandatorum multitudinem. prohibitiua enim tantum erant trecenta sexaginta quinq;, & præceptiua ducenta quadraginta octo. quæ si coniungas, habebis præcepta sexcenta tredecim. Quibus nonne putas multum oneratos esse simplices? neq; uero in hoc numero cõstiterunt præcepta, sed alia ex alijs subinde subnascebantur noua. Atqui lex ista omnis ex dilectione dependet dei & proximi, quam quis dubitet fuisse feruentiorem in apostolis & martyribus, quàm in patribus ueteris testamenti?

Contra Faustum. 4. ¶Bene expendit Augustinus illud, quod dicit dominus, Nõ intrabitis in regnum cælorum: hoc inquam illud, quod toties in euangelio repetitur, regnum cælorũ. Ait ergo: Deniq; quod nõ temere dixerim, nescio utrum quisquam in illis libris (ueteris testamenti) inuenit nomẽ regni cęlorum, quod tam crebro nominat dominus. Hoc enim proprie pertinet ad reuelationem noui testamenti, quod ori eius nominandum seruabatur, quem regem ad

regendos, & sacerdotē ad sanctificandos fideles suos, uni uersus ille apparatus ueteris instrumenti parturiebat. Sed & illud quod ait, Intrabitis, temere dictum non est. Vult enim dominus ministros suos semper ire debere de uirtute in uirtutem. atq; crescere in operibus bonis, in meritis, & tandē in remuneratione uitæ æternæ. Sic inquit Ieremias: Venite, nolite stare. recordamini procul domini, & Ieruſalem ascendat super cor uestrum'. Quisquis seruire uult deo, ne moreē, neq; stet, sed procedat semper, quoniam legis lator dabit benedictionem, & ibunt de uirtute in uirtutem. Quò facit illud Bernardi: Stare in uia dei, est retrocedere quoniam qui in gratia dei est, quicquid tunc facit, id omne ei meritorium est, dicente Paulo: Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Admonitos itaq; uos omnes uolo, ut solicite & diligenter studeatis & inuigiletis uoluntati diuinæ, efficiatis præsidio gratiæ dei, ut iustitia uestra abundet plus quàm Iudæorum uetera rum: sicq; uos intrare tandem possitis regnum cælorum, quod omnibus nobis concedat deus, Amen.

Jeremi. 51

Psalm. 83

Bernar.

Roma. 8

HOMILIA II. DOMINICAE *septimæ à ferijs Pentecostes.*

IN monte excelso sublimia etiam loquutus est dominus mysteria, & magna præcepta dedit apostolis: ac deinde minus magna & grauia docturus plebem, descendit de monte. Vnde & Beda dicit: Quibus in mōte aperit, ut magna sublimiter audiant, in eos oculos stans in cāpo dirigit, ut audita patenter intelligant. Inter illa ergo ardua & excelsa, docuit se eum esse, qui legem impleturus erat, non soluturus. ideoq; & apostolis commisit, ut iustitiam haberent abundantiorem quàm pharisæi. Idipsum iam porro plenius explicat in quibusdam specialibus mādatis. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico uobis, Quicunq; occiderit, reus est iudicij. Admiratur hic Chrysostomus summā illā sapientiā dei, quod dicit hic Christus, Dictum est antiquis: non au-

Beda.

Chrysost.

tem, Ego dixi antiquis, neq; sic, Pater meus dixit antiquis, & ego dixi uobis. poterant enim inde sibi ansam arripere discipuli cogitandi, quid ita ille sibi nimium tribueret, siquidem adhuc erāt nouitñ in fide, & inde oportebat dominum nōnihil parcere ipsis, ne forte offenderētur. Quoniam licet mētiri nemo debeat, nemo tñ semper tenetur dicere ueritatem. sic nanq; ubi uel nihil prodest, uel plus obest quàm prosit, celanda ueritas est. Sunt quidam rudes homines, qui uidentur sibi præclare fecisse, si quouis in loco citra omne discrimen ueritatem dicant. Male sane, & in multis casibus inique satis. Sed hæc aliâs. Dictum est antiquis, Non occides. De hoc præcepto non est animus iā multa dicere, sed differam usq; in materiam 10. præceptorum. Pulchre autem super hoc scribit Augustinus. sed & illud mitto. Dictum, ait, est antiquis. Quo uerbo declarat ille, multum iam temporis abijsse, quo præceptū hoc datum sit per Moysen. Orditur itaq; de antiquis dicere historijs, ut animos discipulorum faceret attentiores, sicq; audirent diligentius, quid deinceps eis dominus esset dicturus. Neq; id tamē temere factū est q; ille hic ab eo præcepto orditur, à q̄ lex cœperat in moralib⁹, autore Chryso.

Li. 1. ca. 20 de ciui. dei

Exodi. 20

Chrysost.

¶ Quæras aūt, quando ueterem illā legē implere uoluit dominus, cur nō p̄cipuis illis tribus primis exorsus ē? Respōdeo, quia primū mandatū pertinet ad diuinā essentiam in sua ueritate, tertiū autē in sua bonitate. Ideoq; & colēdus ille ut deus uerus est, & propter bonitatē suā peculiare aliquod tempus ei sanctificandū. Istud uero in omni lege fuit cōmune. statim. n. omnibus creatis, sanctificauit deus diē septimū. quā ob rem nō sunt hic gradus ut in reliquis præceptis. Secundū aūt mandatū de iuramento, qa species uarias habet, ideo in sequētibus etiā cōmemorat. Cæterum quartum de honore parentū nō proponit hic dominus. siquidē natura ad hoc inclinamur, & gratia dei deinde perficit quod deerat naturæ. Non fuit itaq; necessarium singulatim illius meminisse. quando. n. & natura hoc iubeat, & charitas dei, minus quoq; in eo erit defect⁹. Atq; hoc de causa à proximo p̄cepto exorsus est hic Christus, & dixit: Non occides. qui autē occiderit, reus erit iudicio. Iudicium hoc habemus in Exodo: Qui percusserit

Exodi 21.

hominē uolens occidere, morte moriat. Huiusmodi ferè iudiciū dedit dñs Petro: Qui gladio pugnat, gladio pibit.

2. ¶ Tribus iam porro gradibus mandatū hoc dominus implet, quoꝝ primꝰ hic est: Ego aūt dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Vidisti, inquit Chrysostomus, perfectā utiqꝫ potestatem. uidisti dignitatem, quæ latorem certe legis deceret. quis eñ prophetarum ita unq̄ locutus est? quis iustoꝝ? qs patriarcharum? Nullus omnino. nam illi per singula sæpius inferebant. Hæc dicit dñs. sed nō ita loquit & filius. illi.n. domini uerba, hic ueroparris annūciat. Dices: An ne semper ira pctm̄ est? Diffiteor. nam & Dauid dixit: Irascimini, & nolite peccare. Quādo aūt ira pctm̄ sit aut nō, statim audiemus. Hoc iam admoneamus, qꝫ Augustinus & Chrysostomus hic legunt: Qui irascit fratri suo sine causa, uel temere, qm̄ cum ratione & ex causa indignari suū modum habet. (exemplar Vaticanum habet ἀκῶ, sed in Latino nihil est quod illi respondeat) & Augustinus quidem uult istud ipsum sine causa, in sequētibus omnibus intelligi debere (q̄uis Hieronymꝰ censet radendū esse illud, sine causa) sic, ut accipias eum, qui sine causa irascit, sine causa dicit Racha uel facue. Hic per irā cōmuniter intelligunt doctores rancorē conceptum in corde, iracundā istā cōmotionem animi. Quisquis ergo irā suam & animum cōcitatum declarat extrinsecus gestibus uel uerbis furorē spirantibus, reus erit cōsilio; sed qui etiā uerba contumelioſa addit, reus erit gehennæ ignis. Ecce tres in ira gradus: primum in animo, secundū in gestibus, postremū in uerbis ignominiosis. Atqꝫ ijs tribus gradibus dominus opponit tres etiā suppliciorū gradus, quorum primus est, reus erit iudicio: secundus, quia reus erit cōsilio: tertius, reus erit gehennæ ignis. Hinc etiam patet, peccatum peccato grauius esse, atqꝫ ideo etiā illis grauioribus supplicia acerbiora deberi. Quod ad uoculam racha attinet, ait Augustinus, se quendā Iudæum interrogasse, illumqꝫ respondisse, uocē eā esse non significantē aliquid, sed indignātis animi motum exprimentem. (milha, sicut apud nos interiectio indignantis.) Quod si autem qui succenset, insuper etiam proximum suum contumelioſe adoritur, & fatuum

Chrysost. Psalm. 4 Augustin. Chrysost. Augustin. Hieronym. Augustin.

uocat sine causa, iamiam gehēnam ignis commeruit. Atque hic quidem exemplum nobis proponitur iustissimi iudicis, qui ob unicum uerbulum contra proximi charitatem prolatū suppliciū inferre uult gehennæ. Quæres adhuc, cuiusmodi sit harum triū pœnarū discrimen, iudicij, consilij & ignis. Respondet en tibi in hoc Augustinus: Reus iudicij est, de quo discernēdum adhuc est in iudicio, an aliquid cōmeruerit uel non, ita ut transgressio ipsius ambigua sit. Reus est aūt consilij, de cuius quidē transgressio
Augustin. ne non ambigitur, sed tamen quo supplicij genere sit afficiēdus, idipsum adhuc consultatione indiget. Reus gehennæ ignis est, de cuius tum præuaricatione tum supplicio constat, ut hic iratum certum est pœnā meruisse æternam. Hinc itaq; iam facile patet, quomodo Christus impleuerit legem & perfecerit, lex enim punit occidentem,
Exodi. 29 eo quod facit contra fraternam charitatem; Christus aūt, quia perfectior est, uult nos nec animo, nec gestibus, neq; cōuitijs aliquam iram declarare. Nihil enim ita studet de-
Chrysost. us, ut nos mutuis charitatis nexibus colligare, propterea & per semetipsum & per discipulos suos, tam in nouo quā in ueteri testamento, plurimo hoc mandatum cōmendat sermone, & uehemens animaduersor atque punitor est eorum, qui præceptum tale contemnunt.

3 ¶ Simul atq; autem Christianos suos docuit dominus fraterne & amice unà uiuere, neq; quicquam indigna-
Chrysost. ri, non ignarus utiq; fuit ille tamen fragilitatis humanę, siquidem non omnino illum extinxit affectum: primo q dem, quia impossibile est hominem passionibus liberari. nā ut regere illas possumus, ita absq; illis esse nōpossumus. Porro iā nos mitissimus ille dñs recōciliari inuicē docet, si qñ irasci cœperim⁹ proximo nostro. Ait ergo: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, uade & reconciliare fratri
Augustin. tuo. Augustinus hic uult dominum uoluisse nos præmonere, fas non esse in animo tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur: sed potius curandū, ne sol occidat
Ephe. 4 super iracundiam nostram. Egregie expendit uerba hæc
Chrysost. Chrysostomus, & dicit: O ineffabilem benignitatem, atq

immensum erga homines amorem dei. Honorem suum despicit, dum in proximo charitatem requirit. quid enim his uerbis mitius esse possit? quid lenius? Interrumpatur, inquit, ministerium meũ, ut tua charitas integretur. Duo hic nobis intelligenda, proponit dominus. Alterum offe Offerre.
rendum esse ad altare, adeo etiam tum sancte tum constã-
ter, ut si quid inter offerendum inciderit, oblationem re
linquẽdam ibi esse, neq; rursus auferendam: quoniam of-
ferre & opus est beneplacitum deo, & actus latriæ. Quam
obrem ipse etiam dicit per propheram: Offerentur super Isaiæ. 60
placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorifica
bo. Dauid quoq; uidens optimates omnemq; populum su
um offerre in templum, dixit cum gaudio magno: Domi
ne deus Abraam, Isaac & Iacob patrum nostrorum, custo 1. Par. vlt.
di in æternum hanc uoluntatem cordis eorum, & semper
in uenerationem tui mens ista permaneat. Ecce quomo-
do sanctus ille propheta, quem dominus inuenisse se ser-
uum secundum cor suum testatus est, rogauit dominum,
ut populum suum in hac bona uoluntate cõseruet in of
ferendo, quod nisi opus esset beneplacitum deo, Dauid tã
topere non petiisset. Præcepit hoc ipsum etiam dominus Deute. 16
ut quilibet uir ter in anno appareat in loco quem elege
rit deus. (hoc est, Ierusalem) & sequitur, Non apparebit in
conspectu meo uacuus, sed quilibet offeret iuxta quod ha Exodi. 23.
bet, secundum benedictionem domini dei sui. Vnde doce
mur grati esse deo nostro, & offerre illi pro facultatibus
nostris, quas largitus est nobis. Hinc etiam mirari desina-
mus, si quando uidemus maxima quorundam bona eua-
nescere & dilabi, opulentissimorum hominum liberos de
pauperari. forte enim maiores eorum male corraserunt
diuitias per usuram & fraudem, per fas & nefas. forte eti
am bonis suis non honorârunt deum, neq; in oblationi-
bus sui cultus, neq; in eleemosynis pauperum. Alterum
est quod præclare hic admonet Chrysostomus. Audiant Chrysost.
ii qui sacris initiati, tamen in inimicitijs ad communionẽ
altaris accedunt. audiant etiam illi, qui non sunt initiati.
offerunt nanq; & ipsi munus & hostiam, orationem dico
& eleemosynam. Ecce potius uult dominus te orationem
tuam relinquere, & reconciliari proximo tuo, tunc̃q; de

mum ad orationem redire. Ideo enim deus homo factus
est, omniaq; fecit, ut nos in unitatem congregaret. Exal
Matth. 6. Luce. 6 tera parte præcepit, ut remittamus proximo nostro no-
xam: ex altera iubet offensorem, misso sacrificio, reconci
liari proximo suo. Sicut ergo prohibuerat ante irasci, ita
hic rursus præcipit, si quis forte indignatus sit, proximo
suo reconciliari iterum, eo quod oratio sua, omneq; sacri
ficium opera sint minus grata deo, nisi in gratiam redi-
erit cum proximo suo. Recte itaq; præcepit Apostolus, ut
Ephe. 4 ne sol quidem occidat super iracundiam nostram. Voluit
quoq; eo ipso declarare dominus gratissimum esse deo sa
crificium, quod quis ex charitate offerat.

4. ¶ Quid si autem, inquit Augustinus, proximus quē
offendi, alibi sit trans mare, uel in remotioribus locis?
Tam diu ne ad aras manebit oblatio mea, donec redeat il
le, ut sic denique post tantum itineris emensum spacium e-
go offeram? Respondet ille tandem post multa, & dicit
nos ad reconciliationem properare debere, cum cogita-
mus nos proximum nostrum offendisse: neq; tamen sem
per nos abire debere pedibus corporis, sed potius adfecti
one mentis nos humiliare coram proximo nostro, in cō
spectu eius cui munus tuum offers. Quod si itaque ille sit
præsens, posses eundem quoq; rogare, & reconciliationē
postulare: ita tamen, ut prius quoque gratiam postulāris
à deo, qui etiam hoc uult, ut cum offers, memor offensio
nis fraternæ, proponas tibi reconciliationem, eodémque
deinceps adfectu animum tuū reuoces ad præsentem ob-
lationem. Atque sic fratres Ioseph petierunt reconciliati-
Gene. vlt. onem: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,
ut hæc tibi uerbis illius diceremus, obsecro ut obliuiscā-
ris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quā
exercuerunt in te. Post reconciliationem ueniens offer
munus tuum, eoq; nimirum aperte dominus designat, de
um magis intueri offerentem quàm oblationem, sicut &
Gene. 4. Luce. 21 Abel respexit & ad munera eius. Ecce hic Abel præcedit.
Sed & Christus ipse magis respexit mulierem illam uidu
am, quæ in gazophylacium mittebat æra minuta duo.
Quisquis enim dum sacrificium offerre uult domino, se-
ipsum subtrahere cupit illi, meritum nullum habet, quo-

modo & deus ait per Paulum: Qui subtraxerit se, nō placebit animæ meæ. Habens itaq; aliquis simultatem aut odium cum proximo suo, non respicitur à deo, neque illi gratus est. usque adeo dissidia fraterna odio sunt deo, qui non est utique deus dissensionis, sed pacis. unde & Iohannes dicit: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcęcauerunt oculos eius. Vos modo in Christo dilectissimi, nolite indignari proximis uestris. Quod si autem cœperitis irasci, sol tamen non occidat super istam iracundiam uestram. Quantum in uobis est, pacem habete ad omnes. nā & deus uos in pace uocauit, sicq; omnes oblationes uestræ, orationes, eleemosynæ, & opera bona omnia accepta erunt deo, uobisq; meritoria uitæ æternæ, quam uobis & mihi largiatur largitor bonorum omnium deus, q̄ est in secula benedictus, Amen.

Hebr. 10

1. Cor. 14

1. Iohan. 2

Ephe. 4

Roma. 12.

HOMILIA TERTIA DOMINICÆ SEPTIMÆ DE IRA.

FRatres charissimi, hodiernum illud euangelium sanctum eò facit, ut ne succenseamus proximo nostro, sed fraternam cum illo charitatem constantissime foueamus. Quod si autem leuiter aliquando ad iram prouocemur, ut hic quoque modus nobis sit & ratio certa, quando ira peccatum aut non, totam hanc materiā lubet breuiter pertractare & sub decursu: quoniam in se amplissime patet, posset̄q; per multas homilias extendi. Dico ergo principio, iram cupiditatem esse uindictæ. Est autem ira quædam bona, alia quoq; sufferri potest, alia uitiosa ē & peccatum. Primū omnium ira bona ea est, cum quis sibīpsi suoq; peccato indignatur. & illud in se cupit ulcisci atq; punire. sic Paulus ait, Si nos dīudicaremus, nō dīudicaremur. Sancta hæc ira est & salutaris, deoq; bīpla cens, de q̄ Dauid: Irascimini, inq̄t, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris cōpungimini. Sed & illa quoq; ira bona est, cum uir bonus quispiam

Ira.

1. Cor. 15.

Psalm. 4

irascitur peccatis & sceleribus hominum, dummodo proueniat illa ex zelo iustitiæ. Vtinam autem principes, iudices & consules huiusmodi iram haberent in corrigendis malis, quantum uitiorum caueretur? Exemplum huius
Nume.25 iræ habemus in Phinees filio Eleazari, qui deprehensum cum muliere Moabitide Iudæum occidit, dixitq; ad Moysen dominus: Phinees auertit iram meam à filijs Israel, gazelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Sic indignatus est & Matathias,
1. Mac. 2 cõspicatus Iudæum quendam sacrificare idolis ad iussum regis. tunc enim cum dolore contristatus est, & contremuerunt omnia membra eius: inflammata quoq; est ira sua secundum iudicium legis, & irruens occidit eum. Plenaq; est scriptura tota exemplis innumeris huius iræ, honestæ sane & salutaris, ad quam pertinet illud præceptũ
2. 1. offi. Ambrosij: Irascimini ubi est culpa, cui irasci debeatis. Nõ potest enim fieri, ut non rerum indignitate moueamur, alioquin non uirtus, sed lenitudo ac remissio iudicatur.

¶ Atq; hæc ipsa ira non tantum peccatum non est, sed & quisquis in magistratu constitutus illam non habet, is quoq; peccat. Sic Saul cum regem Aggab uinctum in bello cepisset, & parceret illi, indignatus est dominus super eum, & dixit: Pœnitet me Saul fecisse regem. Et cum rex Achab parceret in bello Benadab regi Syriæ, ipsumq; di
3. Reg. 20 mitteret inito pacto, uenit Micheas & dixit: Quia dimisisti uirum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Ecce quia
3. Reg. 22 non commotus est zelo & indignatione Achab super regem, iratus super eum dominus, puniuit illum, ira ut interficeretur in bello à populo regis Syriæ. Periculũ nunc quoq; est, ne qui in magistratu sunt cõstituti, grauiter offendant deum, dum impune permittunt cuiq; sua etiam maxima uitia cedere. Quicunq; enim sic irascuntur, non peccant, teste Gregorio, cum ait: Si nobis & proximis no
2. 5. mo- stris irascimur, non peccamus. siquidem ex uirtute id proralium. uenit, eo quòd animus uere generosus indignetur oportet, cum uidet uitia palam fieri impune. Cõtra si indignatio huiusmodi feruet, fit ut homines magis ad uirtutes incitentur. Vnde & Chrysostomus inquit: Si ira non fuerit,

nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. patientia enim irrationalis uitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos ad malum inuitat.

2. ¶Est alia ira tolerabilis, neq; pctũm mortale, atq; id gemina uia. Quidam enim sola irascuntur impatientia in aduersis, quæ impatiẽtia magis est quàm ira. quamuis enim sint impatientes, uindictam tamen non cupiũt, atque ideo etiam pctũm mortale non est, nisi huiusmodi impatientia usum prohiberet rationis: de quo aliâs, quomodo homo debeat esse patiens & in quibus. Alij uero quum sint naturaliter calidi, faciles & proni sunt ad irã, statim incenduntur & feruent: quæ commotio prima, citra præmeditationem exurgens in homine ex sola sensualitate, uel pctũm omnino non est, uel certe exiguum & ueniale. Tantum curandum est hic, ut in alijs primis motibus, ne crescat, ne perseueret, néue tu consentias, q̃niam sic ex ueniali fieret mortale. Hinc Dauid ait: Declina ab ira, & derelinque furorem. Sed & in legibus imperatorijs ita cautum est, q̃ quicquid calore iracundiæ uel tia apparuerit iudicium animi fuisse. Possem etiam tertio loco sub hunc ordinem referre eos, qui scienter & meditato animo irascuntur etiam cum cupiditate uindictæ, sed exiguæ alicuius, neq; admodum nociuæ. Atq; hæc etiam ira dicitur imperfecta, quoniam licet ex parte irascentis sit perfecta, ratione tamẽ obiecti & imperfecta & exigua est, neq; pro pctõ mortali censetur. Ita si quis uindictam cupit pro contumelia sibi illata, iuxta ordinem & formã iuris, non autem uult ulcisci se contra præscriptum & dictamen iuris, pctũm quoq; mortale non est, imò si quis id faciat ex amore & obedientia magistratus, bene facit. siquidem ira hæc mater oñis honestæ disciplinæ. Et tantũ de ira quæ pctũm non est, aut ueniale tantum.

Psal. 36
L. quicquid ff. de reg. iuris.

3. ¶Est autem ira etiam pctũm mortale, idq; adeo qua druplici, aut etiam pluribus rationibus.

1. ¶Si quis præmeditata uoluntate apperat uindictã, uelitq; proximo suo damnum etiam notabile & ingens inferri citra iuris præscriptum, hoc nimirum pctũm est

Matth. 5 mortale, dicente domino in euangelio: Qui irascitur fratri suo, reus est iudicij.

2. ¶ Si qs animum suum iratum uerbis aut gestibus importunis declaret, itidem peccat, quod hic dñs admonuit in eo quod dixit: Quicunq; dixerit fratri suo racha.

3. ¶ Quum etiam cupiditate uindictæ conuitiari qs incipit, & uerbis uti cõtumelijosis, puta fatue, insane, claude, fur, latro, nequam, homo nihili: hoc quisq; fecerit ex ira sine causa, peccatum magnum facit, de quo etiam dominus: Qui, inqt, dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Dices: Atq Christus quoque Iudæos stultos ac cæcos, & duos illos discipulos euntes in Emaus, itidē stultos & tardos corde uocauit. Paulus etiam Galatas stultos & incircuncisos, atque uelut effascinatos increpauit. Audio, sed tu uicissim Augustinum mihi audi. Et Christus & Paulus idipsum fecerunt, ut sine ira, ita non citra causam, qa in correctionem illorum, non cupiditate uindictæ. quo nomine in hoc casu iratis peccatoribus adnumerari non debent. Potest itaq; à nobis bono animo in disciplinam & piam correctionem proximus noster sine peccato fatuus aut stultus appellari.

Matth. 23 Luc. 24 Galat. 3 Augustin.

4. ¶ Quod si qs autem animo irato non tantum cõuitijs & contumelijs pugnat, sed iam etiam factum ipsum adgreditur, contendit, miscet iurgia, percutit, offendit, uulnerat, aliena diripit, perdit, exurit: ea demum magis nociua, uirulentaq; est ira, de qua plura in homilijs de qnto præcepto.

5. ¶ Quum quis iram adeo animo suo conceperit perseueranter, ut plane efferuescēs crescat & solidetur ac obfirmetur in odium, quod homicidio comparatur, cum inquam sic ex festuca trabes, ex paruo peccato peccatum fit maximum, grauissima sane est offensa dei & proximi, sic Iohannes inqt, eum q odio habet fratrem suum, esse homicidam. Habetis en hic dilectissimi, multos iræ gradus, quos quàm fieri potuit breuissime, explicauim⁹, cœpimusq; primum statim ab illa laudabili ira, & peruenimus usq; ad pessimam istam, quæ odio & homicidio inuoluta est. cœpimus inquam dicere de illa, de qua Sapiens ait: Melior est ira risu, qa per tristitiam uultus corrigit animus

1. Johan. 3

Eccl. 7

delinquentis. & progressi sumus usq; ad iram, de qua Iacobus: Ira, inqt, uiri iustitiam non operatur. Iacobi.1

4. ¶Quum autem grande adeo peccatum sit ira, graviter etiam illo offenditur deus, atq; ideo toties in sacris literis prohibetur. Ecce enim Ioseph præcepit fratribus suis, ne alter alteri succenseat in uia. Et Iob dixit: Non te superet ira, ut aliquem opprimas. Sapiēs quoq; ille eccle siastes ait, Ne acceleres irasci. ira nanq; in sinu stulti requiescit. Quō facit illud Iacobi: Omnis homo sit uelox ad Iaco.1 audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Non absimile est istud Sapientis, qui præcipit: Aufer iram à corde tuo. quomodo etiam Iacobus iram & indignationem iubet auferri. Tu si uoles percurre hoc modo omnem scripturam, & ubiq; inuenies quàm grauiter deus prohibeat iram, sicut & hodierno docemur euangelio, Iacobi.1 Matth.5 & à Paulo monemur puras leuare ad deū manus sine ira & contentione. Moueantur itaq; iis & similibus monitis 1.Tim.2 qui facile & temere irasci solent, ut saltem temperent irā erumpentem ac leuiter nimis efferuescentem.

¶Quod autem multum displiceat deo ira huiusmodi, en tibi testem Sapientem, quum ait: Ira & furor, utraque Eccl.27 execrabilia sunt, & uir peccator continens erit illorum. quoniam non parum contemnit deum iratus, dum uindictam deo debitam, sibi usurpat. sic enim dominus ait per Moysen: Mihi uindictam, & ego retribuam. Quando ita- Deut.32 que iratus deo non permittit uindictam, potestatem sibi Roma.12 uendicat diuinam. Præterea eo quoque non parum deo displicet ira, quoniam hæc deum ipsum & spiritum sanctum suo expellit domicilio. Aut ubinam locus dei? ecce Psalm.75 tibi respondens Dauid, inquit: In pace factus est locus eius. Contrà in ira locus diaboli est, iuxta sententiam Gregorij super illud Pauli: Nolite contristare spiritum Ephe.4 sanctum. Quum ira pulsat pectus animum'q; nostrum, perturbat domicilium spiritus sancti: neque raro dum prævalet ira, totam expellit trinitatem, & diabolum hospitem inducit.

¶Certum est enim, quòd quàm abominabilis est apud deum ira, tam grata diabolo est, siqdem & igni seu incēdio spirituali similima est. sicut enim inter reliqua elemē

ta ignis & plurimum & celerrime nocet, ita magnum uitiorum incendium diabolus parat ex igni & facibus iræ, de cuius ardore Sapiens sic ait: Secundum ligna syluæ, sic ignis ardescit: & secundum uirtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Multa ibidem de incendio iræ habet Sapiēs. Et egregie obserua, quòd sicut ligna, ita ignis est. sic itaque diuites & potentes indignantur, & nihil nō proferunt, quo terreant alios & dehortentur. Nimis enim quàm nociuum est, potentem esse iracundum, sic ut istum furorem cohibere & (ut ille ait) catenis nequeat compescere. quàm facile fierer, ut ex huiusmodi flamma & scintilla incendium pararet, quo regionē totam pderet?

Ecclī.28

Potens iracūdus.

¶ Multum uero lucri ira conciliat diabolo, cui, dici nō potest, quot animas illa acquirat. multum enim irrequietus est, qui multis leuiter irascitur: neq; sibi tantum, sed toti uico, oppido, imò & regioni uniuersæ lites infert, iurgia miscet, contentiones seminat, & qd multa? pestis est, non homo. neq; multo diuersum accidit iracundo à cane improbo, qui dum alios mordet, cæteros quoque canes sui stum latratibus tum morsibus irritat. Quamobrem & Sapiens dicit: Vir iracundus prouocat rixas, patiens autē excitatas compescit. Quando itaque pcūm est ira, deumque grauiter adeo offendit, & uicissim diabolū tantopere exhilarat, decet utiq; nos pietate & mansuetudine Christiana, omnem iram fugere, sicq; & deo magis placebimus, & humanæ naturę propinquiores erimus. siquidē ea benigna, patiens, mitis & suauis est. Aut quid aliud sibi uelle putas, nisi humanitatem præ se ferre, quod non dedit natura homini ungues præacutos & aduncos, dentes asperos & incuruos, cornua horrida, faucem amplam, & os mordax, cuiusmodi habent leones, ursi & apri, lupi atq; consimilia bruta effera & furiosa animalia? Aut quid est obsecro, quidue refert (tam hic appello conscientiam irate & furibunde) assiduo latrare instar canis, cornibus petere ut taurum, mordere quasi lupum, subinde impetere calcibus uelut equum, & ferire dentibus instar apri, laniare quoslibet ut leones aut ursi solent, pungere ut uipera? Non sic inquam, non sic homines, quos cogitare de-

Prouer.29

Natura homo benignus.

cet & meminisse, homines esse se, & hominem ab humanitate dictum potius quàm ab humo, neq; semetipsos cõparare debere iumentis insipientibus. Quin magis mites sint, patientes & benigni, quoniam mites hæreditabunt terram, & mansuetos suscipit dominus, pctõres autem humiliat usq; ad terram. Quamobrem & Paulus dixit: Seruum domini non oportet litigare, sed mãsuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati. Quisquis enim sic mitis fuerit & pacificus, huic pacis autor & largitor dominus daturus est pacem æternam, quam omnibus nobis concedat ille hic & in æuum, Amen.

Psalm. 36
Matth 5.
psal. 146
1. Tim. 2

HOMILIA QVARTA ET *ultima de ira.*

ETsi exanimo pio & adfectu bono proficisci possit ira honesta illa & laudabilis, quam habuit Moyses super eos, qui uitulum aureum adorauerant, è quibus etiam tria & uiginti millia interfecit, Leuitæq; q in hoc ei auxiliatores adfuerant, benedicti sunt. Habuit consimilem iram & Iehu super sacerdotes Baal, quos una die curauit occidi, & laudatus est à domino. Huiusmodi ira irati sunt Iudæi omnes aduersus tribum Beniamin, de qua uiginti quinq; millia occiderunt, iam ante diuinitus certiores facti de uictoria. Et tali ira succensuit Paulus mago Elimas, cui dixit: O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus non uidens solem usque ad tempus. Attamen quàm bona ira illa est, tam rursus mala & nociua est ista, quæ ex peruersa proficiscitur natura. nocet em corpori, uitæ, animo & rationi, ipsis q; adeo cohabitantibus irato. Principio nanq; nocet ira proxmis nostris. siquidem iracundus uicino suo intolerabilis est, iuxta illud Sapientis: Graue est saxum & onerosa arena, sed ira stulti utroque grauior. Nanque dum iratus amicitiam scindit & gaudia perdit, tolerari non debet, sicut Sapiens inquit: Homo iracundus incendit litẽ, & perturbat gaudia.

Exodi. 32

4. Reg. 10

Jud. 10

Actuũ. 13

Damna iræ.

Proue. 27

Eccl. 28

Prou.22. Atq; ideo præcepit Salomon: Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Et alibi: Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Atque ut maxime quis irato se adiungat, non diu tamen durabit illa amicitia, eo quòd statim ubi sufflaueris, quasi ignis exardescit. Quoties autem iratos facti mali pœnitet, sed frustra & sero nimis? Quid quòd iracundi maxima mala coniunctissimis amicis suis inferunt?

Prou.18

Eccl.28

2. Neq; minus ira ipsa sibi pœna existens, irascenti nocet in corpore & animo: corpore quidem, quoniam dum irascitur, membris omnibus deformatur. uertit enim flammantes oculos, inflatam & turgentem commutat faciem eáque nunc rubore perfundit, nunc rursus pallescit tota: manus tremunt, lingua titubat, totusq; homo alius uidetur omnino. ut iam necessarium sit, rem illam magnam esse & homini aduersam, quæ sic illum immutat & alterat: neque uero citra magnum detrimentum, uis & uiolentia tanta fieri potest. Hinc ait Seneca: Nihil æque proderit iratis, quàm intueri deformitatem iræ, nam in ea facies turbatior ora pulcherrima fœdat, toruos uultus reddit, & linquit decor omnis iratos. Aiunt periti, uel graui morbo corripi, uel omnino emori eum, qui incensus ira biberit. Mulier quoque si furore commota lac præbeat paruulo sugendum, magnum malum ac defectum, quem per omnem uitam patietur, aut ipsam etiam mortem illi infert. Eat nunc quisquis uolet, & irascatur, sæuiat, furiat, quando res tam nociua est iracundia. Quum itaq; philosophi perhibent, iram multos inducere morbos, abbreuiare uitam, nolite contemnere tam salubria monita. id enim & Sapiens testatur, quum ait: Zelus & iracundia minuũt dies, & ante tempus senectam adducit. siquidem dum tristitiam incutit, per illam quoque exiccat ossa. Vitanda igit & fugienda est ira non tantum ob immoderatam intemperãtiam, sed & propter sanitatem. Ira, inquit Albertus, est uentus pestilens, hoīs interiora depascens, uitã minuens, guerras & rixas commouens, castra & uillas cõsumens. Prudẽtius q̃q; in Psychomachia, ipsoq; ad eo iræ & patientiæ conflictu, sic ait:

Seneca.

Ire malũ.

Eccl.30

Prou. 17

Seneca Albertus.

Pruden.

Ipsa sibi est hostis uesania, sc'q furendo
Interimit, moritur'q suis ira ignea telis.

¶Sicut autem corpori & uitæ, ita animę nocet ira. quo modo em̃ iratus utaf ratione sua, quando & Dauid oculũ suum præ furore turbatum esse conqueritur? Vulgatum est hoc, attamen uer̃, quod irati dicere solent: Ira mihi animum pturbat, quo minus possim ueritatem uidere. Diabolus ergo in hoc piscatorem agit. quomodo em̃ hic in piscatione aquam perturbat, ne uideant retia pisces, sic'q facilius capiant; ita diabolus, quãdo congregationem aliquam hominum cupit irretire peccatis, ira perturbat, & tunc omnia miscent ac confundunt. Quid quòd rarus, imò penè nullus est, q̃ diteſcat ira? dum em̃ animum exatiare cupit, forte pro ictu uno expendat oportet aureos centũ. Sic sapiens bona ait ira & iurgijs imminui. Sunt q̃ dum satiare uolunt animum, uerbera inflicta rependentes, pereant, bonisque omnibus excidant, ne dum ipsi, sed & filij. Psal. 6. 30

3. ¶Dici autem non potest, quantum ira incommodet animæ, at'q id quadruplici uia: Primum statim facit ira, ne deus alicui pctã dimittat, iuxta illud Sapientis: Homo hoi reseruat iram, & à deo quærit medelam? In hoiem similem sibi non habet misericordiam, & de pctis suis deprecat? ipse cum sit caro, iram reseruat, & pctõ remissionem petit à deo? Quis ergo orabit pro pctis illius? quasi dicat: Nemo. Magnum ita'q hoc est in ira, quòd quàm diu q̃s illam retinet, deus quoq; iram reseruat sup ipsum. Vsq; adeo nemo pro pctis irati audet rogare dñm. Eccl. 28

2. ¶Facit quoque hominem pronum & procliuem ad omne malum. sic em̃ Salomon ait: Qui ad indignandum facilis est, erit ad pctã procliuior. Quid multa? Ianua omnium uitiorũ est iracundia, qua clausa, uirtutibus intrinsecus dabitur qes. eadem etiam aperta, animus ad omne uitiorum genus armat, eo q̃ usum rõnis impedit ira: q̃ impedito, obstaculum & ueluti repagulum obiectũ est omnibus uirtutibus, quamuis etiam uitia quædam immediate ex ira nascant, puta iurgia, uerbera, homicidia, bella, rapinæ, incendia, piuria, blasphemiæ, & hmõi innumera. Prou. 29

3. ¶In hoc quoq; multum nocet ira animæ. q̃ ipsam

excæcat. sicut enim coruus quum nactus est cadauer, primum statim adcurrit ad oculos, ita diabolus quoq; primũ omnium festinat ad oculum intelligẽtiæ, quam quonam modo deprædetur, iam antea declarauimus. Quoniam ubicunq; ira est, ibi sapientia non dominatur. Regi, inquit Sapiens, acceptus est seruus intelligens, diabolo gra-
Prouer. 14 tior est cæcus, & excæcare iram, testatur Iob, dicens: Caligauit ad indignatiõem oculus meus. Quod & Dauid per
Iob. 17 Psalm. 57 similitudinem non absurde expressit, quum ait: Supercecidit ignis, & non uiderunt solem. Ignis iste ira est, super quemcunque ergo ceciderit ignis iracundiæ, uidere non potest solem iustitiæ: quoniam ira excæcatus est, ut recte dixerit ille sapiens: Duo aduersa sunt prudenti consilio, præcipitatio & ira.

4. ¶ Præterea in hoc quoque multum incommodat ira animæ, quòd priuatur omnibus bonis & uirtutibus, si
Iacobi. 1 quidem iustitiam homini adimit, quam ira uiri non operatur. Sic iudex ira commotus, nequit discernere iustum ab iniusto: quumq; sibi uidetur egregie pro dictamine iustitiæ egisse, re tota excidit, quoniam iudicis est cum man suetudine causam omnem audire diligenter, iuxta illud
Sapien. 12 Sapientis: Tu dominator uirtutis, cum tranquillitate iudicas. Habemus super ea re Glossam egregiam in Iob, qũ
Iob. 36. dicit, Non te superet ira. quæ facit, ut qui corrigit, sæpius sibi uideatur bene facere, quum peccat. ait ergo, Si ira correctorem superat, ante opprimit quàm corrigat: & sub specie zeli iustitiæ, furor est. Zelus enim iustitiæ, qui est quasi ignis, ardere debet oleo misericordiæ: & sicut ignis confringit lampadem, si non sit in ea oleum: ita zelus iustitiæ cor hominis destruit, nisi adsit oleum misericordiæ. Cupis exemplum huius uidere? Ecce in Christo zelus iustitiæ uolebat excidium Hierosolymæ, ita ut etiam nõ maneret lapis super lapidem: sed accessit oleum misericordiæ, quia uidẽs ille urbem, fleuit super eam. Deus ipse quoque ostẽdit se pœnam malis, quam infligit ex iustitia, inuitum id facere per misericordiam. ita enim di-
Isaiæ. 1 cit per Isaiam, Hodie ego consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Misericordiam quo-
Prouer. 27 q; aufert ira, teste Salomone, ira non habet misericordi-

am, nec erumpens furor. Ira enim charitatem extinguit, ideoq; ubi hæc abest, misericordia esse nulla potest. Cætera mitto. Postremo ad materiæ huius conclusionem, quãdo auditum iam est, quàm iratus sit deus omnibus iracundis, quamq; grata sit ira diabolo, quanta sint incommoda quæ nobis ex ira emergunt, admonitos uos omnes uolo, iram istam, furorem breuem fugere, uitare, compescere, atq; pro ea diligere pacem, sectari charitatem, mansuetudinem, & benignitatem, omnemq; amicitiam. & sic filij dei eritis, hæredes quoque futuri uitæ æternæ. Caueat etiam sibi quilibet homo, ne nimium appetens sit uindictæ citra ordinem iuris, & sola ultionis libidine. Sed uel deo uindictam omnem relinquat, & ipse retribuet: uel si ultionis cupidus est, cupiat illam ex præscripto iuris & animo bono propter iustitiam, & ne dicat, Reddam malum pro malo. Expecta dominum, & liberabit te. Potens est dominus, ut possit te ulcisci de eo qui merruit uindictam. Quod si immunis permanseris à superioribus incõmodis iræ, multum etiam mereberis apud deum tua patientia & mansuetudine, ac propterea lætaberis, uidẽs uindictam, ut inquit Dauid. Vindictam autem tantam sumet dñs de illo, nisi ipse antea deposuerit à se per pœnitentiã, ut totus mũdus satiaret ex illa: qm̃uermis eor̃ nõ morietur, & ignis eor̃ non extinguetur, & erunt usq; ad satietatem uisionis omni carni. Quotiescunq; igitur aliquis offenderit te, sic apud te cogita: Quod si confessus ille & contritus desuper pœnitentiam egerit, conciuis & frater mihi erit in cælo, ubi ego eum plus omnibus hominibus iam in terra degentibus diligam. Quid itaq; ipsum offenderẽ aut ei intenderem malum? Sin per pœnitentiam non deposuerit istam peccati sarcinam, feret malum, & supplicium suum habebit, idq; maius quàm uel ego, uel uniuersus iam mundus ei possit inferre. Satius est id omne me relinquere deo, qui me & ulciscetur, & remunerabit de patientia. ait enim, Mihi uindictam, & ego retribuam. Deum immortalem, quãto melius mihi hoc est, quàm breui hac ultionis uoluptatula potitum detrudi tandem in gehennam? Quisquis nanq; per se quærit uindictam, occidit semetipsum, ut ait Iob, Virum stultum interficit iracundia.

Matth. 5

Roma. 12.

Prouer. 20

Psalm. 57

Isaiæ. vlt.

Felix cogitatus.

Deut. 32

Iob. 5

Augustin. l. 1. cõfess. Quò facit illud Augustini, Nemo malus est, qui non antea maximum sibi inferat malũ. Et idem istud eiusdem: Iussisti domine, & ita est, ut sibi sit pœna omnis inordinatus animus. Sic Chrysostomus inquit, Nemo læditur nisi à seipso. quod & peculiari libro prosecutus est ille. Quisquis ergo dum se ulcisci cupit, malum infligere tentat proximo suo in corpore uel bonis alijs, sibi multo maximum infert in animo. Atque hoc est quod Augustinus ait, In corpore occidere uoluerunt, in anima moriuntur: gladius quoque ante penetrat animam persequentis, & corpus illius qui offenditur. Aut quæ malum dementia est, quòd ubi quis paululum tibi ademerit bonorum, statim ipse tibi auferre conaris cælum? Nolite ergo uinci & superari ab ira, sed furorem istum poti⁹ quàm potestis fortissime, etiam catenis constringite, atque illud Pauli consilium sequimini, cũ ait: Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Dimittite proximis uestris, & dimittet uobis deus, quoniam cum dimiseritis hominibus delicta sua, etiã pater uester cælestis remittet uobis peccata uestra. Dimittite inquam iuxta Sapientis consilium proximis uestris q nocuere uobis, & uicissim cum oraueritis, dimittentur uobis peccata uestra. Honestum erit uobis coram deo & hominibus, si concordes & pacifici sine contentione uixeritis: quoniam, ut ait Salomon, honor est homini qui separat se à contentionibus. Omnes autem stulti miscentur cõtumelijs. Expendite quod oratis quotidie, Domine, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris, & misericors utiq; nobis erit IESVS CHRISTVS dominus noster, Amen.

Hier. sup Psalm. 36. Parte. 2

Roma. 12

Luce. 6 Matth. 6.

Prouer. 20.

Matth. 6

DOMINICA VIII. POST FESTVM PENTE costes, Euangelium Marci octauo.



IN diebus illis, iterum cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor sup turbā, quia ecce iam triduo sustinēt me, nec habent q̄d manducent: & si dimisero eos ieiunos in domū suam, deficiēt in uia. quidam enim ex ꝝs de longe uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerūt turbæ. Et habebāt piscículos paucos, & ipsos benedixit & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui mā ducauerant, quasi quatuor millia, & dimisit eos.

Matth. 15 Sup. 6

Infr. eod. Sup. 6 Johan. 6

HOMILIA I.

ALtitudinem, inquit Augustinus, diuinitatis suæ et misericordiam humanitatis, multis & uarijs modis in scripturis sanctis dominus noster IESVS Christus oñdit, quēadmodū solet, mysterijs & sacramētis.

Augustin.

Omnia enim miracula quæ in hoc mũdo nobis super nostræ fragilitatis uelamento exhibuit, in nostrum nobis commodum cedunt & salutem: quando non uerbo tantũ, sed etiam opere potenter nos erudiuit, sicut in hac quoq; Beda. lectione cõsideranda est in uno eodemq; redemptore nostro, distincta operatio diuinitatis & humanitatis. Nanq; misertus est dominus turbis, ne deficerent ex longo itinere & contabescerent, compassionem declarauit humanæ naturæ: quòd autem septem panibus & paucis piscibus satiauit quatuor millia hominum, opus esse credimus diuinæ uirtutis. Sed nos iam textũ ipsum adgrediamur.

¶ In diebus illis, inquit Marcus, iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent. In quibusnã diebus, inquies? Respondeo, in quibus filiam mulieris Chananææ sanauit, reuersusq; ad mare Galilææ in medio Decapoleos, mutum & surdum curauit, tunc inquam turba multa conuenit & adcurrit ad Iesum in ijs ipsis diebus. Et notanter ait Marcus, In diebus illis iterum, cũ turba multa esset, quo uerbo euangelista latenter insinuat miracu-
Johan.6 lum istud cum quinq; panibus & quinq; millibus hominũ, iam ante fuisse factum à domino: atq; adeo in ipso Aprili, ut adfirmant doctores, circa tempus paschale. Vnde patet Christum pro sua benignitate bis populum mirabiliter satiasse, neq; idem esse hoc cum eo, quod apud Iohannem est, miraculo. Vnum tamen & idem est hoc cum illo
Matth.15 Matthæi. Atq; in hoc principio immensa ipsius apparet misericordia, simulq; gemina declaratur refectio, sicut de inceps dicturi sumus. Cum ergo turba multa esset cum domino, quamuis non eodem omnes animo, nec haberent quod manducarent, operæprecium erat exhibere miraculum, siquidem ægre licebat hic quod ederent adipisci. Hic itaq; ille, ut deus uerus misericorditer opem eis ferebat, si
Iacobi.1 Luce.12 quidem dat omnibus abundanter, & nemini exprobrat, sicut & ipse docuit, iussitq; nos solicitos non esse, quid manducemus & bibamus, quoniam pater noster cælestis sciat
Chrysost. quibus opus habeamus. Quærit hic Chrysostomus, cur rãdem hic apostoli non rogârint dominum, ut dimitteret plebem, sicut alibi dixerat, Dimittite turbas ut euntes in
Matt.14 castella emant sibi escas. Respondet ad hoc, quòd autem iam

meliores fortioresq; in fide facti fuerant apostoli: aut etiam quia multitudinem non nimia inedia uexari, sed glorificari deum in ijs, quæ facta erant, uidebant.

2. ¶ Ait ergo dominus, Misereor super turbam. venerat hæc audire doctrinam Christi, & gratiam sanitatis ad ipsi si super infirmis: atq; ideo non petebant cibum ex illo, sed ipse ea est misericordia dominus, ut ultro curã gerat eorum nostrumq; omnium, & non raro largiatur ijs, qui petere non audent. Conuocauit hic discipulos, non q eorum indigeret opera, ipse per se sciens quid ageret, sicut in simili casu dicit etiam Iohannes, sed ut esset hæc nobis informatio salutaris & exemplum nobile, q & prælati, magistri & superiores consilia requirere debeant inferiorum, non raro penes infimæ sortis homines fidele latet consilium. sæpe enim & olitor est opportuna locutus. Eius rei en exemplum tibi egregium in Moyse, quo quis obsecro fuit uel intelligentior, uel sapientior, princeps prophetarum & amicus dei summus? arqui huic tamen letro consilium melius dedit, quàm ipse sibi. suasit enim ne solus uniuersam audiret plebem, siquidem sic seipsum inutili absumeret opera & populum. Cõsuluit ergo, ut sapientes & bonos uiros eligeret, qui iudicijs præessent, ipeq; interim in ijs esset, quæ ad deum pertinent pro populo, quoniam alijs non posset solus tanto sufficere ponderi. Consultum hoc quidem esset etiam nostris temporibus, interdum etiam inferiorum amplecti & non spernere cõsilia. Potuit & in hoc uocare apostolos, ut opere ipso erudiret & confirmaret eos in fide. Misereor, inquit, super turbam. Mitissimus ecce dominus misereretur ipse. Et tu itaq; Christianus esse uis diues, etiam esto misericors. Iuxta literam satis apertus est hic textus, quòd totum triduum secuti fuerant dominum, & quidam eorum parum cibi sumpserant secum: quod quid mirum, si iam absumptum? Quę etiam ratio est, cur non antè miraculum exhibuit dominus, quàm communis per uniuersam plebem defectus exoriretur. Sensu autem mystico & spiritali hoc exponit dominus de gentib⁹, quæ nil habuerunt quod manducarẽt, nullam scripturam sacram, sicut Iudæi Moysen & prophetas. Venerunt ergo gentes à longe ad Christum: ideoq; sa

Chrysost.

Johan. 6

Consule cũ inferio.

Exodi. 18

Deute. 1

tiauit eas libris noui testamenti. Beda sic inquit, turba tri-
Beda. duo dominum propter sanationem infirmorum suorū sustinet, cum electi quiq; fide sanctæ trinitatis lucidi, domino pro suis suorumq; peccatis, animę uidelicet languoribus, perseueranti instantia supplicant.

¶ Potest etiam hic populus significari Christianus, dū per pœnitentiam peccatorum se conuertit ad deum in opere, uerbo & cogitatione. poteratq; ille deficere in uia, nisi pascuis doctrinæ sanæ pasceretur. Ex ijs qui pœnitentiam operantur, alius alio uenit remotius, alius propinquius, pro ratione peccatorum. A longinquo adueniunt homicidæ, prędones, blasphemi, & ijs consimiles alij. Atque quo magis aliquis in erroribus & operibus malis oberrauit, eo longius recessit ab omnipotente deo. Et sic nimirum Iudæi ex propinquo, gentes autem uenerunt à lōge, iuxta illud Pauli: Nunc in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Potest etiam hoc triduum ad triplicem statum referri, naturæ, legis & prophetiæ, uel moraliter ad tres partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem & satisfactionem, sic enim populus quod manducet non habet, quod nosq; que sine gratia dei facere nil possumus uel bonum uel meritorium. Cum itaque Christus à nobis recedit in uia, tūc deficimus. siquidem sine eo facere nil possumus, neq; sufficimus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est, qui nos uerbo suo pascit in intellectu, gratia in uoluntate, & corpore in sacramento.

Ephe. 2

Johan. 15

2. Corin. 3.

Chrysost. 3. ¶ Et responderunt ei discipuli, Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Ecce quomodo discipuli adhuc serpunt, & quamuis multa fecerit atque dixerit, ut prioris miraculi memoriam haberent, tamē q̄si nulla re admoniti, imperfectiores adhuc interrogant: Vnde nobis tot panes in solitudine? Quām bene tamen hoc deus sic disposuit ad astruendam miraculi magnitudinem? ne enim quis suspicaret panes esse allatos ex proximo, illud exhibuit in solitudine. Sed apostoli uerba Christi non satis diligenter expenderunt, cum dixit: Si dimisero eos ieiunos, deficient in uia, quibus ille declarare uo

luit potestatem esse sibi nutriendi eos, ne deficerẽt: quod cum discipuli non intelligerent, interrogauit eos, quot haberent panes. & responderunt, septem. neque hic diuinam animaduertebant potentiam, quam paulo ante exhibuerat in quinque millibus hominum paucis panibus refectis. & iam olim in multis millibus Iudæorum, quos quadraginta annis pauit in deserto, item in muliere illa, quæ modico oleo propheram cum uniuersa familia refecit, & in altera ista uidua Elisei. Porro panes illi septem mystice referri possunt ad septem dona spiritus sancti, ad uirtutem septem sacramentorum, uel etiam ad septem cõditiones uerbi dei, quæ sunt, illuminare in fide, ædificare in spe, incendere in charitate, diuinam potestatem impartiri, plenam & perfectam elargiri libertatem, fortiter pugnare contra omnem iniustitiam, & uniuersam superare falsitatem. (non prosequor, quia nihil facilius symbolica theologia.) Bene, inquit Beda, septem panes in mysterio noui testamenti ponuntur ob septiformem spiritus sancti gratiam, neque hordeacei esse produntur, sicut illi quinq; de quibus quinque millia hominum sunt saturata, ne sicut in lege, uitale alimentum corporalibus figuris obtegeretur. Iubet autem dominus turbis discumbere super terram, apud Iohannem sedebant in fœno seu gramine. Ad quam rem multa pertinentia uide in homilijs dominicæ Lætare. Acceptos autem illos panes septem benedixit dominus, gratias egit, & dedit discipulis ut proponerent turbis. Paululum hic erat panis, sed utut illud fuerit modicum, tamen bene satiauit tantam hominum multitudinem, idq; ex benedictione diuina. Discamus igitur & nos hinc spem & fiduciam nostram magis repone re in gratiã & benedictionem dei, quàm diuitias nostras. siquidem benedictio dei facit, ut feliciter nobis cedant bona nostra, sicut ipse sathan ueritatem uel inuitus profiterur, de Iob dicẽs: Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Idipsum experimur adhuc q̃tidie. Sunt. n. qui ex modico etiã uiuãt honestissime & largiter: sunt cõtra q cũ hæreditates habuerint amplissimas, geãt misere. Cur id? inges, q̃m nõ ẽ hic bñdictio dñi.

Johan. 6
Exodi. 16
Numer. 14
3. Reg. 17
4. Reg. 3
Septẽ panes.
Beda.
Iob. 1.

Cæterum hic in fractione intelligunt doctores, & uolũt nos ultro atq; libenter panem frangere & distribuere debere in eleemosynas pauperum. Distribuenda est eleemosyna, bona pauperibus etiam communicanda sunt, nõ in cumulum coaceruanda. Chrysostomus ait ipsum hic dominum panes in manib⁹ discipulorum multiplicasse. Alij dicunt discipulos iam in manibus Christi multiplicatos erogasse & distribuisse turbis. Sic & adhuc cuiq; proponit deus quotidie bona sua, quibus singuli operẽtur, alij plus, alij minus, sicut in parabola talentorum ipse declarat.

Chrysost.

Matth.25

4. ¶ Pauculi quoq; hic aderant pisciculi, & eos benedixit dominus, iussitq; proponi turbis. Benedictionẽ hãc piscium fecit, partim ut & ipsi inter manus discipulorum multiplicarentur, partim ut essent sapidiores. sic enim & panem in deserto dedit dominus patribus, omne delectamentum in se habentem. At tu hic mihi considera, quòd semel Christus in nuptijs donauit uinum, bis panes, hic & apud Iohannem, ac sæpius pisces, nunquam carnes, quod quidem in scriptura sit contentum. ut iam laudandi maxime sint Carthusiani nõ sine admiratiõe, quòd per omnẽ uitam à carnibus abstinent, sicut Rechabitæ uinum non biberunt. Discant etiam hinc diuites in caritate annonæ, non retinere frumenta, cum uideant plebeculam ijs opus habere. Quin potius cogitent illi sibi quoq; ut hic discipulis, committere dominum, ut panes proponant. Audiant quoq; sapientem, & idem dicet eis: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Benedictio autem super caput uendentium. Sæpe & multum uobis diximus, & nũc quoq; idem repetimus, quoniam illud mihi quidem non molestum, uobis autem necessarium est. Valde exosam habet deus auaritiam, quæ plerunq; caritatis annonæ magna & bona causa est, dum sentit se deus, ut ait Hieronymus, in eleemosynis pauperum suorum fraudari, sicut de eleemosyna iam suprà in certis homilijs multa diximus. Cum autem manducauerunt illi & saturati sunt, sustulerunt de fragmentis quod superauerat, septem sportas: & eorum qui manducauerant, erant quasi quatuor millia. Ecce quàm uerum sit illud quod de eleemosyna superius diximus, ne quis cogitet se eo minus habere, quòd multã

Sapi.16
Joh.2.6.

Jeremi.35

Proue.11

Hieron.

elargitur pauperibus. Quoniam hic apostoli ex septem panibus sustulerũt septem sportas. Vsq; adeo largiter benedicit deus bonis illius, qui libẽter largitur pauperibus. Sic & Salomon testatur, inquiens: Honora dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua hubertate, & torcularia tua uino abundabunt. Sicut autem in temporalibus, ita in spiritualibus etiam bonis se res habet. Caue enim cogites, dum pro parentibus tuis oras dominum, dum pro cõiuge das eleemosynam, pro liberis ieiunas, peregrinaris pro fratribus aut sororibus, ideoq; opera illa minus tibi prodesse apud dominum deum, nihil minus. imò communicatio ista opera facit magis meritoria, magisq; placere deo, sicut ad Corinthios dicit Paulus: Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ. Et paulo ante, Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abũdetis in omne opus bonum. Quòd autem hic pluribus panibus pauciorẽ hominum copiam satiauit, quàm apud Iohannem (siquidem hic septem panibus quatuor tantum millia hominũ satiauit, illic panibus quinq; totidem hominum millia) ob discrimen amborum signorum factum esse adfirmat Chrysostomus, & ait: Ne reliquiarum æqualitas miracula confunderet, & obliuionem obduceret, hoc discrimen hac differentia utrijusq; signi memoriam uoluit confirmare. Voluit quoque simul ille ineffabilem suam hic declarare uirtutem, & quòd omnia possit pro beneplacito suo, quodq; paucis panibus facile potuerit tantam satiare hominum multitudinem, pluribus adhuc remanentibus fragmentis, quàm ante fuerant panes. Nos iam coniunctis precibus oremus dominum pro omni calamitate ecclesiastica, pro parentibus nostris, benefactoribus, fautoribus, & pro omnibus, pro quibus ille nos uult uelle & debere orare, quibusq; autores fuimus peccandi, uel etiam qui ipsi nobis, & pro omnibus defunctis, Amen.

Prouer. 3

2. Cor. 9.

Chrysost.

HOMILIA SECVNDA DOminicæ VIII. à ferijs Pentecostes.

Augustin. VIrtutes domini, inquit Augustinus, manifestissime credimus esse factas in præsenti: sed quid latet in mysterio, ipsius gratia donãte requiramus, eo maxime, quod & uerbo & facto ille nos docuit exquisitissime. Principio autem expositionem Hieronymi uideamus, qui panes illos septem, ait significare dona septẽ spũs sancti: quatuor millia hominum, nouum designant testamentum cum temporibus quatuor: fragmenta autẽ reliqua, intellectum mysticum primorum septem dierũ siue hebdomadis primæ: septem sportæ, septem illæ sunt ecclesiæ primæ: pisciculi benedicti, libri sunt noui testamẽti. sic enim & Christus post resurrectionem suam petijt partem piscis assi. Atq; quando apparuit discipulis suis in piscatione, illi cum uenissent ad littus, uiderunt carbones & super ijs piscem. Breuia sunt hæc & constricta admodũ, neque multum intelligentiæ capietis inde, nos itaq; paulo amplius hæc uobis explicabimus.

Hieronym.

Luce. 24.
Johan. 21.

¶ Augustinus utranq; illam historiam simul connectit & ait: Prior illa parabola pertinet ad Iudæos, ista uero ad gentes; illic quinq; panes fuerunt, hoc est, quinque libri Moysi, rudes & hordeacei, hic autem panes septem fuerunt: quoniam uisibiliter datus est spiritus sanctus in donis suis, quæ iam olim præuiderat Isaias. In priori illa ex reliquijs impleuerunt cophinos duodecim, tribus duodecim Iudæorum, iuxta numerum patriarcharum duodecim: in hac uero historia apostoli septem tantum sportas sustulerunt, quæ designant ecclesias septem, aut etiam cãdelabra aurea septem. Pisces duo, duo sunt testamenta, liber omnium prophetarum, & sermo Iohannis. Istic sedẽt in fœno, hic super terram. Vtrinq; una conuersatio, gratia una, una & eadem uirtus & deitas una fuit. Istic in fœno sederunt, hoc est, quia mortificauerunt opera carnis, omnis enim caro fœnum, inquit propheta. hic autem sedent super terram, dum opera terrena cõculcant. Istic refecta sunt quinq; millia, qui numerus ad Iudæos pertinet,

Augustin.

Isaiæ. 11

Johan. 6

Isaiæ. 40

siquidem statim post Christi ascensionem baptizata sunt quinq; millia illorum ad sermonẽ piscatoris. Hic autem quatuor millia tantum pauit dominus, quod ad gẽtes spectat, ex quatuor partibus mundi congregatas & septiformi spiritus sancti gratia repletas. Quãdo igitur nos Christiani impleti sumus & refecti non libris Mosaicis, sed septem panibus, septem inquam donis spiritus sancti, perseuerare debemus in ea ipsa gratia, ut tandem uitam acquiramus æternam. Atq; hæc expositio Augustini, Hieronymiana illa non paulo corpulentior & pinguior. Verum tamen nos adhuc aliam inuestigabimus. Actuũ. 4.

2. ¶ Ferè omnes doctores in hoc consentiunt, quòd in priori illa historia uetus signetur testamentum, in hac altera nouum. Ideoq; illic quinq; fuere panes Moysi horde acei, insipidi, duri. graues em̃ erãt manus Moysi. q̃uis panem illum soli habuere discipuli, non autem ista confusanea multitudo populi. Quo significatur illud, q̃ libros istos quinq; legales soli habuere Iudæi gens pusilla & modicá, non autem panem illum legis, habuit immensa ista multitudo gentium, quoniam non uenerunt ad Christũ per legem Moysi, sed per fidem Christi Iesu. Præsens autẽ hæc historia nouum designat testamẽtum, in quo panes septem fuerunt triticei & mundissimi nouæ huius legis euangelicæ, qua pauit ille eos, qui uenerunt à longe, gentiles antehac in idololatria occupatos, nullaque instructos, quæ in hoc tradita eis fuisset, scriptura. Idq; adeo ex ipso panum numero patet septenario, qui nouo testamento & familiaris & plane peculiaris est, cum plurimũ in se habeat perfectionis, deinde etiam ratione partium ex quibus conficitur, puta ternarij & quaternarij, uniuersitatem quandam in se concludat. Sicque lex noua superioribus & ueteribus omnibus perfectior est, atque in commune uniuersum mundum colligat, extráque eam nemo saluatur. Et hoc est quod fidem illam nostram catholicam dicimus, nosq; ipsi catholici appellamur, quoniam hanc fidem suscepimus: ex illis septem panibus quoq; manducauimus, participantes de septiformi illa spiritus sancti gratia. Hæc enim est illa religio, quæ uiam præbet animæ liberãdæ, quoniam nullus nisi hac liberari põt, hęc Exodi. 17. Augustin. Septem. Aug. li. 11. de ciuitate Dei c. 31. Augustin.

est una regalis uia, quæ sola ducit ad regnum.

Catholi. ¶ Errant itaq; neochristiani, dum se separant ab ecclesiæ catholicæ communione. ñ quia cœnę huius CHRISTI participes non sunt, neq; septem dona spiritus sancti recipiunt, eo quòd catholici non sunt, nec ad eos pertinet numerus hic septenarius, cum ipsi sibi nescio quem nouum effingere conantur numerum. Non sic autem faciunt, qui uere dicuntur & sunt catholici: permanent enim in mensa septem illorum panum, in unitate septem donorũ spi-

Beda. ritus sancti & totius ecclesiæ catholicæ. Sic itaq; illi septẽ panes in mysterio noui testamenti ponuntur: in quo septiformis gratia spiritus sancti plenius fidelibus cunctis, & credenda reuelatur, & credita datur. Ad hoc conuiuium

Psalm. 32. inuitat nos diuinus ille psaltes, quum ait, Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Sic Petrus fideles inter-

1. Petri. 2 rogat, an ne gustârint quàm suauis sit dominus. Hac cœna, ipsius q; fructu potissimum fruuntur homines contemplatiui, segregati à mundo, & interius in spiritu ineffabilem sentientes tum suauitatem, tum uero maxime orientem ex suauitate lætitiã. Qua de re nisi expertus, loqui cõmode nemo potest. Posset autem id omne per uniuersam scripturam & singula dona spiritus sancti deduci. siquidẽ & timor dei quamuis tristitiam in se habet, gaudio tamen non caret interno, ut recte ille quoq; panis dicatur doloris, de quo, Surgite, inquit Dauid, postquam sederitis, qui

Psalm. 126 manducatis panem doloris. Timorem nanque interna sequitur requies & tranquillitas animi, ita ut homo deinceps per piam meditationem eleuet sese ad deum in uitã contemplatiua. Quomodo autem apostoli & discipuli ecclesiæ ministri, septem illos panes sacramentorum populo exhibeant, & eum pascant, lubens uolens q; iam studio breuitatis prætereo: quoniam & per symbola facilimus

Symbola est transitus, quia scriptura plena est symbolis. Et est facilis & pulcher modus prædicandi, atque simplici populo bene intelligibilis, & facile memorabilis, licet iam in periculoso isto tempore, in contemptum uenerit diuinus ille prædicandi modus, populo infecto, & pro fabulis iudicante translationes à uisibilibus ad inuisibilia. Gaudent uero & superbiunt, quasi eis pateat aditus ad sancta sancto

rum scripturas uolunt claras & multas allegationes, & se onerant inuolucris uerborum & multis autoritatibus, ne scientes interea quid aut de quo loquantur.

3. ¶ Acceptis itaque panibus septem, gratias egit dominus & fregit. Quandiu panes in manus non accipit dominus, nihil agitur, iuxta illud quod ipse dixit: Sine me nihil potestis facere. Quomodo & ecclesia canit: Protector in te sperantium deus, sine quo nihil est ualidum, nihil sanctum. Et in alia collecta, Deus sine quo nihil potest humana fragilitas: frustra etiam diu clamabit prædicator, & panes porriget populo, nisi dominus per gratiam suam panes acceperit in sanctas ac uenerabiles manꝰ, sicq; gratias agat & frangat. sic enim per benedictionem dei illud omne felicius proueniet & abundabit. Johan. 15

¶ Quamobrem & Dauid inquit, Aperis domine manũ tuam, & imples omne animal benedictione, & sic quoque benedixit ille operi manuum Iob. atque possessio ipsius creuit super terram. fregit insuper dominus panes in diuisione & communione. Salutare enim hoc est & pium, ex ijs quæ alicui deus impertitus est, etiam largiter distribuere pauperibus, (uide supra in materia eleemosynæ) Beda sic dicit, Accipiens dominus panes dabat discipulis, ut ipsi acceptos turbæ apponerent: quia spiritalis dona scientiæ tribuens apostolis, per eorum ministerium uoluit ecclesiæ suæ per orbem uitæ cibaria distribui. Quia autem fregit panes, quos discipulis daret apertionem designat sacramentorum, quibus ad perpetuam salutem nutriendus erat mundus. Frangere etiam in sacris literis significat exponere & declarare, sicut duobus illis euntibꝰ in Emaus aperuit intellectum, ut intelligerent scripturas. Iohannes quoq; sic ait, Leo de tribu Iuda, radix Dauid is aperiet librum, & soluet signacula eius septem. Panẽ autem fractum dedit discipulis suis, nisi eñ dominus docuerit aliquem, panem hunc integrum esse, minister ecclesiæ intelligere non poterit. Cum primum uero fregerit dominus, tunc dat ut amplius distribuatur & proponatur turbis. Ecce libere & largiter ille dat discipulis, ut sic illorum successores liberaliter rursus expendant, non Simoniace, quoniam sic inquit Matthæus, Gratis accepistis, Psal. 144. Beda. Luc. 24. Matth. 10

gratis date: quamuis sustentatio modis omnibus necessaria est, sicut alio sermone declaratum est. Proponere illi debent turbis, quoniam omnis potestas apostolis & prælatis ecclesiæ data, data est propter ipsum populum. unde
Matth.24 & dominus seruum illum laudat & ait, Fidelis seruus & prudens, quem cōstituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Et quamuis rectores ecclesiæ potestatem habent, sicut ait Paulus, paratum
2.Cori.10. esse se ad uindicandam omnem inobedientiam, neq; erubescere se, si qd amplius fuerit gloriatus de potestate sua quam dedit illi dominus, & alibi minatur se uenturum in
2.Corin.4 uirga, attamen omne officium suum & potestatem ministerium uocat. qui sic? quoniam potestatem illam non habet propter se, sed in gratiam populi & cōmunionis uni-
1.Corin.4 uersæ, quare & ibidem dicit: Sic nos existimet homo ut ministros dei, & deinceps, qui idoneos nos fecit esse ministros noui testamenti. Atq; in uniuersum de omnibus q
2.Corin.3 in sublimi positi sunt dignitate & potestate, dicit, quia mi
Roma.13 nistri dei sunt. Ita hic quoq; discipuli panem à Christo fractum proposuerunt turbis. Quid putas autem futurū de his, qui panes quidem acceperūt à domino deo, gratiam, dona scientiæ & doctrinæ, sed nō proponunt turbis, imò neq; ipsi utuntur neq; exercent? cuiusmodi sunt illi scilicet belluli doctores, quibus dicet dominus illud quod seruo: Serue male & nequam, quare nō dedisti pecuniam me
Luc.19 am ad mensam, & ego ueniens cū usuris utiq; exegissem illud? Ignaui isti & pigri, qui nec laborare uolunt, neque
Gregori⁹. dono dei fructum parere, durum sane subibunt suppliciū: quoniam cum augentur dona, rationes etiam crescūt donorum. Noui equidem istiusmodi pigellos plurimos, qui cum multa habeant à deo sibi dona concessa, sintq; adpositi ad omnia, nihil tamen uolunt nec laborare, neq; prædicare, nec scribere, neq; legere. Ad extremum habuerūt
Beda. & pisces modicos. per pisciculos, inquit Beda, sanctos intelligimus illius temporis, quorum ipsa scriptura fidem, uitam & passiones contineat: qui de turbulentis huius seculi fluctibus erepti, refectionem nobis internam, ne in huius mundi transeuntis excursu deficiamus, exèmplo suæ uel uitæ præbuere uel mortis. Nonnulli hoc sic exponunt,

quando solus panis esus ingratus est, ideo adhiberi plerũ que aliquid solet, quod sapidiorem faciat panem, quæ magna est consolatio, in argumentum eius, q̃ & prælati & p̃dicatores ecclesiæ, cum populo panem scripturæ proponunt, simul adiungere debeant pisces, hoc est, internam consolationem à deo promissam: puta cum iustitiam dei & pœnam prædicant malorum, qui panis hominum est, addant & pisces, dicant aliquid de suauitate misericordiæ diuinæ. Dum'q̃ eis panem fregit de angustia uiæ, quæ ducit ad uitam, addit aliquid piscium ex consolatione illa, Watth. 5
quando omnes ad se uocauit dominus, dicens: Venite ad me omnesqui laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Watth. 11
tollite iugum meum super uos. Iugum enim meum suade est, & onus meum leue. Atque hoc est quod Paulus ait, Rogo uos fratres, ut sufferatis uerbũ solatij, q̃d scripsi uobis. Prædicatorẽ .n. oportet nõ semper asperã illã ingredi uiam, sed nonnunq̃ etiam mansuetum esse & benignũ. Hebr. 13

¶ Sustulerunt ex panibus septem, septem sportas. Ecce q̃ affatim abundat, quicquid in nomine Chr̃i expenditur, sicut supra diximus in homilijs de eleemosyna: neq; ideo decedit quicq̃, sed abunde retribuit dominus, etiam ꝑ pane uno sportam integram implens. Verum abominabilis ista apud deum & homines auaritia, dum non confidit deo, malum & se dignũ sortitur euentũ. Docemur hic quoque, quòd dum ꝑximis nostris opa nostra bona communicamus, orationes, ieiunia & quicquid est reliquorum, nos nihil minus eo habemus atq; meremur. Sic qui in sacrificio missæ ꝑ alijs etiam orat, quos cupit esse istiusmodi fructus participes, ei nihil decedit: q̃m hic deus dilectionem ex qua fit respicit, & adhuc ꝑ pane sportam retribuit. Atq; hoc modo se res habet in omnibus fraternitatibus. Sic Pharao uidit septem spicas pullulare in culmo uno Gene. 41
plenas atq; formosas.

¶ Beda hic uult, quod dum apostoli tantum impleuerunt & sustulerunt sportas, ad apostolos & prælatos sit Beda.
referendum, sint'q; hæc altioris perfectionis consilia, quæ Watth. 19
generalis fidelium altitudo nequit implendo attingere, quorum executio prælatos respicit, quibus dicitur, ut abeuntes uendant omnia quæ habent, & dent pauperi-

bus. Atque ad horum omnium conclusionem, hoc nobis ipse quoque numerus arguit. quatuor enim millia fuerunt eorum, qui manducauerunt, quo numero declaratur, eos euangelico esse refectos cibo. Dominus & deus noster dignetur nos quoque gratia & misericordia sua pascere hic in corpore & anima, atque illic uisione sua beatifica. AMEN.

DOMINICA NONA POST FERIAS PENTECOSTES

euangelium
Matth. VII.



Infr. 23 IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autē arbor Luce. 6 fructus malos facit. Nō pōt aūt arbor bona ma Supp. 3. los fructus facere, neq; arbor mala bonos fructꝰ facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bo Roma. 2 num, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex

fructibus eorũ cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnũ cælorum: ſed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Luce.6

HOMILIA .I.

Si unquam dilectiſſimi in Chriſto fratres iam inde ab ipſa aſcenſione domini tempus fuit, quo hæc euangelica admonitio opus extiterit, nunc uel maxime neceſſaria eſt. nunc enim adſunt tempora, quibus iuxta uerbum domini dicitur, Ecce hic eſt Chriſtus apud Catabaptiſtas, ibi Chriſtus eſt penes iconoclaſtas, illic eſt Chriſtus inter ſacramentarios Capharnaitas. O utinam principes noſtrates & qui in magiſtratu ſunt conſtituti, euangelium hoc & in manibus ſemper habuiſſent, & paulo oculatius perſpexiſſent. nunquam toties ſubditos ſuos ſeduxiſſent tot ordinationibus ſubinde innouatis ac mutatis, tot ſtatutis hæreticis, tot blaſphemis negociis, quæ toties ex aliis alia commenti ſunt aduerſus deum, ſanctos, cultum & laudem dei, aduerſus eccleſiam catholicam & ſacratiſſima ſacramenta. Atqui tot ordinationes illi in ſuis prouinciis & ditionibus ſubinde conſtituerũt, uel potius diabolus ipſe, tot blaſphemias, ſectas, diſcordias & ſeditiones concitat ac commouet, ne quid malorum ſit, quod miſerrimis iſtis temporibus non increſcat & ſæuiat. Atque utinam daret iis deus nunc tandem finem. Quod autem euangelium iſtud ualidam habeat admonitionem aduerſus neochriſtianos, uel ex præcedẽtibus uerbis arguit, ubi dixit dominus: Lata porta & ſpatioſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam? & pauci ſunt qui inueniunt eam. Sequitur inde, Attendite à falſis prophetis. q̃ uoluit ille docere, nos diligẽter animaduertere debere iſtos pſeudoprophetas, neq; alia ratiõe q̃ ex hac ipſa anguſta uia dignoſcere. Vere enim pſeudoprophetas eſſe oportet, q principes, nationes, prouincias & urbes magnas q̃ hominum communitates per hanc latam & amplam portam ſeducunt. an non Matth.7

hoc faciunt neochristiani nostrates, carnis amatores & desideria carnalia sequentes, dum abstinētes feria sexta ab esu carnium in honorem passionis CHRISTI derident, traditionem dicentes esse humanam, atque clamantes nullum cibum esse prohibitum, liberūmque esse cuique uesci quibuslibet die Veneris & sabbato, in angarijs & quadragesima, imò etiam die sancto parasceues? Ecce uiam latam. Quòd si uigilia sancti Iohannis aut simili die ecclesiæ præcepto ieiunare cupis, statim obgannit neochristianus, non debere te neque hoc, nec alio quocunq; die ieiunare toto anno. Ecce amplam uiam. Sin autem more Christiano ferias agere instituis die assumptionis Mariæ, Iohannis euangelistæ, aut etiam corporis Christi, reclamat statim neochristianus, & ait omnes dies æquales ac liberos esse, atque ideo neque hic obstrictum illum esse. Ecce uiam latissimā, cuius hæc una regula est: Quod uis, facito. uel ut ille ait, Si libet, licet. At si etiam horas Canonicas septem animus est absoluere, aut confiteri in quadragesima, & pœnitentiam agere peccatorum, atque in uniuersum quicquid pium est & Christiano homine dignum, rursus iste occinit: Quid agis? quid tentas? commenta hæc hominum sunt, res nihili, ne itaque facias. Ecce portam amplissimam, uiam latam, semitam diaboli & hæreticorum, ducentem ad infernum. Atqui hęc neochristianorum etiam est uia, hoc institutum eorum, quoniam pseudoprophetæ sunt, ut Lutherus, Zuinglius, Osiander, Regius, Rotenacker, Butzer, Plaurer, Oecolampadius, atq; hmōi alij animicidæ, fex & pestis hominū, perditio quinciarum, de qbus multa superessent dicēda.

2. In sacris literis hoc quidem apertissimū est, quàm multi se ministros dei & prophetas esse dicant, qui nihil minus habent quàm uel minimum quid propheticum. Eius rei exemplа in scripturis sunt innumera-
3. Reg. 22 Ecce enim Zedechias & plerique alij prophetæ falsum prædixerunt regi Achab, præter unum Micheam, quem & in carceres detrusum tyrannus iussit cibari pane tribulationis, & aqua angustiæ potari. Prædixit id fore etiam
Luc. 12 CHRISTVS, dicens: Videte ne seducamini. multi enim uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum. Et tem-

pus appropinquauit, nolite ire post eos. Adpingunt quidam & isti nostri, maxime uero Lutherus, in omnibus chartis illud sanctissimum nomen Iesu. perditissimi quoque sequaces ipsius omnibus manicis insuunt istud, V. D. M. I. AE. atq; sub illo falso uerbi diuini prætextu, faciunt qcquid deo odiosum & aduersum est. Contra istos itaque pseudoprophetas præmunire nos uolens dominus, hic ait: Attẽdite à falsis prophetis, quoniam ipsi abstrahent uos à uia, quæ ducit ad uitam. Quamuis autem de omnibus quidem intelligi potest, ait Hieronymus, qui aliud habitu & sermone promittunt, aliud opere demonstrant: sed specialiter de hæreticis intelligendum est, q ui dentur castitate, ieiunio & continentia, quasi quadam pietatis se ueste circundare, intrinsecus uero habentes animum uenenatum, simpliciorum fratrum corda decipiũt. Ecce hinc satis patet, quòd etiam olim quum qs hæresim disseminare uoluit, eũ oportuit extrinsecus speciẽ præ se ferre pietatis, & uitam uiuere duram, sicut Leo in quadã homilia testat, & ipsa in Canticis sponsa illos nomine uulpeculæ designat, quod animal est fraudulentum & uersutum. Atqui & Gregorius pulchre declarat, quomodo blandiant, & quæ uel bona sunt uel speciem boni habẽt, proponant primum. Sicq; Chrysostomus etiam dicit, Heretici habent speciem honestæ uitæ, sed doctrinam impiam. Atque sic iam olim res habuit, quãdo uigebat adhuc honestatis amor, nec poterant hæreses exoriri, nisi sub p̃ textu pietatis. Nunc uersis omnibus, etiam illud exoleuit immutatumq; est, nam istis periculosis & infelicissimis temporibus erumpunt hæreses per eos tantũ qui pessimi sunt, & nec micam honestatis præ se ferunt: q̃in omnibus uitijs, sceleribus & turpitudine uiuũt, per monachos, q abiecta simul cum cuculla omni tum cõscientia tum honestate, lasciuiunt: neq; tantum nõ uel orant uel ieiunãt, sed & omnia opa bona contemnunt, eludũt, subsannãt, & quæ honesta sunt & deo grata, blasphemiam uocãt & ineptias. Atq; inter hæc omnia ita insanit mũdus, ut istos eligat ecclesiastas, ipsisq; gaudeat ministris uerbi diuini. Possem exnoïe notos fidefragos hmõi apostatas aliq̃t referre, nisi uel tacẽte me & dolẽte, omnibus essent notissi-

Hieron.

Leo. Cant. 2.

Sup Job.

Chrysost.

Obserua.

mi per doctrinam prauam & peruersam. Vnum tamen omnes habent communem habitum, dum euangelici dici uolunt, sed ore tantum, quia opere nihil eiusmodi uideas in ipsis. Aliter adhuc uerba illa inducit sanctus Augustinus, idq; in hunc modum: Quando iam dixerat dominus de angusta porta, quam uix pauci inueniunt, possent pro se hæretici illud rapere, seq; iactare esse pauculos istos, qui uiam ueram ingrederent, atq; reliqua Christianorum ecclesia erraret tota. Hoc ipsum præcauere uolens dominus, subiunxit: Attendite à falsis prophetis, qui quam non habent ipsi, alijs promittunt ueritatis diuinæ cognitionem, laudariq; eo uolunt, quod sint pauci. Sic enim ait Augustinus: Isti qui promittunt sapientiam cognitionemq; ueritatis quam non habent, præcipue cauendi sunt: sicut sunt hæretici, qui plerunq; se paucitate commendant. Et ideo cum dixisset paucos esse, qui inueniunt angustam portam & arctam uiam, ne illi se supponant nomine paucitatis, statim subiecit: Cauete à pseudoprophetis. Quod autẽ nõ sint ex paucis illis electis ad uitam, apette hic testatur Christus. Et alibi, quum Dathan, Chore & Abiron, ipsi quoq; pauculi, seditiones molirentur, uiui absorpti sunt à terra. Mihi uidetur, inquit Chrysostomus, eos significare, q cum sint uitæ prauitate corrupti, speciem tamen uirtutis induti sunt, qui uulgo impostores uocari solent. Qui intellectus quidem est communis, sicut clare ex Hieronymo audiuimus. peculiariter tamen hoc ad hæreticos pertinet, qui hic pseudoprophetæ uocantur. Iam supra docuerat dominus fugere canes & porcos, puta eos qui palam credunt impie. At hic monet nos attẽdere à falsis prophetis, qui aduenient in uestimentis ouium, hostes uticq; clãculariñ, qui nos sub specie boni in errores inducunt & hæreses. de quibus Paulus quoq; Fratres, inquit, rogo uos, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam didicistis faciunt. declinate ab illis. huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducũt corda innocentium. Ecce quomodo uterq; & magister & discipulus nos admonet istos effugere pseudo prophetas, sicut in ueteri testamento quoq; non raro præceptum est

Augustin.

Chrysost.

Roma. 16.

Iudæis, ut Isaiæ, Ieremiæ & reliquorum testantur prophe- Isaię. 29
tarum scripta, ipseq; adeo Moyses præcepit falsos pro- Iere. 2. 14. 23.
phetas interfici: quamuis nunc nostrates illi delicatuli hę- Deut. 13
retici, qui ardorem metuunt incendij, nolunt quenquam
propter hæresim uel cremari uel occidi. Dices, Quid hic
nos admonet dominus de pseudo prophetis fugiendis,
quum iam amplius prophetæ omnino nulli sint futuri,
ut Chr̃us recte dixerit, legẽ & ꝓphetas fuisse usq; ad Iohã- Matth. 11
nẽ: aut qd hic rursꝰ dicit alios, pphetas surrecturos? Respõ
deo ad Iohannẽ tantũ fuisse prophetas, qui futura prædi-
cerent de Christo, eorumq; iam nullus est reliquus. Et
tamen prophetæ fuerunt in ecclesia, q futura quoq; in ea 1. Tim. 4
prædixerunt. sic Paulus de hæreticis & Antichristo mul 2. Thess. 2
ta prædixit, Iohannes etiam plurima de futuro statu ec- Apoc. 21
clesiæ. Sed & Philippus filias quatuor habuit ꝓphetissas:
neq; putârim equidem hic Christum esse loquutum de ꝓ
phetis, qui futura prædicunt ex spũ sancto, sed potius ille prophę.
per prophetam expositorem intelligit sacræ scripturæ,
quam q bene explicant, prophetæ boni dicunt: q male & Hieron.
false, pseudoprophetæ, ut ait etiam Hieronymus: Quicũ- 24. q. 1.
q; sacram scripturam aliter intelligit, quàm spũs sanctus hęreticus
efflagitat, licet ab ecclesia nõ recesserit, tamen hæreticus
appellari potest. Et quod huiusmodi expositores scriptu
raꝝ prophetæ dicant, satis nobis patet ex Paulo, q Chr̃m
dedisse q̃sdã apl̃os, q̃sdã prophetas, alios euãgelistas, pasto Ephe. 4
res alios testat, idq; ad ędificationem corporis Christi my
stici, scilicet totius ecclesiæ. Ecce prophetas quoq; non-
nullos posuit deus in nouo testamento. Ecce prophetas
esse eos, q interpretant scripturas, idem alibi adfirmat,
quum ait: Qui prophetat, ædificat ecclesiam. atq; ibidem 1. Cori. 14
uult melius esse prophetare aliquem, quàm linguis loqui,
nisi etiam ille interpretet. Atq; deinceps subiũgit, Prophe
tæ duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent.

¶ Atq; hic qdem manifeste Paulus propheras uocat in
terpretes scripturaꝝ, simulq; docet, quomodo ex eis qui-
dam log, alij debeant iudicare, num illi recte exponant. Iudicare
Et tamen nostrates isti prædicatores hæretici iudicẽ fer- in fide.
re nullum uolũt, clamitãtes ipsam per se scripturam uni
tam esse regulam & uelut amussim uerbi diuini: sicq; con

tra Paulum pertinaces nolunt ferre iudicem. Nam quamuis uerbum dei non iudicatur, per spiritus sancti gratiam tamen hoc habet ecclesia, ut possit decernere qui libri uerbum dei habeant an non. Atq; hoc ipso iudicio suo quatuor recepit euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Iohānisq; necq; identidem adsumpsit illa quæ prodierunt sub nominibus Bartholomæi, Thomæ, Nicodemi, Nazaræorum &c. Quum itaq; hoc possit ecclesia in sacris literis, quāto magis hoc potest etiam in illarum expositionibus, iuxta uerba Pauli? Et quum ipsi inter se hæretici, ut Lutherus & Zuinglius diuersis, imò aduersis modis exponant scripturas, quomodo liberæ non erit cæteris ꝓphetis decernere, uter eorū recte sentiat, an potius errent ambo, ut sit potissimū? Quæris quur id fiat, q̄ Christus & Paulus scripturarū expositores ꝓphetas appellent. sane doctores ecclesiæ prophetæ merito dicunt, dū quæ in prophetis de Christo & ecclesia dicta sunt, explicent. siqdem nemo sensum ꝓphetarū exprimere aut intelligere potest, nisi q̄ spm̄ habeat prophetiæ. Vere em̄ uerum est illud Augustini, q̄ eodem spū interpretari oportet scripturas, quo sunt conditæ. Et sicut spū sancto indiguit Iohannes ad scribendum euangeliū suū, ita eodem opus habuerunt sancti patres ad explicanda scripta illa, puta Cyrillus, Augustinus, Chrysostomus: q̄ si quando ex proprio spū & suapte opinione scribere quid attentârunt, lapsi sunt. Certum est igitur, quòd hic dominus nos præmonet fugere hæreticos & peruersos scripturarū expositores, quorū plurimi ante tempora nouissima sub aduentū Antichristi sunt uenturi: & uiā eius p̄paraturi, quod sane nunc fortiter facisit isti p̄dicatores carnis, q̄ semitā illi præcipitem ad inferos sternūt.

Ecclesia iudicat de verbo dei.

Prophetę.

Li. 3. c. 27. de doct. Chris.

4. ¶ Ne quoque elabi possent hic hæretici & dicere, de ipsis dominum nō esse loquutum, sed de doctoribus Iudæorum & gētium, idipsum præuenit ille quum ait: Qui ad uos ueniunt in uestimentis ouium. Oues autem Christiani homines sunt, ideoque & ouilis habitus, fucatam significat speciem Christianismi & simulatam religionē, quæ sane res nocentissima est. Malum enim sub prætextu boni, dum non agnoscitur, non cauetur. Deinde ne dicerent CHRISTVM hic loquutum de doctoribus con-

stitutis in peccatis, & non de hæreticis, id quoque præcauit ille, quum ait eos intrinsecus lupos esse rapaces. Doctores nanq; catholici, utut sint peccatores, tamen nondum lupi rapaces, sed ministri sunt carnis, eo quòd illoꝝ animus non est oues rapere & perdere. Aperte igit̃ uerba hæc expressit de hæreticis, qui malo adfectu fucatã Christianismi speciem præ se ferunt, ut simplices errorum suorum morsibus decipiant, prædentur & lanient. Vsque adeo uere prædixit Paulus, scire se post aduentum suum ingressuros esse lupos rapaces, qui nõ parcãt gregi. Theophylactus quoq; Vafri, inquit, & nunc pastores hæretici. blandiloquentiam em̃ prætexunt, & uitam simulãt sanctam, sed intrinsecus latet aculeus. Actuũ. 20. Theoph.

¶ Hi nimirum sunt neochristianorum prophetę, qui se iam ecclesiastes dici uolunt, ministros uerbi dei, & episcopos, quum uix uni pago aut uico præfici commode queant. De quibus impletur illud Sophoniæ: Prophetæ eius uesani, uiri infideles. Et quid hoc mirum, quũ ij ipsi sint, de quibus dixit sathan ad dominum, Exibo & ero spũs mendax in ore omnium propheratum? de istis etiam ait Ieremias: In prophetis Ierusalem uidi similitudinem adulterij & uiam mendacij. Ecce duo pseudoprophetarum uitia, alterũ adulterij, hoc est, q̃ etiam dicentes ueritatẽ, animum tamẽ ibi habent adulterinum, sicut Caiphas q̃uis uerum dicebat, tamen animo parum bono. & Balaam ex adfectu adulterino dixit uerum, quum aduersabat̃ populo Israel, sicut ex falso ipsius consilio facile deprehenditur, quod dedit regi Balach de formosis mulieribus introducendis in exercitum Iudæorum, qui decore illarum allecti, ad idololatriã & adulterium incitarentur. Quam ob rem omnes deinceps Madianitarũ mulieres occidi fecit Moyses. Alterum porro uitium mendacij est, quod isti pro ueritate proponunt & iactant, ut recte in eis uiam mendacij uiderit Ieremias. Et diligenter obserua, quòd ait dominus, uenire eos in uestimentis ouium, uenire inquam, non missos, uel à deo uel à legitimis magistratibus, sed intrudere seipsos, sicq; uenire in uestitu ouium, sicut etiam Paulus dicit eos tantum speciem habere uitæ spiritualis, & uirtutem illius abnegare. Sophon. 3. 3. Reg. 22. Ieremi. 23. Johã. 11. Nume. 24. Nume. 31. 2. Tim. 3.

Ab istiusmodi prophetis sibi quisq; caueat, ne ab istis lupis rapacibus pereat laniatus & anima & corpore, sed ut potius in fide uera constanter permanens, post hanc uitã illam consequatur æternam, Amen.

HOMILIA SECVNDA SVPER eodem Euangelio.

QVàm præclare, quàm diligenter, quamq; fideliter nos præmonuit dominus ubiq; ab omnibus, quæ salutem animarum nostrarum impediunt? Et cũ nihil uel magis uel perinde nobis nocere queat, ac infidelitas & error, etiam præcepit ut attendamus à pseudoprophetis, qui ad nos ueniunt in uestimentis ouium, hæreticos significans: de quibus Iohannes etiam præmonens, p
1. Johã. 4 hibet nos credere omni spũi, sed probare iubet spũs, an sint ex deo. multi enim pseudoprophetæ exierunt in mũdum. Quò pertinet & illud Petri, Fuerunt pseudoprophe
2. Petri. 2 tæ in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, Attendite ergo, inquit dominus, à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, Quæres: At qua nam ratione dignoscere illos potero. uellem enim eos uitare, sed quia intrinsecus sunt lupi rapaces, quomodo corda eorum aspiciam? Ecce tibi dominus ipse respondet, & ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nũ quid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Verba hæc de fructibus antequam adgrediar, est quòd prius hic errorem reiiciam Manichæorum, qui duas in homine posuerunt animas, naturas duas diuersas, bonam alteram, alteram malam. Atq; hinc lucta ista in nobis animarum, quarum altera bonum appetit, altera uitia concupiscit & peccata. Verum hoc erroneum est & hæreticum. neq; enim hic per arbores duas, duæ intelligi debent animę in homine, sed quia arbor hæc, est ipsa anima & ipse homo, fructus uero opera hominis. Non ergo dicit hic dominus quod arbor mala bona fieri nequeat, sed q̃ fructus bonos produ-

Manichæi

Augustin.

cere non possit: quoniam quum malus boni quippiam facere cupit, oportet ut antea fiat & ipse bonus. Idq; adeo uerum esse satis manifeste nobis testat dominus alibi, dicens: Facite arborem bonam & fructum eius bonū. Quod si iam arbor animæ nostræ naturam significaret, nō esset in potestate nostra situm, arborem bonam facere. Sequit ergo, arborem esse animam nostram, quam uel bonam, uel malam facere possumus. nam qui antea malus est, potest fieri bonus. qui uero bonus, etiam malus poterit fieri, & fructus ferre malos. Id multis hic scripturæ exemplis confirmat Hieronymus. Moyses arbor optima erat, sed quum primum declinauit à bono, peccauit apud aquā cōtradictionis. Dauid arbor bona erat, sed quum non perseueraret in bono, malos protulit fructus adulterij & homicidij. Arbor autem bona quādiu bona manet, fructus malos ferre non potest, dum mala est. Paulus, nisi conuersus ex persequutore Christianorum factus esset uas electionis, nō produxisset tot speciosos fructus in ecclesia. Quid multa? loquutus est hic dominus de arboribus bonis & malis, non q homo unus geminam habeat animam, sed qa homo ex anima sua arborem facere potest uel bonā uel malam. (in sensu compositio, non diuiso.) Matth. 12 Hieronym. Exodi. 15. 2. Reg. 11

2. ¶ Habemus etiam iam Christum non hoc uoluisse quasi q bonus est, malus fieri non possit: uel q malus, bonus: quoniam istiusmodi exemplis tota undiq; plena est scriptura, quomodo quis à malo aut bono auertere se possit: sed quia quàm diu malitiæ adfixus est, bonum utique fructum non possit adferre. Vt ergo ueniamus ad primū, dominus quum attendere nos iussisset ab hæreticis, subiunxit ut ex fructibus eorum cognoscceremus eos, operaq; ipsorum solerter aspiceremus, num illa honesta, pia, uirtute & laude digna, atq; deo essent beneplacita & pacifica. Regulam hāc euangelicam si adhibeamus ad uitam nostratiū neochristianorum, statim ex ipsorum fructibus perspiciemus, cuiusmodi arbores existant. Dices: At quomodo ex operibus bonis eos cognoscam, quando & ipsæ uestimenta sunt ouium, sicut supra dictum est, quondam hæreticos multum studuisse opibus bonis, quorum prætextu imponerent simplicibus? Videri itaq; cuipiā posset, Chrysost.

nos non sufficienter hac CHRISTI doctrina eruditi, de dignoscendis pseudoprophetis ex operibus eorum. Re
Augustin. spondet ad hoc Augustinus, & dicit: Rectissime sane quę ritur, quos fructus nos attendere uoluerit, quibus cognoscere possimus arborem. multi enim quædā in fructibus deputār, quæ ad uestitum ouium pertinent, & hoc modo à lupis decipiuntur, sicut sunt uel ieiunia, uel orationes, uel eleemosynę, quæ si animo bono fiant, uestimenta hęc uestiunt ouem: sin autem malo, lupum contegunt. oportet itaque nos cum discrimine loqui de operibus. Et primum quidem sunt opera quædam in se mala, & ex ijs nos arborem iudicamus malam. de illis Paulus sic inquit: Ma
Gala. 5. nifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia. Quod si iam ex huiusmodi fructibus neochristianos nostrates iudicare debeamus & dignoscere, expeditissime colligemus, quàm mala arbor sit ista, quæ tot pessimos nobis protulit fructus, seditiones, inuidiam, odium, & quot denique homicidia, quando ex uulgo hominum simplici plebe ultra centum millia misere perierint: neque dum finis, sed & quotidie adhuc euangeliū istud sub nescio quo scamno caliginoso ex pulueribus productum, nobis fulmina minatur bellorum inter principes & quoscunque ordines imperij. Taceo innumeros libellos famosos, mitto offendicula & blasphemias, sectas penè infinitas, catabaptistarum, sacramentariorum, iconoclastarum, & quid denique non? Et en tibi fructus istius scilicet sancti euangelij: non confiteri, ieiunia contemnere, spernere preces & omnia opa bona. Atq; ex ijs cognoscim⁹ illos pseudoprophetas,

2. ¶ Sunt opera quædam bona quæ tam malo, quàm bono animo fieri possunt, eaq; quum adfectu bono fiunt
Augustin. in ueritate, proprie sunt ouium uestes. quum autem malo in errore, non aliud quàm lupos contegunt. Atq; non possumus exacte cognoscere arborem, sed ex intentione qua fiunt. Sic quādo iam prædicatores carnis suadent anniuersaria, fraternitates & præbendas aboleri, & fisco inferri ecclesiastico, nemine m̄ę mēdicare debere, sed ex illa

arca omnes sustentari pauperes. O præclaram, ò blanda, ò delicatam hanc pellem ouilem, sub cuius tamen uelamento, quàm multi decipiũtur! Lupos ergo quum uis uere cognoscere, finalem aspice intentionem, quur id faciant. sic enim etiam dominus recte hic fructus (quos à fruendo dictos putamus) appellat, ut consideremus, qua re tandem illi huiusmodi operibus frui cupiant. Et ecce uidebis primum statim concurrere inuidiam, qua pauperibus fratribus in cœnobijs degentibus conantur subtrahere eleemosynam. Deinde si paulo altius introspicias, ecce propria eorum in hoc dominatur utilitas. siquidem ex illo fisco prædicatoribus oportet largissima cõferre stipendia, quibus meretriculas (sed quid dico? uxorculas dicere uolebã, quamuis etiam illo non multum aberrârim) suas serico & bysso uestiant, ipsíq; etiam aureis torquibus & anulis fulgiduli prodeant in suggestum, uerbum dei prædicaturi. O secula, ò mores. Ecce quod hic dixit dominus, A fructibus eorum cognoscetis eos. omnes eorum fructus à uermibus corrosi, amari, & immaturi, quidam etiam putridi sunt toti, de quibus Sapiens ait: Fructus illorum inutiles, acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Agnoscentur, inquit Augustinus, in filijs suis, hoc est, in obedientia filiorum, q̃ arguitur, quòd quandocunq; ppheraꝝ operã ad inobedientiam uergunt, sectas & defectiones ab ordinatiõe ecclesiastica, certum & euidens hoc sit signum hæreseos, sicut & uiciæ & zizania primum à frumento bono non discernuntur, tantisper dum excrescant. tunc enim demum ex fructu uiciæ cognoscuntur ab aristis boni frumenti. Atque hoc est quod dicit Sapiens, Virum cognosci ex filijs suis. Proh supreme deus, cuiusmodi filios nobis genuit Lutherus, qui ad nos ueniunt in uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces? Et quamuis omnes in uniuersum hæretici lupi sint, & quidem rapaces, isti tamen nostro tempore sæuientes, peculiari nomine lupi dicuntur uespertini. ita enim propheta: Leuiores, inquit, pardis equi eius, & uelociores lupis uespertinis. lupi uespertini, autore Hieronymo, magis sunt famelici ijs, qui mane discurrũt. sic & nostrates hæretici magis furiosi sunt & uesani antiquis illis superioꝝ tempo-

Matth. 7.

Sapien. 4.

Augustin.

Eccl. 11.

Habac. 1.

Hieron.

rum hæreticis, quibus sat erat in uno atq; altero articulo hæresim mouere, quum interim nostrates isti nihil intermittant, sacramenta omnia uiolent, Christianas ordinationes scindãt, usque adeo & famelici sunt, & uehementes ad omne malum.

Theoph. 3. ¶ Rursus similitudine quadam dominus docet signum & argumentum istud euidens esse cognoscendi hæreticos à fructibus eorum. nam licet ad tempus simulent, successu tamen temporis produntur. & quum illis modica præbetur occasio, semota pelle ouilla, & aures asini Cumani & dentes produnt lupinos. Non ergo ex huiusmodi spinis licet colligere uuas, neque ex tribulis ficus. Quàm porro commode hic dominus spinas uocat hæreticos? (sicut & in alio loco diuitias spinas esse dixit) opaca enim & obscura sunt spineta, statim excrescunt, pungunt & offendunt uel modice tangentes. fructus eorum amari sunt, & domicilia præbent serpentibus. Ita hæretici quoque nigri sunt, citra laborem & facile succrescunt: & nisi resistas, integrum statim obducunt agrũ quàm subito nanque hæreses se distendunt & proserpũt, nisi principijs obstes? ita enim ait Paulus quoque: Multi proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer

2. Tim. 2 serpit. Ecce Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed

Hieron. quia non statim est extincta, totum orbem eius flamma depopulata est.

¶ Videant igitur hic multi sapientes huiusmodi, quitãmen stulti sunt coram deo, quàm inique dicant: Non oportuit quicquam scriptum cõtra Lutherum nec; disputatum, quod hoc modo mordacior ille factus sit, magisq; irritatus. Putant stolidi isti hæreses quoq;, ut pleraq; alia, tempore modico absumere seipsas. Sane quotquot ita uel sentiunt uel loquuntur, sacras literas eo ipso ignorare se

2. Tim. 2. profitẽtur, & nescire quod ex Paulo iamiam adduximus, quia omnis eorum sermo serpit ut cancer. Quo nomine patres sancti præceperunt statim obuiandum esse hæreticis. Et quid si nos quoq; hoc iam supplicio adfecit deus, quod non statim uirus Lutheranũ repulimus? Ita iam neque mandatis, neque edictis, neque excommunicationi locus ullus reliquus est: ita alius ex alio princeps, multæ

ſubinde urbes deficiunt à fide & ſacramentis eccleſiæ.

¶ Vnde & ſponſa capi ſibi iubet uulpeculas dum parUæ ſunt: quæ ubi magnæ factæ fuerint, coniunctis caudis, ſegetes & frumenta incendio perdunt. Quamuis enim quilibet hæreticus capite uult eſſe libero, nec cuiquam cu pit obedire: caudas tamen conſtringunt omnes, & in hoc conueniunt, ut uno communique conſenſu repugnent eccleſiæ. Sic Lutherus & Zuinglius, quamuis uterque liber eſſe uelit, & uterque magiſter, alterúmque contemnat in cauſa ſacramenti, colligatas tamen habent caudas in diabolico iſto uinculo aduerſus eccleſiam uelut cõiurati, dicunt q; Miſſa ſacrificium non eſt, Panis in corpus Chriſti non tranſſubſtantiatur, Sacramento nulla deferenda eſt reuerentia. Quamuis etiam mundano & ſeculari fœdere Lutheranos principes & ciuitates cum Zuinglianis deuinciunt & aſtringunt, quantum in ipſis eſt. Vnde pater, quomodo arbor mala fructus bonos non poteſt facere. Lutherus quamuis Capharnaitis aduerſatur & Sacramentarijs, ex ſpineto tamen ſuo uuas nullas producit, ſed meram amaritudinem. ſiquidem ubicunque libros eius attingas, nihil inuenies niſi amara omnia. Vis habere aliquid amarum? Ecce ſacratiſſimum Chriſti corpus exangue ponit & deitate carens. Laicis quoque porrigit ſub utraque ſpecie. reuerentiam debitam illi ſubtrahit. ſacrificium negat eſſe miſſam, neque in ea corpus Chriſti offerri deo patri. permittit quoque illud ſine confeſſione, ab imparatis & non ieiunis ſumi, atque à profanis etiam hominibus tangi. Ecce fructus amariſſimos peruerſæ doctrinæ. Quàm pungit autem ſpinis falſorum dogmatum corda ſimplicium, bonos quoque conuitijs lacerat & proſcindit contumelijs? Proprie igitur hic dominus quã pauloante uniuerſalite arborem tantum uocauerat, iam ſpinam appellat. Quid autem faciendum ſit huiuſmodi ſpinoſo arbuſto, dominus per Dauidem docuit, dicẽtem: Præuaricatores quaſi ſpinæ euellentur uniuerſi, quæ non tolluntur manibus. At ſpineto ipſi quod manibus tractari & euelli non poteſt, quidnam faciendum? hoc ſane quod ſequitur: Si quis tãgere uoluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igné que ſuccenſo comburetur uſq;

Cant. 2
Iudi. 15

2. Reg. 23

in nihilum. Ecce quomodo dominus per Dauidem præcipit spineta igni succensa cremari. Veruntamen nostri isti delicatuli ignem cane peius & angue exosum habent, neque nominari uolunt illum, quòd metuant ardorem ipsius.

4. ¶ Sicut autem hæretici spinis comparantur, sub quibus serpentum, qui iuxta terram repunt, sunt domicilia, hoc est, habitacula diaboli: qui ubinã requiesceret melius, quàm in caligino sis tenebris hæreticorũ? Ita etiam tribulis recte conferuntur, qui de foris horridi sunt & rigidi: eoq; designantur illi, qui hæreticis adhærent, ipsos defendunt & tuentur. siquidem terra quũ sit maledicta, spi-

Gene. 3 nas tantum & tribulos germinat, & hæresis nihil ex se boni producit. unde & Iacobus ait: Nunquid potest, fratres

Iacobi. 3. mei, ficus uuas facere aut uitis ficus? sic & aqua amara dulcẽ facere non potest. amara inquam, quæ corrupta est sale

Matth. 5. infatuato, quod eiicitur ab hominibus & conculcatur. Atque hic iste tribulus malus est. quoniam terra quæ spinas & tribulos germinat, abiecta est & maledictioni pro-

Hebr. 6 xima: cuius, ut inquit Paulus, maledictio est in combustionem.

¶ Ecce hæretice, & Paulus tibi minatur ignem, incendium, combustionem. Quando igitur spinas & tribulos uocauit hæreticos dominus, non temerè utiq; duos illos tantummodo fructus in medium proposuit uuas & ficus: quoniam ij peculiariter ad ecclesiam pertinent & fide-

Chrysost. les, idq; pulchre docet Chrysostomus, quum ait: Vua in se mysterium CHRISTI habet. ut enim botrus multa in se grana suspẽdit, sic & CHRISTVS multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Ficus autem designat ecclesiam, quæ omnes concludit fideles in dulcedine charitatis. Sic ergo ficus dilectionis suauitatem & unitatem in multitudine granorum, uua uero patientiam significat,

Eccl. 40 quoniam exprimitur in torculari, simúlque gaudium de-

Psalm. 130 signat, dum ex se uinum præbet, lætificans cor hominis. Plura de natura uitis dicemus de sanctis tempore paschali. Hoc iam quoque uideamus, quòd spineta dominium sibi uendicare conantur, uires non item. siquidem qui ueritatem sectatur in docẽdo, honorem & gloriam sibi nõ

uendicat, quod in libris Iudicum designatur, quãdo ligna uitem eligere uolebant regem, sed reluctabatur uiris: & spinetum adsumpto regno lignorum, igni combussit illa. Atque hoc nimirum est, quòd in sacris literis ecclesia uinea dicitur, dicente domino: Plantaui te uineam meam electam. Vere enim uinea illa est dei Sabaoth, domus Israel. Vicissim uinum hæreticorum amarum est & acidum, ut ait Moyses: Vua eorum uua fellis, & botrus amarissimus: fel draconum uinum eorum, & uenenu insanabile. Vere uirus istud est insanabile, quoniam capitales hæretici ægre conuertuntur ad ueritatem. Atqui & Paulus inquit: Hæreticum post unam atque alteram admonitionem deuita, sciens quia subuersus est. Oremus dominum deum, ut per gratiam suam dignetur nos custodire ab omni doctrina mala hæreticorum & pseudoprophetarum &c. Amen.

Judi. 9.

Jeremi. 2

Isaię. 5.

Deute. 32

Titi. 3

HOMILIA TERTIA ET *ultima.*

INtellectus nostri imbecillitatem adiuuare firmareq; uolens dominus, multas nobis proposuit parabolas & similitudines rerum terrestrium: & hic quoq; præmonens nos cauere & attendere ab hæreticis debere, similitudinem arboris adhibuit: quam sicut è fructibus, ita ex operibus cognoscimus hæreticos. Omnis enim arbor bona fructus bonos facit, neq; potest ferre malos. Et anima doctoris boni ex se opera producit bona, honesta & deo beneplacita. Vnde propheta quoque iam olim prædixit: Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius: & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, q̃d ad humorem mittit radices suas, & nõ timebit cum uenerit æstus, Et erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Hæc omnia de eo intelligenda sunt, qui flumina & torrentem habet gratiæ dei, eius radices, hoc est, cogitationes uegetæ sunt; folia, id est, uerba bona, uiridia permanent, neq; desinit ille etiam in ariditate persequutionis fructus bonos facere. eò respiciẽs Da

Gregorius.

Jeremi. 17.

Psalm.1 uid, dixit: Erit tanquam lignum quod plantatum est se-
cus decursus aquarum, & fructum suum dabit in tempore.
Sic Paulus etiam fructus spūs uocat charitatem, gaudium,
pacem, patientiam &c. uere enim illi fructus bonæ arbo
ris sunt, quos arbor mala ferre non potest, dum mala ma
net, & non conuersa, efficitur bona.

¶ Veruntamen etiam ex sententia Augustini magna in hac similitudine dissimilitudo & diuersitas est. nam q arbor bona aut mala est, ex natura habet & essentiali pro
prietate: quòd autem anima hominis bona est uel mala,
Ephe.2 ex electione fit & arbitrij libertate, quamuis nos quoq; ex
natura mali nascimur omnes filij iræ. Deus autem qui di
ues est in miserationibus, arbores nos bonas facit, ut fru-
ctus ferre possimus optimos, adiuuante gratia sua. quod
Philip.4 in se sentiens Paulus, in hæc uerba prorupit: Omnia pos-
Matth.12 sum in eo qui me confortat. Neque absimile est quod in
alio loco Christus ait: Homo bonus de bono thesauro p
fert bona, & malus homo de malo thesauro profert ma-
la. perge hic.

2. ¶ Et ut quisq; sibi prospiciat rectius in uitandis hę
reticis, porro iam supplicium & pœnam inducit domi-
nus, & ait: Omnis arbor quæ non facit fructum bonū, ex-
cidet, & in ignē mittet. Arbor mala, malus inquam, pphe
ta tunc excidit, quando sententia excommunicatiōis ab-
scindit ab ecclesia, uel per mortem præcipitat in gehen-
nam ignis. Atq; hæc ipsa uerba Christi iam ante usurpa
Matth.3 uerat Iohannes Baptista: unde exemplū nobis dat, ne ue
reat prædicator aliqs alterius uti uerbis, quando hic Chri
stus nō erubuit etiam Iohannis dicta repetere.

¶ Sed tu hic geminā damnatoꝝ pœnā considera: alterā, quia excidítur arbor: alteram, quòd in ignem præcipitat. Atq; hoc est quod doctores dicunt duplicem esse pœnam, damni, quoniam damnum magnum est, priuari obtutu diuinæ maiestatis & consortio sanctorum omnium. Pœ-
na altera est sensibilis ignis & supplicij infernalis. atq; sic
Chrysost. inquit Chrysostomus: Si qs diligenter expendat, duplex
hoc inuenit esse supplicīū. q enim in gehenna uritur, &ę
lorū regnū prorsus amittit, quæ certe pœnaꝝ maior est,
q̄ cruciatus ille flammaꝝ. Noui qa plurimi pertimescant

gehennam, ego tamen illius gloriæ amissionem multo amarius, quàm ipsius gehennæ, dico esse supplicium. Et quamuis hoc uerbis uel exprimere uel probare non possum, sciuit tamen hoc Paulus, qui & ideo summam iudicauit esse miseriam atq; infelicitatem excidere ex gratia dei. & si quis infernos sexcentos statuat aut plures, nihil est id omne, si conferatur ad amissionem gloriæ felicitatis æternæ, ubi audire cogatur illud: Nescio uos. Plura ad huc habet Chrysostomus, quæ tu si uoles, extende. Atq; hoc est, quod ibi dominus ait: Excidetur & in ignem mittetur. cumq; principio nos admonuerat tantum attendere à pseudo prophetis, eorum quoq; nunc supplicium adiunxit & pœnam, quoniam excidentur à communione fidelium, & in ignem mittentur. Illamq; excisionem commodissime ad hæreticos referimus, quos etiam præcisos nuncupamus, & eodem quoq; modo loquitur Paulus, cũ optat abscindi, qui Galatas perturbant. Indigne quidem & molestissime ferũt hæretici quicquam sibi dici de igne, & tamen in scripturis legunt non obedire uolentem sacerdotis imperio, lapidibus obrui debere, atq; interim ipi puluillis insidere cupiunt, non igne cremari.

Matth. 25 Hereticorũ pœna.

Gala. 4

Leuit. 4. Deut. 17

3. ¶ Cum ergo iam dominus uitare præcepit hæreticos, illosq; ex operibus monuit esse cognoscendos, sequitur: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum. Sic pseudoprophetas superius cognoscere nos docuit, qui falsa docent, scripturasq; falso interpretantur & lacerant: ita iam eos quoq;, qui recta quidem docent, sed ea tamen non exprimunt operibus, in cælum non peruenturos confirmat, quo docere nos uoluit, inquit Augustinus, ne ad fructus pertinere putaremꝰ dicere, sed facere uoluntatem patris. Vt maxime igitur clamet Lutherus cum omnibus suis, Verbum domini manet in æternum, nihil tamen aget, nisi uerbum opere compleant, sicut & ipse Christus sæpe fecit, & multis locis testatur in hoc se descendisse de cælo, ut impleret uoluntatem patris sui. Atq; ideo intrare oportet in regnum cælorum per obseruationem iustitiæ, ut legum quæ sunt regni illius. Et hæc etiam sententia Hieronymi est, qui sic ait, Sicut supra dixerat eos qui haberent ueſtem uitæ bo

Docentes non audientes.

Augustin.

Ioha. 5. 6.

Hierony.

næ, non recipiendos propter dogmatum æquitiam, ita nunc econtrario asserit ne his quidem accõmodandã, qui cum polleant integritate fidei, turpiter uiuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt. Vtrunque enim seruis dei necessarium est, ut & opus sermone, & sermo operibus comprobetur.

¶ Hic autem obiectiones aliquot mouentur, & primum
1. Corin. 12 quidem ex eo, quod inquit Paulus: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. hunc autem quisquis habet, regnum utiq; intrat cælorum. ad hoc respõdet Augustinus, Apostolum proprie posuisse uerbum, dicit, ut significet uoluntatem atq; intellectum dicentis: dominus uero generaliter posuit uerbum, ut uideatur dicere, qui nec intelligit, nec uult quod dicit. Et eiusdem penè sentẽtiæ est Hieronymus, qui dicit morem esse scripturarum, dicta pro factis accipere, sicut ibidem Paulus reiicit illos, qui scientiam dei iactant sine operibus. illi enim audient dominum sibi dicentem: Recedite à me operarij iniquitatis, quia nescio nos. Sunt qui hic expendunt non temere Christum geminatim dixisse, Domine domine: quoniam quisquis regnum uult intrare cælorum, ter dicere debet: Domine, domine, domine, in corde, ore & opere. Sunt enim quidam, qui deum tantum colant & uenerentur ore & non animo, de quibus dominus ait per prophetam: Populus iste appropinquat ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me. Idem apud Matthæũ quoq; dominus adfirmat, & designantur illi per ficum, q̃ folia quidem habuit, sed fructum nullum. Sunt iam quoq; qui ore clamant, & magno boatu ingeminant, Domine, domine, non autem operibus, cuiusmodi sunt mali Christiani isti, de quibus Paulus ait: Confitentur se nosse deũ, sed factis negant. Sunt etiam qui ore & opere confitentur illum, & non animo: atq; isti hypocritæ sunt, dicentes: nihil esse quod colimus deum. Et quid utilitatis sit nobis q̃ mandata eius seruauimus? Omnes ij non intrabunt in regnum cælorum.

Dicere.

Hieron.

Luc. 23

Isai. 29

Matt. 25

Marci. 11

Titi. 1

¶ Ad extremum iam patet hinc, quantus sit error neo christianorum, qui sola ista nuda fide sperant se saluari, citra omne operis boni adminiculum, cum sint hæc aperta

uerba Christi: Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum. At quinam sic dicunt ad Christum? non Iudæi utiq;, non Turcæ, non Tartari, sed ñ tantum qui credunt in Christum, credunt inquam, & non faciunt uoluntatem patris, qui in cælis est, atq; ideo non perueniunt in cælum. unde colligitur, si modo uere dixit Christus, ut dixit ueriſſime, q; nemo neochristianorum intrabit in cælum. siquidem nil nisi credunt, & clamant tãtum, Domine, domine, interim̃q; operibus nõ exhibent, nec faciunt uoluntatem patris. unde quem aliũ speres exitũ, nisi præpropere eos præcipites demergi ad inferos? sunt enim ñ ipsi, de quibus ait Dauid: Dilexerũt eum ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum.

Sola fides.

Psalm. 77
Jeremi. 12

¶ Sequitur etiam ex illis, quo pacto scriptura intelligẽda sit, quæ aliquid secundum literam habet de fide aut inuocatione: quoniam in huiusmodi locis non sunt opera segreganda, neq; excludenda, ut cum ait propheta, Oñis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et ubi Paul⁹ dicit, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Inuocatio hęc non solo ore fieri debet, sed ex adfectu cordis, confessione oris, & protestatione operis. Sic etiam cum inquit propheta, Iustus ex fide uiuit, non intelligenda ibi est fides nuda, mortua, informis & charitatis operibus destituta, sed illa quę uirtutibus undiq; cincta, efficaciter operatur per charitatem, ut ait Paulus. Vos itaq; chariſſimi, illa domini uerba attendite bene, & arrectis auribus mentis uestræ expendite. Obseruate etiam pseudoprophetas istiusmodi, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Obseruate inquam hæreticos, qui multa de euangelio dicunt, de Paulo plurima: neq; tamen operibus quicquam repræsentant uel exhibent, nihil nisi ore paululum cõfitentes Christianismum, neq; operarñ sunt uel in minimo. Vos modo istiusmodi impostores, imo seductores, neq; audite, neq; sequimini, nec credite quicquã, sed ut ingredi possitis cum omnibus electis regnum cælorum, facite uoluntatem patris cælestis, atq; hic gratiam, in futura autem uita gloriam consequemini sempiternã.

Joel. 2
Roma. 10
Roma. 10
Habac. 2
Roma. 10
Gala. 5.

AMEN.

DOMINICA DECIMA

POST FESTVM PENTECOSTES

Euangelium Lucæ XVI.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat dues q̃ habebat uillicū, & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illū & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationē uillicatiōis tuę, iam enim nō poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quãtum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudẽter fecisset: quia

Matt. 25

filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

HOMILIA I.

NIhil est quo saluari possimus, dilectissimi in Christo fratres, nisi per misericordiam dei, id etiam confitente Augustino cum ait: Si remota misericordia iudicabitur, quid sunt nostra merita nisi magna peccata? atq; hoc est quod ait Paulus: Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam saluos nos fecit. Vbicunq; enim non se immiscet misericordia iustitiæ diuinæ, clamare nos oportet cum Dauide: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quando iraq; tantum in misericordia dei positum est, imo & felicitas nostra omnis inde pendet, hic nos dominus admonet atq; docet, quo tandem modo misericordiam consequi debeamus: sic nimirum, cum etiam misericordiam exhibemus proximis nostris, sicut parabola illa manifeste nos edocet, cum ait dominus: Homo quidam erat diues. At quis ille diues est nisi dominus Iesus, qui diues est in cælo & in terra? diues inquam, quia plenus gratia & ueritate, de cuius plenitudine omnes accepimus. Diues in miserationibus, ut ait Paulus: siquidem in ipso omnes thesauri sapientiæ dei absconditi sunt. In omnibus & erga omnes est ille diues, qui inuocant ipsum. Et usq; adeo ille quidem est diues, ut quotidie tot hominum animantiũq; millia pauerit hactenus sex millib⁹ annorum: neq; ei huc usq; defecerit quicquam, ut merito dicatur omnipotens, ditissimus & sufficientissimus, rectèq; celebrârit eum David, dicens: Gloria & diuitiæ in domo eius. Vere enim uerus Salomon CHRISTVS est, de quo legimus, quia magnificatus est in diuitijs & gloria super omnes reges totius mundi.

Augustin.

Titi. 3

Psalm. 142

Johan. 1

Ephe. 2

Coloss. 2
Roma. 10

Psalm. 111
2. Para. 9.

¶ Homo hic diues uillicum habuit, qui quemlibet designat Christianum, qui in baptismo dispensationem suscepit suiipsius & proximi. Necq; enim cogitet quisquam se soli sibi uiuere, sed curam habere debere etiam proximi sui, quem adiuuet doctrina, exemplo & externa submini
stratione, quæ uere pia uillicatio est. Quando autem nos
Uillici sumus. uillici tantum sumus, cogitemus nos bonorum nostrorũ dominos ueros nõ esse, necq; quicquam nos habere, quod iusto titulo uendicemus nobis, sed omnium nos dispensatores esse tantum & uillicos. domini enim est terra & plenitudo eius, orbis terræ & uniuersi qui habitant in eo. Ec
Psalm. 23 ce dominum uniuersorum, & cuius omnia sunt propria, quorum nos usum uix exiguum capimus. Hinc, inquit Be
Beda. da, ex hoc dispẽsatoris uocabulo discimus, eos q̃q; qui pecunias habent, earum dominos non esse habendos, sed tã quam alieni boni dispẽsatores. Quod si igitur nos quoq; uillici huius exemplo cogitaremus, breui uillicationem à nobis auferendam, nosq; corã iustissimo iudice apparitu ros de reddenda ratione, minus superbiremus, minus rerũ humanarum & temporalium cupiditate teneremur, plus conaremur parare nobis amicos illius uitæ, quàm hic di-
Chrysost. uitias corradere & aurum. Opinio quædã, ait Chrysostomus, erronea adgenerata mortalibus, auget crimina, minuit bona. Ea uero est, opinari q̃ ea quæcunq; possidea-
mus in usu uitæ, possideamus ut domini, & ideo etiam op portune ea apprehendimus, tanquam bona præcipua, cũ tamen cõtrario hic modo agatur. necq; enim positi sum⁹ in hunc mundum ut domestici, sed aduenæ & peregrini. Tu itaq; dispensatorem esse te agnosce & uillicum alieno rum bonorum, tantumq; temporalis fructus participem. Abijce fastum & arrogantiam diuitiarum, atq; modestiã serua dispensatoris huius.

2. ¶ Quando igitur uillici & dispensatores Christi sumus omnes, sicut de se & sui similibus, ait Paulus: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensato-
1. Corin. 4 res mysteriorum dei: quisquis iam diuitijs suis abutitur contra summi domini uoluntatem, is utiq; de abusu suo adcusabitur, sicut hic uillicus diffamatus erat, quasi qui dis
Glossa. sipasset bona dñi sui. Porro Glossa quædam huc sic ait. Dis

sipat bona temporalia, aliena acquirendo, & propria illicita exponendo, & bona propria male retinendo. Ira nos quoq; coram deo adcusamur à sanctis angelis, qui semper uident faciem patris cælestis, & omnia opera nostra adnunciãt. Quis autem ex omnium hominum numero est, qui tam sit immunis ab omni cogitatione peccati, ut dicere queat, se non esse diffamatum apud deum? quando omnes nos in deo offendimus, adeo ut si dixerimus quod peccatum nõ habeamus, nosipsos mendacij arguamus, & ueritas in nobis sit nulla. Matth. 18 Iacobi. 3 1. Johan. 1

¶ Porro dominus ille & paterfamiliâs iustus est, neq; plane fidem præbet communi famæ, sed quod prædicabant omnes, idipsum in uillico quoq; experiri tentat. Quã obrem uocat eum ad se, & ait illi: Redde rationem uillicationis tuæ. iam enim amplius non poteris mihi uillicare. Neq; dissimili ratione fecit etiam dominus in Sodoma & Gomorrha, quando dixit: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. descendam & uidebo, utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita ut sciam. Quod utiq; intelligi non debet eo modo, quasi quicquam lateat deum, qui omniscius est, sed tantum loquitur scriptura de deo more humano, quoniam prius uoluit probare quàm iudicare. dum'q; angelos ille misit in Sodomam ad cognoscenda peccata incolarum, exemplum dedit iudicibus, ne nimium sint in uindicta uehementes, sed bene & exacte prius dispiciant omnia, deliberent an ita ut narratur sit factum, quemadmodum Nicodemus inquit: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Gene. 18 Augustin. Johan. 7

¶ Atq; hoc est q̃d hic paterfamiliâs dixit uillico: Quid hoc audio de te? Vocatio hæc uarijs fit modis, quoniam sæpe & multum uocat deus: iam horrorem incutiendo damnationis æternæ, iam immittendo tribulatiões, pericula & uaria discrimina uitæ. Quotidie enim, inquit Chrysostomus, talia nobis per effectus clamat dñs, ostendens fruentẽ sospitate, priusq; uesperascit exanimem, & alium inter prandendũ expirantem. Chrysost.

Moueamur hinc nos talib⁹ exẽplis, & de reddẽda rõne eo

gitemus, expectemusq; subinde dicturum nobis dominũ, Redde rationem uillicationis tuæ. Vocat etiam nos dominus per prædicatores, doctores, & scripturam ipsam, quãdo dicitur: Venite filij, audite me, timorem domini docebo uos. & iterum: Ad uos ò uiri clamito, & uox mea ad filios hominum. Sicq; quotidie nobiscum loquitur deus p prophetas & apostolos, loquitur nobis in euangelio, loquitur & per doctores & prædicatores in ipsa conscientia nostra. Vis in modico saltem uidere, quomodo uillicum suum uocat deus? Ecce iam olim in paradiso dispensatorẽ cõstituit dominus Adam, ut custodiret & excoleret illud, Cum uero præuaricatus esset iste in uillicatione sua, uocauit eum dominus, & ait: Adam, ubi es? Et abscondit ille se, quamuis frustra: quoniam sic quoq; reddere eum oportuit uillicationis suæ rationem, quam redditurus, primũ conabatur omnem culpam transferre in Euam, & Euam in serpentem. neq; Adam tamen, neq; Eua immunis à culpa fuit. uterq; etiam ideo à uillicatione depositus est atque detrusus in hanc miseriæ uallem, cum omni sua posteritate, in qua nos etiam iustissimo iudice uolente adhuc miserè languemus.

Psalm. 33
Prouer. 8
Gene. 2. 3

3. ¶ Ait itaq; ad uillicum dominus. Quid hoc audio de te? Sic, sic inquam unumquenque peccatorem corripit dñs, dũ iste malũ uel cogitat, uel loqtur, uel facit, maleq; uiuit. statim enim tunc ait ille: Quid hoc audio de te? Sic nanq; & Sapiens inquit: Data est à domino potestas nobis & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur. Deinceps ergo duo proponit ei dominus: alterum, ut reddat rationem uillicationis: alterum, quoniam porro non poterit uillicare, quod utrunq; si homo ex animo & mentis adfectu recogitet, multa euitaret utiq; uitia, peccata plurima caueret. Ecce enim expẽde quod dominus omnipotens ille & immensus tibi dicit, Redde rationem uillicationis tuæ. Scias te non summariam rationem, sed particularem de maximis & minimis redditurum: atq; adeo de uerbis etiam ociosis, ut ait dominus: De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Proinde quicquid uel ipse tecum, uel coram proximo tuo operaris, quicqd

Sapien. 6
Matth. 12

in animo tuo cogitas, quodcunq; uerbum loqueris, quicquid pro uoluptate & animi tui uoto, uel audis uel uides, fac rationem reddas uillicationis. dicet enim tibi dominus: Ecce bona mea dissipas, ñsdem abuteris, non poteris ergo amplius uillicare, prope iam adest finis, tẽpus instat iudicij & reddendæ rationis, quando timendum cuiq; est, ne sibi dicat dominus: Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Recordare homo omnium operum tuorum & cogitationum. redditurus enim es rationem omnium eorum, quæ iam hodie deliquisti cogitando, loquendo & operãdo, atq; per omnem uitam tuã. Redde inquam rationem, quoniam amplius non poteris uillicare, Non est tamẽ quod cogites, deum cuiquam uillicationem in hac uita auferre. siquidem quàmdiu quis hic uiuit, pœnitentiam agere potest de peccatis suis, dominó que effici uillicus acceptus. Itaq; de morte intelligendum hoc est, quoniam post mortem nullus erit meritis locus, & lignum quocunq; ciderit, ibi iacet, sicut iam superius parte prima ex sacrarum literarum testimonio confirmauimus aduersus Lutherum. Et quamuis uerbũ hoc in uniuersum ad omnes pertinet homines, tamẽ ad omnes mũdi huius conditiones referri potest, quomodo quilibet agricola aut ciuis nobilis aut iudex, duces & principes reddere rationem iubentur & debent, religiosi itidem, presbyteri, parochi, prælati, episcopi, sicut hic de singulis ordinibus proponi possent quæstiones quas unicuiq; in medium adferet de⁹, qui nobis ꝙq; gratiã suã donare dignet, ne in hac ratione rei & culpabiles inueniamur. res enim hic nobis agitur, uel de inferis, uel certe de purgatorio. Isteq; hanc expositionem ueram satis testantur ipsa Christi uerba, quum ait: Regnum cælorum simile est homini regi, qui uoluit cum seruis suis ponere rationem, quam omnes nos facere tenemur.

Reddere rationem.

Isaiæ. 22

Eccl. 11 Fol. ca. 9

4. ¶ Villicus autem iste dixit intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationẽ? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Felix qui finem cogitat. felix inquam qui quotidie cogitat se moriturum. melior enim est finis orationis quàm principium. & quoniã probi immutantur in hac uita, perpetuo uiuent in throno cælesti.

Matth. 25

Bernar.

Eccl. 7

Atq; in hac parte prudenter egit uillicus, quod finem diligenter considerauit. Quomodo ait ille:

Gregorius. Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem. Siquidem & iacula præuisa minus feriũt. sed & nescit stultus q̃d ad uincula trahat, donec trãsfigat sagitta iecur eius.

Prouer. 7 Deliberatio porro uillici in duobus cõstitit, quorum neutrum sibi erat acceptabile: alterum, quia fodere non posset: alterum, quod emendicato alere quidem se posset, sed non sine grandi pudore. Mystico tamen sensu hoc Beda

Beda. sic exponit: Ablata uillicatione, fodere nõ ualemus, quia finita hac uita, in qua tãtum licet operari, nequaquam ultrà bonæ conuersationis fructum ligone deuotæ compũctionis licet inquirere. Mendicare, confusionis est, illo scilicet pessimo genere mẽdicandi, quo uirgines illæ fatuæ

Matth. 25 mẽdicasse feruntur.

¶ Huiusmodi mendicis nil datur. noluit enim, ait Salo-

Prouer. 20 mon, arare piger propter frigus, mẽdicabit ergo in æstate, & nemo dabit illi. Quisquis hic torpet ignauus, neque quicquam uult boni operari, friget utiq; dum feruore caret charitatis. Quilibet autem uictum suum & uitam induet, ut amictum, quem nec exuere poterit, nec permutare. Solerter itaq; prudens iste uillicus hoc expendit, se fodere non posse amotum à uillicatione: quoniam post hanc uitam non poterit amplius uel ieiunare, uel eleemosynas elargiri, uel inuigilare orationibus. Sed & mendicare illic uitio dabitur, quod hic in terris honestissimum est. Pium est enim clamare ad uirginem matrem, sancta Maria, ora pro nobis. Omnes sancti, pro nobis orate deum.

Lucę. 16 Illic autem non sic, quoniam & diues iste euangelicus, cũ micas panis, quæ dabantur canibus, hic Lazaro negasset, frustra illic petijt ex Abraam mitti sibi Lazarum. quidnã aliud audiuit, nisi istud? Fili, recordare quia tu recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc ille consolatur, tu autem torqueris. Ecce quomodo confusus est mẽdicus iste, subito ex diuite factus miserrimus? Aut quis non merito erubescat mendicare, unde quis perpetuæ sub iacet inopiæ & egestati? siquidem eo locorum constitutꝰ nihil agit qui mendicat, bona perit aliena, quisquis non secum adfert propria. Idipsum Paulus q̃q; docuit, admonis

nos opera nostra bona differre nō debere, uel post mortē usq; Dum tempus, inquit, habemus, operemur bonum ad omnes. sic enim fiet, ut in reddenda ratione melius habeamus coram deo in hora mortis nostræ, & in iudicio extremo, id quod nobis Christus ipse concedat, Amen. Gala. 6.

POSTERIOR HOMILIA
eiusdem Euangelij.

PArabolis aliquot ante hoc nostrum euangelium docuerat dominus, salutem hominum pœnitentium deo angelisq; suis magno esse gaudio. Nunc autem docere adgreditur, quomodo qualesq; se gerere debeant peccatores, qui conuerti uelint ad dominum, ut rursus recipiantur in consortium uitæ æternæ, qđ maxime fit per eleemosynā, quæ datur pauperibus, qs amicos nobis facere iubemur, instar huius uillici diffamati coram domino de rebus suis dissipatis. unde cogitauit intra se, ne mendicaret: Scio quid faciam, ut cum amotus fuero, recipiant me in domos suas. Ecce prudenter ille hic fecit, deliberās de eo quod ageret, quomodo & Sapiens iubet, consulto nos omnia facere debere. sic enim futurum, ut facti nosmet non pœniteat. Salubre itaq; hic sibi consilium adinuenit, quō modicum exponeret & reciperet multum. ait, Vt recipiāt me in domos suas: puta, quibus ego bene faciā. Eccl. 32

¶ Sic Ionathas petijt Dauidem, si uiueret ut misericordiam secum faceret domini. Sic Raguel optauit Thobię: Dominus deus tecum sit fili mi, optimi enim uiri filius es qui dat eleemosynam. 2. Reg. 20. Thobi. 7

¶ Sic quisq; secum deliberet, dum cogitat de morte sua, qua uillicatio sibi auferetur, ut antea pondus & sarcinā peccatorum abijciat, remittat omnibus à quibus sit offensus, magna eleemosyna magnos multósque sibi comparet amicos, qui testimonium sibi tribuant coram iudice, non uerbis, sed bonorum operum declaratione. Et in hoc consilio exequendo nihil moratus est uillicus, neque (quod ferè fit in Imperij comitijs) bene consuluit tantū, & nihil effecit bonorum. Vocauit potius ad se ōmnes debitores domini sui, & primo quidem dixit: Quantum

debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Quilibet parochus, & cui animarum cura demandata est, idipsum quoq; faciat. conuocet in quadragesima debitores domini sui, singulos'q; etiam in priuata confessione scrutetur, dicat unicuiq;: Quãtum debes domino meo? Quid peccasti? Narra si quid habes ut iustificeris. sic & Iosue dixit ad Achan: Fili, da gloriam deo, confitere peccata tua, & ostende mihi quid peccasti. Neq; uero dei tãtummodo, sed & proximorum nostrorum sumus debitores: deo quidem debemus tanquam conditori redemptoriq; nostro, unde bona omnia habemus cælestia, tẽporalia & corporalia, dicente Paulo: Quid habes quod non accepisti? Sanus es, diues, formosus, prudẽs, doctus, nobilis, aut dominus? omnia hæc ex deo habes. unde & hic quidam per oleum intelligũt spiritualia dona animæ, puta baptizatum esse, Christum induisse per fidem, sperare uitam æternam, pœnitere de peccatis. Omne id à deo. oleum enim hoc est, ex quo in nobis ardet lumen diuinum, & animus nostet illustratur lumine uero, quod omnes homines illuminat.

Isaię. 43
Iosu. 7
1. Corin. 4
Iohan. 1

¶ Quando autem primus hic cados olei dicitur debuisse centum, centenarius numerus perfectionem designat (nõ loquimur mathematice, quia sic esset numerus abundans, cum omnes partes aliquotæ faciunt 117. sed uelut ueteres Theologi loquuti sunt, quia in centenario fit transitus à læua ad dextram, inquit Hieronymus in abaco manuali. eum modum supputandi per articulos digitorum, descripsit post ueteres Beda.) Quum itaq; spiritualia bona tanto corporalibus sint potiora, quanto præstat anima corpore, ut ait dominus, recte dona spiritualia numerus hic significat centenarius. Ex ijs autem quæ deo debemus, magna pars ad proximum nostrum pertinet, quem oportebat bonis exemplis, moribus & doctrina sana per nos ædificatũ, sicut decet nos facere. Hic ergo uillicus remittit quidem, quantũ sibi cum proximo suo intercedit, sed debitum dei adhuc manet. Quod autem, inquit Augustinus, de centum cadis olei, quinquaginta scribi fecit à debitore, & de centum coris tritici octoginta, ad nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quæ similiter atque in Leuitas Iudæus quisque operatur, ut in Christi ecclesia abun-

Hieron.
Beda.
Luc. 12
De quę. euan. li. 2 cap. 34

det iustitia eius super scribarum & pharisæorum: ut cum illi decimas darent, Christiani dimidias dent: sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zacheus: aut ut ad minimum decimas det geminas, sicq; superet Iudæos. Verum hoc non accipitis, neque auditis uos libenter, sat scio, quum uix semel decimas deris animo & adfectu integro, eo quòd damnatam & diffidentē de deo istam concepistis (non omnes uolo uos, sed bonam tamen partem intelligo) opinionem, quicquid cultu diuino, templis & eleemosynis impenditis, id omne non perire tantum, sed uos quoque eo minus habituros creditis. Contrarium autem iam supra edocti estis. Beda deinceps hoc ad solam refert eleemosynam, inquiens: Nisi forte quis simpliciter accipiendum putet, quod omnis qui indigentiam cuiuslibet pauperis sanctorum subleuat, uel ex dimidia, uel ex quinta parte, certa suæ misericordiæ mercede sit donandus.

Exodi. 22. Lucę. 19. Leuit. 27. De eleemosyna. Beda.

¶ Equidem aliam adhuc inuenio expositionem, eámque ferē huiusmodi: Quod qui cados olei centum debet, mensuram significet misericordiæ, quàm sibi homo retinet & non pauperibus erogat. Atque horum debitorum plurimi sunt in mundo, diuites & opulenti, crassi & obesi mercatores, prelati, cœnobia quoq; multis bonis dotata, in quibus multi sunt, qui immisericordes, nihil adiuuant pauperes, neque cogitant quod de bonis ecclesiasticis scriptum est: Summus sacerdos ostendit deposita ad uictualia uiduarum & pupillorū, quædam uero esse Hyrcani Thobiæ uiri ualde eminentis. Vere autem sic res habet, quòd quamuis omnes immites durum subibunt in die nouissimo iudicium, tamen durius tractabuntur adhuc & inclementius, qui ex spiritualibus immisericordes sunt dare eleemosynam. Atque hoc est quod erat animus dicere, cados centum significare debitum istud. Ait autem uillicus: Accipe cautionem tuam, & sede. Quod etiam temere dictum non est, quoniam quilibet peccator accipere debet cautionem suam. Quæ quid obsecro aliud est, quàm ipsa conscientia nostra, præter quam nulla alia certitudine iudiget deus, sicut Paulus inquit, gentibus testimonium dare ipsam eorum conscientiam. Cautionem hanc protulit

1. Mach. 3. Abbates immisericordes, taceo de tyrannis. Roma. 2.

etiam Sapiens, cum diceret: Conscientia tua scit, quoniam sæpe aliis hominibus male locutus es. Cautionem hanc omnes sumere debemus in manus tempore quadragesimæ, cum confessuri sumus. Sequitur, & sede. Vt maxime aliâs, ita hic quoq; potissimum mora sua cuiq; nociua est. sic enim & Sapiens iuber, nos cunctari non debere conuerti ad dominum. Subdit, & scribe quinquaginta, ꝙd quid putas esse aliud, q̃ ipsam peccatorum remissionem? Quinq̃gesimus enim annus iubileus est, sicut dixit dominus: Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem; & clanges buccina mense septimo, decima die mẽsis propiciationis tempore, in uniuersa terra uestra. Sanctificabis'q; annum quinq̃gesimum, & uocabis remissionẽ cunctis habitatoribus terræ tuæ. ipse est enim iubileus. Atq; hinc promanauit illud, ꝙ annus iubileus etiam in ecclesia obseruatus est ex quinq̃gesimo in quinquagesimũ, tantisper dum terra malos homines nunc educat atq; pusillos, minus'q; longæuos, res translata est ad annum uigesimum quintum. Simili modo de remissione frumenti dicere potes.

Leuiti. 25

3. ¶ Id omne cum innotuisset domino, laudauit illicum iniquitatis ꝙ prudenter egisset. Non tamen laudauit in eo dominus infidelitatem, qua deceperat ipsum, sed prouidentiã futurorum. Atq; hæc illa regula est quã ex Chrysostomo supra admonuimus, & hic quoq; habet in Theophylacto, cum ait: Omnis parabola oblique & figurato modo, rerum quarundam naturam manifestat, non per omnia rebus illis assimilata, propter quas assumpta est. Sequitur hinc alia regula; non requiri in parabola, ut omnes illius partes necessarium sit curiosius indagare, sed quatenus apparent proposito utiles & fini conuenientes. finis autem huius parabolæ est, per eleemosynam amicos sibi cõparare ad promerendam uitam æternam. Si quis autẽ uellet hic unum hoc considerare, ꝙ uillicus iste dominũ suum improbe decepit, ipsius'q; bona aliis remisit, quid hoc foret aliud, q̃ semitam sternere ad coruos & crucẽ malam? Volnit. n. nos hic docere dominꝰ, ut diuitias nobis à deo datas, ultro impendamus pauperi-

Theoph.

bus, q̃s nobis per illas cõparemus amicos. Quid multa? lau- Beda.
dauit, inquit Beda, dominus uillicũ, ꝙ sibi prospexit in fu- Augustin.
turum, sed nõ omnia debemus ad imitandum sumere. Nõ
enim domino est facienda fraus, ut eleemosynas inde fa-
ciamus. sicuti neq; in uniuersum facienda sunt mala, ut e-
ueniant bona. Honorandus siquidem & colendus deus est Roma. 2
ex propria substantia, neq; illi placet uel sacrificium, uel Proue. 3
eleemosyna ex usura & bonis male partis. hoc quidẽ uult
dominus, ut bona male adq̃sita, ijs q̃ꝝ sunt restituantur.

¶ Errant igitur usurarij nostri, qui ubi diu hominibus
egregie imposuerint, malisq; cõtractibus eos deceperint,
modiumq; frumẽti, qui aliâs ueneat aureis duobus, ad par
uulam dilationem uendiderint tribus. Quibus imposturis accedit hæc noua, ꝙ si q̃s pauperculus pannũ aut aliq̃d Locus notabilis.
simile emptum uelit, cuius preciũ statim dissoluere neque
at, cogatur diuiti uendere auenã, quæ nondum creuerit
dimidiato precio, quæ usura certa est & indubitata, cari-
us uel uilius propter anticipationẽ uel expectationẽ. Sũt
istius generis & duriores etiã contractus innumeri, q̃bus
pauperes à diuitibus ad ipsum sanguinẽ & intimas ossiũ
medullas usq;, laniant̃, corroduntur, deuorant̃. Cumq; sic Reconciliatio fœneratorũ cũ deo.
belluli & obesuli diuites decem millia aureoꝝ undecunq;
per fas & nefas corraserint, uidentur sibi deũ egregie cõ-
ciliasse, si crucifixi imaginem, aut montẽ oliueti in mona
sterio depinxerint & erexerint, uel ruinosam antiqui pa-
rietis maceriẽ sanctorum imagunculis collini curârint.
Non sic autẽ, nõ sic, nihil proderunt hæc uobis. Aut ad-
eó ne uultis uos huic adcõmodare uillico, qui nõ ob iniq-
tatem, sed prouidentiam collaudatur? Nõ absimile est, q̃d Luce. 18
alibi dominus iudicem ciuitatis unius malũ, quem uidua
inuocabat, cõparat iudici æterno deo nostro, non in ini-
quitate, sed quia ad instantiã uiduæ pronunciauit illi ius
& æquitatẽ. Sicq; p̃ces iustorum etiã uindictam clamanti
um exaudit dominus. Constat igit̃, ut tandem finiamus,
parabolas nõ ex omnibus suis partibus usurpari debere,
sed quo ad finẽ tantũ, qui hic est prouidẽtia, nõ iniquitas:
Sequitur, filij huius seculi prudentiores sunt in generati-
one sua filijs lucis. filios huius seculi dicit eos, qui laudãt Theoph.
omnia quæ in terra lucrosa sunt, atque ij sapientiores

longe sunt & diligentiores, quàm qui spirituales sunt. id-
que prohdolor plus quàm uellemus experimur in ñs pe-
riculosis temporibus, quibus omnes penè homines diui-
tijs inhiant, honoribus incumbunt, ut qui maxime. Qui
autem animarum curam, salutem & ædificationem pro-
mouere deberent, isti altum & (quod aiunt) in utranque
aurem dormiunt. Aut quàm curiosi & expediti sunt neo
christiani in hæresibus suis, in dispergendis libellis & ue
neno suo diffundendo? Vicissim catholicorum in ueritate
& integritate fidei diligentia tanta, studiumq; simile nul
lum est. filij enim huius seculi ñ sunt, de quibus Baruch
ait: Filij Agar qui exquisierunt prudentiam, quæ de terra
est, negociatores terræ. Audiant, ait Beda, sapiẽtes huius
seculi, ut stultam sapientiam deserant, quos dominus nõ
uere prudentes, sed in generatione sua prudentes esse cõ-
memorat, de quibus dicit propheta: Væ uobis qui sapien
tes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis pruden-
tes. Contrà autem, amatores uitæ æternæ, filios lucis ap-
pellat. sicut enim quisq; facit opera, ita & filius appella-
tur, non secus ac mali filij perditionis, & boni filij regni
dicuntur.

Catholici negligentiores hæreticis.

Bar. 3

Beda.

Isaiæ. 5

Matth. 5

4. ¶ Concludit itaq; dominus, inquiens: Et ego dico
uobis, facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Diui
tias mammonam iniquitatis uocat, non quod ille in pec-
cato semper (quamuis id frequẽter eueniat) acquirantur,
sed propter consequentiam: quia plerunq; non sine pec-
to retinentur, magnæq; fiunt multorum peccatorum
causæ.

Beda.

Vere solicitæ tu causa pecunia uitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.

Prudenti.

Pudor per aurũ soluitur, uiolat auro integritas, pax occi
dit, fides perit, leges & ipsæ intercidũt. An qd aliud est au
rum, nisi uenenũ gloriæ & princeps, ut ille ait, omniũ ma
lorum? hinc ꝓditiones, adulteria, homicidia, & qd deniq;
nõ? ut recte mammonã iniquitatis appellârit dñs. unde
tũ amicos nobis cõparare iubemur, pauperes nimirum &
mẽdicos, ut ait Glossa, qui nos aliqñ demortuos recipiãt
in æterna tabernacula. Regnũ itaq; cælorũ iubemur ꝑca-
ri ex pauperib⁹. Et nõne admirãbilis & in oĩb⁹ stupẽd⁹ est

pecunia.

deus noſter, qui tanta ſapientia inſtituit omnia, ut qui in mundo ſunt contemptiſſimi, maximum omnium pretium & theſaurum uendere poſſint, uitam æternam: illorum ſiquidem eſt regnum cælorum, quod ab eis mercari debemus, & noſtra ſponte largiter dare eleemoſynam: idq; ut faciamus, uel unum hoc magis nos urgere debet, quòd paratus eſt deus tam abundanter illud nobis rependere. Matth. 5.

¶ Vos itaque chariſſimi date pauperibus, & retribuet uobis dominus menſuram, quam ſupra in homilijs de eleemoſyna audiſtis. Non id tamẽ ex bonis male partis quiſquam tentet facere, ſicut ex Auguſtino iam ſupra admonuimus. nemo enim ex uſura, rapina aut furto eleemoſynam facere debet, ſicut ſcriptum eſt: Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui uictimat filium in conſpectu patris ſui. & Salomon ait, Sacrificia impiorum abominatio ſunt coram deo, quæ ex peccato offeruntur. Quomodo autem res male partæ ſint reſtituendæ, ibi conſilio utere docti & boni confeſſoris, neque aſſentatorem hic tibi quære, qui dicat placentia, ſed ueritatem ipſam. Certum eſt enim, quod poſt Gerſonem magni nominis Kayſerſpergius uelut ex oraculo dicit: Plures pereunt auaritia, quàm uel gula uel luxuria. Auditis itaque hic ipſam CHRISTI uocem, eam ſequimini. cõparemus amicos nobis pauperes, ut uiciſſim nos recipiant in æterna tabernacula. deo enim fœnorat, quiſquis miſeratur pauperis. Huiuſmodi amicos uobis complures facite, quoniam in die nouiſſimo uocabit dominus iuſtos ad regnum cælorum, eo quòd ſe famelicum cibârint, & ſitientem potârint: & tunc illi nos recipiẽt in æterna tabernacula. Quod omnibus nobis præſtare dignetur deus, Amen. De verbis dñi. Exodi. 34 Gerſon. Proue. 19.

DOMINICA VNDECIMA POST FERIAS PENtecostes euangelium Lucæ XIX.



IN illo tempore Vt appropinquauit Iesus uidēs ciuitatem Ierusalem, fleuit super illam, dicēs: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circūdabūt te inimici tui uallo, & circundabūt te, & coangustiabunt te undiq;, & ad terrā prosternēt te & filios tuos q in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod nō cognoueris tempus uisitationis tuę. Et ingressus in templum, cœpit eijcere uendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Matt. 24 Marc. 13.

Matth. 21 Marci. 11. Johan. 2. Isaię. 56 Jerem. 7

QVod flente domino, inquit Gregorius, Hierosolymorum subuersio describatur, quæ à Vespasiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam euersionis legit, ignorat. fletus autem hic Christi, factus est in ipso die Palmarum, quando plurimus ei exhibitus est honor: quo docere nos uoluit ille, ne inter gaudia obliuiscamur malorum, quæ nobis occurrere tunc quoque possunt, iuxta illud Sapientis, In diebus bonis etiam recordare malorum. Atq; hoc est, quod sancti patres dicunt, ideo in dominica Palmarum legi in ecclesia passionem CHRISTI, quoniam & ipse dominus in medijs gaudijs perturbat⁹ est, & mœrore cõfectus. Nos iam textum ipsum adgrediamur: Vt appropinquauit, uidens ciuitatem. Mitissimus dominus non solum pedibus corporis, sed & compassionis in animo appropinquauit, atq; id tamen totum frustra, quoniam ut maxime diu appropinquet nobis dominus, nosq; non etiam accedamus, nihil fit. sic Iacobus ait, Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. sane enim nullus in deo defectus, sed omnis iste in nobis est. Neque uero appropinquat ille tantum, sed & fler. siquidem nulla est alia natio tam grandis, quę habet deos appropinquantes sibi, sicut appropinquat nobis deus noster. Appropinquat ergo dominus peccatoribus, uolens oẽs hoĩes saluos fieri. ideóque & per propheram clamat, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. & per alium, Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Nanque hoc est quod credas cõstanter, quia nullus pater ardenter adeo diligit filiũ suum, illiusque profectum desiderat, ut deus cupit quatenus nos filij sui ab eo cõditi, creati & redempti, bene, pie & iuste uiuerem⁹. In eius rei argumentũ dicitur hic nõ appropinquasse tantum ciuitati, sed & super eam fleuisse. ait enim euangelista: Vt appropinquauit, uidens ciuitatem, fleuit super illam. fleuit pius redemptor ruinam perfidæ ciuitatis, quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse uenturam. sicq; cõdolens dñs dicit per propheram, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Nõ risit, quod sane in scripturis inueniatur, mitissim⁹ do

Gregor⁹.

Eccl. 11

Iaco. 4

Deut. 4
1. Tim. 2

Zach. 1
Isaię. 45

Gregor⁹.

Ieremi. 9

minus, sed ex rationabilibus causis nō semel fleuit, ut hię
super ciuitatem Ierusalem, quæ non cogitat malum iam
Isaię.1. iam sibi imminens. unde poterat ille dicere cū Isaia, Quo
modo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudiciū iusti
tia habitauit in ea, nunc autem homicidę. fleuit deinceps
& in resuscitatione Lazari, qui fremitus processit ex eius
Cyrillus. indignatione contra diabolum, cuius inuidia & suggestione mors intrauerat in orbem terrarum. flebat ergo, quia
fons erat pietatis, & pro parte humanitatis. In uniuersum
Hebrę.5 quoq; deplorauit communē omnium hominum lapsum
in cruce pendens. sic enim ait Paulus, Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad eum, qui possit illum
saluum facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis
offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

¶ Quo minus autem proprium suum exitium cogitabat ciuitas, eo magis dolebat Christus, & dicebat: Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem
tibi, scilicet quur ego lugeam, & tu fleres, sicut de te dixit
Thren.1 Ieremias: Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in
maxillis eius, & non est qui consoletur eam ex omnibus
charis suis. Fleret inquam etiam nunc in illa die sua, quæ
ad pacem sibi, eo quod quæ futura erant latebant eam. uidebantur etenim Iudæi iam omnia superasse, si modo inuidiæ suæ uirus effudissent in dominum, ipsumq; occi-
derent. uerum id omne gaudium prouenit eis ad summū
Proue.13. mœrorem, iuxta illud Sapientis: Risus commiscetur doloribus & nouissima gaudij obruit tristitia. Atque hoc est
Lucę.23. quod dominus loquutus est mulieribus, dicens: Nolite flere super me, sed super uos ipsas flete. & super filios uestros
quoniam ecce dies uenient in quibus dicent, Beatę steriles & uentres qui non genuerunt, & hubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super
nos: & collibus, Operite nos.

¶ Et sic quidem etiam hic dolenter collachrymabat dominus ciuitati, præ multitudine pctōrum seipsam cognoscere non ualenti, atq; putanti se semper habituram pacē
in pctis, quod fieri non potest. Deus enim dominus est
uindictæ, & ulciscetur se statim: quoniam quum dicent,
1. Thes.5. pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus.

O quàm multis locis hoc contingit. Tu hoc quoque ut uoles extende.

2. ¶ Iam porro horrendum magnificæ urbis excidium describit dominus, idq; per hæc quinq;:

1. ¶Circundabunt te inimici tui uallo.
2. ¶Coangustabunt te undiq;.
3. ¶Ad terram prosternent te.
4. ¶Et filios tuos qui in te sunt.
5. ¶Non relinquent in te lapidem.

¶Quæ omnia magnam urbis mutationem signant, q̃- Beda.
niam tunc extra ciuitatem crucifixus est dominus, teste Hebræis
Paulo. Nunc uero urbs tota sic extructa est, ut locus caluariæ, ipsúmque adeo sepulchrum Christi, sint in urbe, totamq; constet illam antiquam Hierosolymam dirutam, soloq; esse æquatam. Quomodo principes Romani, quàm ægre obsederint urbem, tribus aggeribus circunderint, quantis in periculis bellorum, famis & pestis fuerint Iudæi, quàm crudeliter trucidati, capti & uenditi, Iosephus ipse quoq; Iudæus natus, qui in eodem bello fuit, iustis septem uoluminibus descripsit. Tempore nanq; paschali cœpta est urbs oppugnari, quando erat plenissima in conuentu omnium Iudæorum, quo nomine uehementior efficiebatur obsidio. intus enim fames & inter ciues factio & seditio erat, exterius hostilis & cruentus grassabat gladius, ut rectissime sic dicere poterant illud Danielis: Vndiq; mihi angustia, & quò me uertam nescio. Prædixerant Dani.
enim iam olim illud prophetæ, sed obstinati Iudæi credere recusabant, sicuti nunc quoque neochristiani credere nolũt, neq; agnoscere prophetias Danielis, Christi, Isaiæ.
Pauli & Petri, dum abrogant sanctum missæ sacrificium. Isaias prædixerat, Terra uestra deserta, ciuitates uestræ succensæ sunt igne. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in uastitate hostili. & derelinquetur filia Sion ut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ uastatur. Mich.
Ita excidium hoc etiam Micheas prædixit, inquiens: Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.

¶Nanq; quum iam Romani urbẽ totam funditus euer-

tissent, qui adhuc reliqui erant Iudæi, rursus cœperunt ædificare illam: & superuenit Aelius Adrianus, & iterum diruit quicquid erat extructũ, oppidulũq; ibidem ædificauit, atq; à suo nomine Aeliam dixit, autore Hieronymo. Hoc etiam est quod Isaias inquit, Habitatores Ierusalem & uiri Iuda iudicate inter me & uineam meam. auferã sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam. non putabitur, & non fodietur, & non ascendent super eam uepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Id omne sub ænigmate & prætextu uineæ, præ dixit prophetæ de urbis huius excidio, quoniam ibidẽ sequitur: Vinea domini exercituum domus est Israel. Supersedeo cæteris ꝓpheratum uaticiniis, quoniam sunt innumera. Neq; uos credo latet, quomodo ostendentibus Christo discipulis structuram templi, dixit ille ad eos: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis, nõ relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Quærat autem non absque quispiam, quid hic de Christianis actum sit, quorum utiq; multi per apostolos & discipulos CHRISTI à Iudaismo conuersi sunt, sicut & Lucas de octo millibus scribit. Respondetur, Christianos in hac angustia & persequutione non esse deprehensos. Refert enim Eusebius Christianos, qui tunc erãt Hierosolymis, admonitos esse diuinitus, ut secederent ultra Iordanem in ciuitatem Pellam, ut cum secessissent ex urbe boni, deus peccatricem ciuitatẽ magis puniret. Iosephus etiam scribit, quod quum in nocte Pentecostes sacerdotes ingressi essent templum ad cultum dei peragendum, primum audierunt sonitum, deinde uocem dicentem: MIGREMVS HINC. Præterea Iesus quidam filius Ananiæ agricola, quatuor annis ante excidium cõtinue clamauit per uniuersam ciuitatem, Vox ab ortu, uox ab occasu, uox à quatuor uentis, uox in Ierusalem, uox in templo, uox in omnem populum. Væ uæ uæ Ierusalem. Sicq; clamauit ille cõtinue, & in magnis festiuitatibus maxime, sine ulla raucedine uocis. Quumq; in obsidiõe super murum circumiens clamaret assiduo, Væ ciuitati, uæ templo, uæ populo, & ad extremum diceret, Væ mihi, lapide ictus occubuit.

Hiero. de loc. hebr. Isaiæ. 5

Matt. 24.

Actu. 2. 4

Lib. 3. c. 3.

7. c. 9

3. ¶ Multa possent hic de immensis ærumnis huius extidiũ dici, nisi nimis longum id foret: & tamen sub breuitate libet de fame, sicut & Eusebius fecit, potiora transcurrere, reliquasq; belli & conflictus mutui miserias missas facere, unde cognoscatis, quantum scelus sit & peccatum occidisse Christum, quamobrem merito tanto supplicio puniuit illud deus. Diuitib⁹, inquit Iosephus, nihil intererat siue uiuerent siue occiderentur. si enim uiuebant, accusabantur pro ijs, qui defectionem meditarentur & paratĕt ad Romanos, unde occasio dabatur illis bona omnia auferendi. Quumq; iam nullibi palam essent frumẽta, milites irruptionem faciebant in ædes diuitum: & si quid inueniebãt, rapiebant statim: si nihil, tamen affligebant homines, quasi qui abscõdissent ea ne communicarent alijs, clamabant ipsos tam diu sine cibo uiuere non posse. Non nulli omnem substantiam suam expendebãt pro uno modio frumenti, secq; concludebant priuatim in penetralia ædium, & quod habebant, ueluti furtiuum comedebãt semicoctum. Miserabilis omnino hæc rerum omnium facies erat & aspectus infelicis escæ. quisquis enim potentior erat & paulo robustior, cibum rapiebat ubicunq; inuenerat. nulla hic uerecundia, reuerentia nulla fuit, uxores maritis, liberi parentibus, ipsæq; adeo matres filijs suis escam abripiebant ex ore, ita ut libere in conspectu parentes concidebant moribundi. Quid quod nemini facile licebat priuatim manducare? quoniam quascunque fores cernebant latrones clausas, eas effringebant: & irruentes quærebant cibum, inuentúmque ui abripiebant. neque in hoc senibus parcebatur, neque mulieribus. Milites insuper negantes ipsis homines cibum, præacutis & ualidis acubus pungebant loca genitalium, ut extorquerent escam. Quòd si quis magno uitæ periculo extra urbem clam peruenisset, decerptisque oleribus uix hostium manus euasisset, & rursus uenisset in urbem: quicquid ingenti discrimine uix tandem abripuit, id omne ei rursus auferebatur.

Lib. 3. c. 4

Ioseph. lib. 5

Miserãda Hierosolymorum obsessio & expugnatio.

¶ Vsque adeo etiam inualuit fames, ut undique plateæ omnes plenæ essent cadaueribus mulierum & infantum atque puerorum, senes quoque expirabant palam in

plateis, iuuenes uix sufficiebant iam figendis gressibus, ita exhaustis uiribus erant. Qui etiam robustissimi sibi uidebantur, & bene adhuc uiuere, itidem non sufficiebant, deficiente iam libitina, sepeliendis iis qui sibi erant charissima. in quo etiam opere multi intenti, dum cadauera suorum congerunt, moriuntur: quidam in ipsa uia cadauer ali quod sublatū uix humeris ferentes, corruebant antè mortui, quàm terram contingerent. Quid multa? lachrymis erant omnia plena, plena omnia mœroribus, quando nihil undique erat, nisi ipsissima mortis imago. Crudeliores erāt in hoc spectaculo latrones. siqdē & monumēta lustrabant, & cadauera spoliabant, quędam etiam semimortua occidebant penitus, gladios suos hoc modo experientes. Erant hic qui occidi se postulantes, impetrare non poterant. Multa quoque mortuorum cadauera proiiciebāt extra urbem, ita ut istis implerēt fossas: cuius tragœdiæ miserius Titus ipse Imperator, sublatis in cælum oculis, dicebat cum gemitu: Testem te inuoco deus, quòd non est hoc opus meum. Ad extremum tanta erat fames, ut in tota undiq; ciuitate de cibis contentio erat, emortua iam innumerabili hominum multitudine præ fame, adeo ut Mannetus Iudæus quidam, q Romanis se dedidit, dixerit à decimoquarto Aprilis usq; ad primum Iulij, elata g portam cadauera hominum centum quindecim millia & octoginta. Verum deinceps qui reliqui superfuerunt nobiles, retulerunt ultra sexies centena millia elata esse extra portam, præter eos qui aliâs mortui fuerant. Vrgebātur insuper, quæ uix fas est loq aut credere, homines mā ducare, corium, calceos, pelles, fœnū quoq; & ijs multo de terriora non abhorrebant.

Li.6.c.11

Mortui.

¶ Iosephus quoq; scribit quiddam inauditum & inhumanū. Mulier quædam nomine Maria, filia Eleazari, diues & nobilis, nata ex urbe Bathecor citra Iordanem, ea quoq; Hierosolymam confugerat in hanc infelicem obsidionem. fameq; prævalescente, cū qd coquebat, irruentes milites ei auferebant, qua re commota & percita furore, ad facinus urgebatur, quod & ipsa auersatur natura: & si uera sunt quæ referunt ueteres, sol quōdam hic ipse, q omnia uidet, uidere exhorruit. lactentem adhuc habe

7.ca.6

Mulier p. lē comedit

bat infantulum, eum elatum ad oculos ecce inclamat, O infeliciſſimæ matris filiole, multo infelicior, cuinam te ſeruabo in tanto bellorum imperu, in fame & ſeditionibus? Quod ſi te ſino uiuere, ecce ſeruus Romanorum efficeris, nunc autem fames præuenit ſeruitutem. Ad hæc q ſeditiões mouent in ciuitate, magis furioſi ſunt quàm ipſi hoſtes. mihi itaq; cibus eris, ne alijs eſca fias, ut ſeditioſis iſtis furorem augeas, & nos fabulam facias uniuerſo generi humano. Simulq; cum ijs uerbis filiolum illum ſuum interemit, alteramq; corpuſculi partem coxit, alteram abſconditam ſeruauit. Interea dum hæc fiunt, ecce milites adcurrunt, nidorem ſequuti, mulierem increpant, & minantur mortem, niſi proponeret quod eſui paraſſet. Et ſtatim reſpondit illa, ſe bonam partem eis ſeruaſſe, atque cum hoc reliquam pueri partem propoſuit. qua uiſa, exhorruerunt ſubito, & uelut obſtupuerunt. Mater aũt ſubiunxit, Vere hic filius erat meus: de ijs ipſis carnibus egomet manducaui, & uos itaque comedite. Quid horretis? quid uereminí? Verum ipſi cum tremore & horrore abierunt. Numerum omnium occiſorum facit ille undecies centena millia. Captiuorum autem infra annos ſeptẽdecim, ſupra nonaginta millia. & innumerabilis multitudo adhuc extitit eorũ, qui partim uenditi, partim ad metalla ſunt condemnati. Hæc, hæc nimirum ſunt illa ſpectacula dilectiſſimi, quæ hic Chriſtus deplorauit, ſimul & prædixit. Neque abſimile eſt, quod alibi dixit apud Lucam, Cum autem uideritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote qa appropinquauit deſolatio eius: tũc q in Iudæa ſunt, fugiant ad mõtes: & q in medio eius, diſcedant: & q in regiõibus, nõ intrent in eam: qa dies ultiõis hi ſunt, ut impleant omnia quæ ſcripta eſſent. Væ aũt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit em preſſura magna ſuper terrã, & ira populo huic. Et cadẽt in ore gladij, & captiui ducent in oẽs gentes. & Ieruſalem calcabit a gentibus, donec impleant tempora nationũ. Nos iam rogemus dñm, ne peccata noſtra uiſitet in acerbitate uirgę, ſed gratiam nobis ſuam cõcedat, ut pœnitentiã agentes de peccatis noſtris, uitam conſequi mereamur æternam. AMEN.

Captiui mortui.

Lucę. 21

HOMILIA III.

Dominus hoc euangelio prædixit horrendum & miserabile magnificæ præclaræq; urbis Hierosolymæ excidium: neq; id solo uerbo, sed extremo etiam signo, quia lachrymis in hoc profusis. Rationes aũt tantæ cladis non in una urbe tantum, sed & uniuersa regione deuastata quoq; indicauit hic dominus, dicens: Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ. Vbi loquitur de suo tempore, quo iam uenerat ipse uisitare nos, sicut ait Zacharias: Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriẽs ex alto. Atq; hæc ipsa iam erat plenitudo temporis, quando misit deus filium suum in mundum, tempus illud beneplaciti, ut ait Dauid, quod etiam manifeste & aperte adeo prædictum eis fuerat, ut tergiuersari non possent, ita prophetæ omnes aduentum Messiæ præcinuerant, ita signum certum eius temporis ostenderat patriarcha Iacob, ita Daniel etiam annos connumerauerat, unde facile tempus huius uisitationis cognoscere potuissent. Verum adeo isti erant inuidia, odio, superbia & auaritia obcæcati, ut illi nec cognoscerent, neq; intelligerent. Quamobrem loquutus est dominus quoque ad eos: Hypocritę, faciem cæli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Atque hoc est quod per prophetam conqueritur, dicens: Miluus in cælo cognouit tempus aduentus sui, turtur similiter, hirundo & ciconia, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quia itaq; grauiter peccârunt isti hic in domino, graui supplicio adfecti sunt, ita ut nunquam tanta plagarum omnium multitudo uenerit super eos, imò ne alibi quoq; super aliquem uniuersi mũdi populũ, iam inde à conditi orbis exordio.

Luc. 1 Gala. 4 Psalm. 68 Gene. 49 Daniel. 6 Luc. 12 Jeremi. 8

¶ Hinc discendum nobis est, quòd quamuis hominum miseriæ, fragilitas, supplicia etiam & damna ex naturalibus interdum causis proueniant, unde & naturæ dominus commendatur: neq; id propter peccata fit, cuius rei apertum testimonium ipsa nobis CHRISTI uerba exhibent, qũ interrogabant cum discipuli de cæco nato, ipse

ne peccasset an parentes eius, respondet ille neq; cæcum neq; parentes eius peccasse, sed ut manifestet gloria dei in eo. Tamen nonunquam etiam hoc permittit dominus ad bonum hominis alicuius, ut sic ille abstineat à peccatis, uitamq; suam emendet. Sic permisit stimulo carnis uexari Paulum, ne reuelationum magnitudine elatus superbiret. Sic populos aliqt reliquos permisit deus, q aduersaren tur Iudæis, q experiri ille uoluit, num Iudæi seruarēt mā data sua. Sic multi infirmitatibus corripiunt in bonum, q si sani permanerent, damnari poterāt in pctis suis. Multi pauperes fiunt, aliâs in diuitijs perituri. Pleriq; ante tēpus moriunt, qui si superstites manerent, uitam uiuerent perditam, & damnarentur. Quapropter nemo nimium dolere debet de morte filiorum suorum, quoniam sic ait Sapiens: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Multos in prima infantia deus uocat ad gloriam, qui si uixissent, & gratia dei excidissent & gloria. Neque est tamen, q paruulis similes habeantur exequiæ, ut ijs qui matura moriuntur ætate, q̄niam ampliori intercessione nō egent, sed ut gratiæ agā tur deo, qui animas eorum æterna felicitate donauit, in q̄ nemini dubium esse debet.

Johan. 6

2. Corin. 12

Iudic. 3

Sapien. 4

¶Fit quoq; ut permittat deus aduersitatibus aliquē uexari, ad probandum eum & meritū ipsius augendum, sicut Iob omni miseriæ & infelicitatis genere circūdatus fuit in bonis suis, in liberis, in ipso quoq; corpore suo, quę omnia meritum ipsius maximū fecere. Atq; hoc mō Raphael Thobiæ dixit, opus fuisse ad hoc, ut acceptus fieret domino deo, quatenus tentatio eum probaret. Ita Paulus per multas ait tribulatiōes ingrediendū nobis esse regnū cælorū. Idq; deus ex mera dilectiōe facit, quum quem diligit castigat, & flagellat omnem filiū quem suscipit. sicq; q̄n iudicamur, & à domino corripimur, non cum hoc mūdo cōdemnamur. Atq; de huiusmodi castigatione, quę homini in bonum cedit, hic non loqmur.

Job. 1

Thob. 12

Actuū. 14

Hebrę. 12.

1. Corin. 11

2. ¶Neq; raro autem ex peccato uenit huiusmodi pœna & tribulatio, idq; in totis prouincijs, in oppidis, in priuatis hominibus. Eius rei tota undique scriptura plena est testimonijs. Et mitto hic, quomodo sæpius in ueteri

testamento grauiter interminatus est dominus Iudæis
supplicia magna, non seruantibus mandata sua, ut in li-
bro Iudicum & alibi. Exordiamur autem ab homine pri
Gene.3 mo, & ecce illum uidemus propter peccatum esse é para-
diso expulsum. Filius eius Cain, profugus factus est & tre
Gene.4 mulus per omnem uitam ex fratricidio. Vniuersum quo-
Gene.7 q; mundum aquis diluuij perdidit deus propter peccatum,
exceptis Noë & qui cum illo erant. Peccatum quoq; cau-
sa unica fuit diuisionis linguarum in ædificatione turris
Gene.11 Babylonicæ. Atq; sic deinceps usq; ad excidium Hieroso-
lymę, quod etiam factum est propter istud ingens pc̃tum
crucifixi & occisi filij dei. O domine deus, quando nostra
quoq; pc̃tā maxima sunt, clemens & propitius nos cõuer-
te: neq; flagellis nos uisita iracundiæ tuæ, sicut intermi-
Leuit.18 natus es in lege, gentes quas eĝciam ante conspectum ue-
strum & quibus polluta est terra, cuius ego scelera uisita-
bo, ut euomat habitatores suos. Et iterum per os Dauidis,
Psalm.88 Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus pec
cata eorũ. Sic Moyses increpauit Iudæos, Quare uos trã-
gredimini uerbum dei, quod uobis bene nõ succedet? Sic
Job.4 Iob quoq; dixit Recordare obsecro te, quis enim unquã
innocens periit? aut quando recti deleti sunt? Quin po-
tius uidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant do
lores, & metunt eos, flante deo periisse. Non ignorabant
hoc Iudæi, quãdo ex captiuitate Babylonica liberati, redi
bant in terram suam, atque hoc modo quicquid obue-
nit nobis, propter opera nostra mala fit nobis. Vos itaq;
charissimi uidete ne peccetis, quod si autem peccaueritis,
statim declinate per pœnitentiam. aliãs enim impune uo
bis non licebit peccare, nisi ipsi peccata uestra corripiatis
per pœnitentiam: quoniam pc̃tores conuertentur in in-
fernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum, inquit
Psalm.9 Dauid. & iterum in alio Psalmo, Retribuet eis iniquita-
tem eorum, & malitia sua disperget illos dominus deus
Psalm.93 noster. Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, spi
Psalm.10 ritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam iustus do
minus & iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Pe
trus etiã, Vultus, inqt, dñi est super faciẽtes mala, ut per-
2.Petri.2 dat de terra memoriam eorum. Quid autem singula com

quirimus, quando plena est omnis undiq; scriptura, quod deus affligit malos & punit? Vosq; adeo ne dubitetis, qn ille non feret impune neochristianis tãras blasphemias, nisi per pœnitentiam deleuerint, q̃d faxit deus, Amen.

3. ¶Sed cogitaret aliquis intra se: Primum, quomodo conueniat quod nos diximus Hierosolymam dirutam esse propter peccatum interempti filij dei, cũ eo quod Iosephus refert Romanos expeditionem illam mouisse aduersus Iudæos ob eorum inobedientiam & contumaciã, atque defectionem à regno Romanorum, sicut aperte testatur oratio Agrippæ ad Iudæos. Deinde, quum deuastatio hæc quadragesimo demum anno post Christi passionem sit facta, bona utiq; pars eorum, qui Christum crucifixerant, iam interierat demortua. Ad superius illud respondeo, quamuis Romani id omne ob suum cõmodũ fecerint, supremus tamen ille dominus omnium, totiusq; mundi moderator, pro sua uoluntate disposuit ex alia causa: sicuti quum Nabuchodonosor mgna dominãdi libidine ductus, Iudæos captiuos abduceret in Babyloniam, non aliud considerabat, quàm ut amplissimam acquireret potestatem. Et tamen deus in hoc diuersa ratione usus, Iudæis commeritam infligebat pœnam: ad eam exercendam concitauit Nabuchodonosorem, tanquam instrumentum, organum & uirgam furoris sui. Quamuis quum iam satis uirga usus est dominus, ipsam quoque proiicit in ignem, id quod testatur aperte per Isaiam: Væ Assur, uirga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & cõtra populum furoris mei, mandabo illi ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. ipse autem non sic arbitrabitur. Et deinceps, Erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Ierusalem, uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur. Ecce quomodo per uirgam Assur affligit Iudæos deus, quamuis Assur aliam ob causam persequebatur eos, ideoq; deus tandem Assur etiam affligit, ut inquit Sophonias, Extendet manum suam super aquilonem, & perdet Assur. Sic iam Turca nobis Assur, deo autem uirga est, qua affligitur Christianitas,

Cur Iudæis bellum motum.

Li. 2. c. 16

Punit de alia causa q̃ homo.

Isaiæ. 10

Soph. 2

sic tamẽ, ut denique etiam uirga præcipitetur in ignem,
Iezech. 21 ut ait Iezechiel: Mucro mucro, euagina te ad occidendum. reuertere ad uaginam tuam, in loco in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo in te. Ita hic quamuis Romani diuersa ratione ducti sunt, deus tamen illis pro uirga usus est furoris sui. Id quod nũc quoque uidemus euenire quotidie, ut deus nonnullos affligit per malum quempiam, sed & hunc tandem finit interire. Ad alteram quæstionem respondemus: uerum esse, bonam partem eorum qui CHRISTVM occiderant, fuisse demortuam, sed tamen dicimus aliquando deum uelocẽ
Psalm. 77 esse ad affligendum: sicut fecit in deserto, ubi adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, atque occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. Aliâs quoq; differt uindictam, sic ueteres dicebãt deum pe-
Valer. des habere laneos. sic Valerius inquit, lento quidem gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, sed tamen tarditatem supplicij grauitate compẽsat. Quo lõgius enim differt, hoc grauius punit dominus. longanimis tamen est &
Psalm. 102 multum misericors, sæpe diutissime expectans, an quis conuertatur, ait Dauid: Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors, non secit nobiscum secundum peccata nostra, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Atque hoc est quod Pau-
Roma. 2 lus inquit, An diuitias bonitatis dei & patientiæ, & longanimitatis cõtemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ.
Isaiæ. 30 idipsum & propheta cognouit, quum diceret: Ideo expectat dominus, ut miseratur uestri. Vbicunque ergo
Exodi. 20. emendatio nulla est, iniquitatem patrum uisitat dominus in tertiam aut quartam generationem. Et sic quando liberi iniquitatem patrum parentúmque suorum uelut hæreditariam sibi attrahunt & usurpant, atque nonnunquam maioribus suis fiunt deteriores, non aliud eos manet supplicium, quàm quo hinc Iudæi sunt adfecti: in quibus tamen usque adeo nihil profectum est, ut in hunc

usque diem non desinant exacerbatum ferre odium aduersus Christianos, quod iam olim conceperunt in Christum, dum crucifigerent illum. idipsum enim perpetuo deinde exacuerunt uelut gladium acutum aduersus omnia CHRISTI membra. Petrum enim & Iohannem uirgis ceciderunt, Stephanum lapidârunt, fratrem domini Iacobum gladio occiderunt, rursus Petrum uinxerunt, Paulum lapidibus obrutum pro mortuo extra portas pertraxerunt, sæpius uirgis ceciderunt, neque semel mortem intentârunt. Vsque adeo CHRISTVM totum per singula membra interficere semper conati sunt, subinde suis exemplis maiorum suorum facinora pro bonis adprobantes, qui si CHRISTVM habuissent, & ipsum quoque crucifixissent. Vt iam merito desinamus mirari, si pœna crucifixi CHRISTI super filios crucifigentium per uenerit, iuxta illud quod petierant clamitantes: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quid quod ab ipso Christo erudimur, deuastationem hanc non tantum fuisse uindictam super sanguinem CHRISTI, sed & propter sanguinem omnium tum prophetarum, tum Christianorum, qui occisi sunt à Iudæis? Ita enim ait dominus: Genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? ideo dico uobis, ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē, ut ueniat sup uos oīs sanguis iustus, q effusus ē sup terrā, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinē Zacharię filij Barachię, quē occidistis inter templū & altare. Amē dico uobis, ueniēt hæc oīa sup generationem istam. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios suos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Sumant hinc neochristiani exemplum sibi, ut maxime non statim in foribus blasphemiarum suarum sit supplicium, dominum expectare pœnitentiam eorum: quam si acturi non sunt, sciant quoniam blasphemias tantas tamq; dira sacrilegia uindicabit deus in quartam generationem in

Actuū. 5
Actuū. 7
Actuū. 12.
Actuū. 14.
2. Corin. 11
Johan. 19
Matth. 23

filios filiorum. siquidem uel ij tandem exoluent interitu suo calices direptos & alia bona ecclesiæ.

4. ¶Ingressus deinceps dominus in templum, eiecit
Gregorius. ementes & uendentes, ait Gregorius, Qui narrauit mala uētura, & protinus templum ingressus est, ut de illo emēces & uēdentes eiiceret, profecto innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit, ipso siquidem dessignauit, unde origo & causa sit tanta uastationis: neque id olim tātum factum est, etiamnum hodie uidemus malos sacerdotes & falsos prædicatores seducere uulgum, tantasq; nunc mouere seditiones & discordias moliri per uniuersam Germaniam. Ingressus inquam est dominus templum, id quod nunc quoq; decet Christianos bonos, ut cū aliquò proficiscuntur, primum statim ingrediantur templum, iuxta illud Dauidis: Adorabo ad tēplum sanctum
Parte. 3. tuum. Reliqua de templo & orationibus in eo habendis, dicturi sumus in homilijs de didicatione templi. Quod au
Hiero sup Matth. 21 tē ad ipsam pertinet historiam, inqt Hieronymus: Quòd accidebat plerunq;, ut qui de longe uenerant, non haberent uictimas, excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent: & omnia animalia qbus opus erat ad sacrificia, uendebant nō habentibus, & ipsi rursus empta reciperent: & qa multi non habebant unde emerent, nummularios, qui mutuam sub conditione darent pecuniam: & qa lege cautum erat, ne usuras acciperent, excogitauerunt aliam technam: & pro nummulari is posuerunt colybistas, quòd uaria tragemata & munuscula fructuum loca usurarum reciperēt: quamuis idipm
Iezech. 22 prohibitum quoq; erat, dicente per prophetam domino: Vsuram & superabundantiam nō accipietis. Visa itaq; & perspecta eorum auaritia, dominus istam hominum confusaneam turbam è templo eiecit, atq; prophetico illo dicto corripuit: Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronum. Latro (inqt
Hieron. Hieronymus) est, & templum dei in speluncam conuertit latronum, q lucra de religione sectatur. cultusq; eius, nō
Iohan. 1 tam cultus dei, quàm negociationis occasio est. Sunt qui putāt eos pauperib⁹ pecuniam mutuasse ad pignora, quæ quum illi non essent soluendo, exiguo precio sibi attraxe

runt. Et hoc quidem dominus fecit bis: semel primo prę dicationis suæ anno, deinde ultimo anno in ipsa die Palmarum, quæ quinta erat ante passionem suam & mortē, sicut Matthæus, Marcus & Lucas commemorant. Chrysostomus multum hic conqueritur de Christianis, quorum templis putat magis operæ precium esse, ut expellat Christus ementes & uendentes, q̄ ex ista synagoga Iudæorum. qua de re dici quidem possent per multa, si modo adessent qui faciunt talia. hoc est, Simoniaci, Ciziræ, Curtisani in dolo uersati, de bonis non loquimur. Exhibuit autem hic Christus maiestatem suam, exhibuit & omnipotentiam, quando inermis ipse tantam hominum multitudinē eiecit ex templo. Atq; ideo dicunt doctores fulgidū quēdam radium exiisse è facie ipsius, & Iudæos exterruisse, sicut in monte Oliuei corruerunt ante eum, nec potuerunt aspicere eum, neq; tangere, nisi prius ille permitteret. Matth. 21 Marci. 11 Chrysost.

Addit hic dictum prophetæ: Domus mea, domus orationis est. In oratorio, inquit Augustinus, nemo aliud agat nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit. Non sunt ex templis facienda horrea, aut quod fœdius est stabula, siue quicquam profanum. Dices, quid hoc est, quòd hic dominus subito adeo facto ipso corripuit istos, neq; prius uerbis compellauit & reprehendit, ut sic tandem nolētes mandato suo obsequi, puniret acerbius? Respondeo sane q̄ eum qui antea certus, est, nec admoneri opus est, neque reddi certiorem. Quando igitur Iudæi multis modis in sacris literis edocti erant mercimonia non exercere in templo, deinde huiusmodi quoq; lucrum non quærere ex sacrificijs, decebat ut qui scripturæ nolebant credere, à domino palam ipso opere corriperentur. Sic enim ait Ieremias: Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Ego ego sum, dicit dominus, ego uidi, inquit Oseas, in domo Israel horrendum, ibi fornicationes Ephraim, ibi rapinæ & usuræ, unde perueniunt diuitiæ affluentes. Sed & Zacharias dicit, non erit mercator ultra in domo domini, atq; in multis alijs locis. Ad finem habet euangelium hoc nostrum, quotidie dominum docuisse in templo: ubi cernere est, quòd quamuis obstinati plerique erant Iudæi, mul

August in. Reg. eum qui certus de reg. iuris. lib. 6 Ieremi. 7 Osee. 6 Zach. vlt.

ti tamen ex ijs boni erant & pij, audientes uerbum domini, cum nondum erant hic festa paschalia, atq; ij multis Christianis multo fuerant meliores, qui etiam festis diebus non audiunt cõciones sacras, ad quas etsi accesserint, aufugiunt statim, neq; præstolãtur finem. Nos iam communibus uotis oremus dominum pro omnibus.

DOMIMICA XII.

POST FERIAS PENTECOSTES, Euangelium Lucæ XVIII.



Sup. 2 Actuũ. 5

IN illo tempore dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebãt tanquã iusti, & aspernabãtur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus pharisæus & alter publicanus. Pharisęus stãs, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Ieiunо bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus

Eccl. 5 Sup. 15

in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Matth. 23

De philosophi responso.

HOMILIA I.

Lectio hæc sancti euangelij fratres inuitat nos ad orandum & credendum, & non de nobis, sed de domino præsumendum. Quamuis enim opus bonũ & præclarum est oratio in uniuersum loquendo, tamen ea quoque uana est, si non adsit tum humilitas, tum fidutia magna misericordiæ dei. Atque ideo euangelium illud speculum quoddam esse debet omnibus Christianis, ut sic orationem suam, aliaq; opera bona quæ faciunt, omnia faciant ea forma, ut sint deo accepta. Dixit, inquit Lucas, dominus ad quosdam qui in se confidebant tanq̃ iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam. Etsi omnis superbia deo pariter atque hominibus execrabilis sit, tamen adhuc non odiosior tantum, sed & scelestior est illa, qua quis opera bona sibi adrogat, nõ domino adscribit & fert accepta. Quid enim hoc aliud est, quã ipsum negare deum? atque ideo mederi uolens dominus isti siue philautiæ siue fidutiæ sui, parabolam hanc in medium proposuit, simulque docuit, quod quamuis iustitia facit hominem adpropinquare deo, tamen ubi primum ingerere se cœperit superbia, statim deijcit hominem & prosternit. Sicut ergo ante huius euangelij principium ad orationis perseuerantiam exhortatus est, dicens: Oportet semper orare, & non deficere; ita hic docet non solum orandum esse multum, sed & humiliter, quoniam non uerba à deo examinantur, ait Beda, sed opera, quorum omnium uelut domina humilitas est. Atque hoc illud est, quod hac parabola dominus edocuit aduersus eos, qui in se confidebant, & alios præ se cõtemnebãt hypocritæ: quos ait Paulus ignorare iustitiã dei, propriamq; suã adstruere, & ideo iustitiæ dei non esse subiectos. De hac ipsa fidutia sui multa diximus in homilijs de præparatione ad sacramẽtum. sed tamen ut hic quoq; nõnihil dicam⁹, nemo in seipsum cõfidere debet tanq̃ iustũ, sicut fecerunt, quos hic

Augustin.

Eccl. 10

Beda.

Roma. 10
Lucę. 17

corripuit dominus: Quin potius ubi omnia quæ præcepta sunt nobis perfecerimus, dicamus quia serui inutiles sumus. Atq; hoc illud est quod uulgo dicimus. Quod bonum est fac, adhuc tamen metue. sic Paulus quamuis nil se sibi conscium dicebat, addidit tamen, nõ ideo se statim esse iustificatum. Atq; ad hoc uel maxime moueat hominem, ꝙ quicquid id est, boni quod facit, ex se non habet, sed ex gratia dei dicente Paulo: Quid habes quod non accepisti? Vere enim omne bonum à deo est, ut etiam testatur ecclesia dum orat: Deus, cuius est totum quod est optimum. Quando igitur omnis nostra probitas á deo est, ne gloriemur, neq; efferamur ob eam. Quid ꝙ hæc ipsa quoq; quam habemus, iustitia nec munda est satis, nec integra, sed instar panni menstruatæ mulieris? Vsque adeo se ingerunt undiq; muscæ Aegyptiacæ, ut uix tanto serio eaq; libertate facias quicquam, quò non uel ambitio inserat se uel huiusmodi quiddam. Ad hæc, qui bonus est, eũ quoq; timere oportet ne cadat, omnemq; iustitiam suam amittat. Qui stat, inquit Paulus, uideat ne cadat. Idem adeo Iob etiam de angelis dei adfirmat, dicens: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem: quanto magis ij qui habitant domos luteas, consumenť uelut à tinea? hoc est, Si labunť angeli, quãto potius hoĩes quoq; multa carnis debilitate oppressi, errant & cadunt? Accedit ijs, quòd nemo scit, iustus ne corã deo sit an non, sicut iam ex Paulo audiuimus, & clare dicit sapiens: Nemo scit, odió ne an amore sit dignus. Quamobrem Dauid quoq; orauit dominum: Ab occultis meis mũda me: Et sic etiam Gregorius dicit: Quod si scienter trãsgredimur, & sic noxam non effugimus, quid periculi metuendum nobis in ijs quæ ignorantes delinquimus? Atq; ijs ferè de causis magna hæc fuit stultitia, quod tantum suæ probitati tribuerunt, meritoq; ob id sunt à domino reprehensi.

Lucę.17
1.Corin.4
ibidem.
Isaię.64
1.Corin.10
Job.4.
Eccl.9
Psalm.18
Gregori⁹.

2. ¶Duo homines ascenderunt in templum. Quo ad literam, oportebat sane Iudæos ascendere in templum illud nobilissimum Salomonis, extructũ in suprema urbis parte, in monte inquam Moria, sicut in libro Paralip. legimus Salomonem ædificasse ibidem templum. (sicut in

2.Para.3

dedicatione templi dicetur.) Vrbs autem ex monte decliuis uersus uallem posita erat: & sic quisquis orare uolebat in templo, cogebatur ascendere. Sunt qui referre uolunt hoc ad gradus illos qui erant ante templũ, sicut Iezechiel scribit, ꝙ oportebat ascendere gradus septem in tẽplum, utiq; non sine speciali mysterio & significatione. Atq; hoc quidem quo ad literam. Ascenderunt ergo in tẽplum, quia sequitur, Descendit ille iustificatus. Addit aũt & ascensiõis causam huiusmodi, Vt orarent, nõ ut nouos rumores aucuparentur. quod faciunt, qui nouitates sectãtur. mercatores, ut mercimonia tractent: amatores, ut pascant oculos, & quod uolunt uideant: mulierculæ etiam, quæ spectatum ueniunt, spectentur ut ipsę. Orandi causa adeundũ est templum: & tamen tunc quoq; periculum ẽ, ne quid mali subrepat, sicut in hoc pharisæo audiemus. Christus inquit, Domus mea domus orationis uocabitur. Quilibet igitur domum illam dei reuerenter ingrediat, exẽplo Moysi, qui calceos quoq; exuit in loco, quo apparuit ei dominus in rubo. Pharisæus alter erat, alter munere & officio fungebatur publico, sed eiusmodi, q̊d sine peccato exercere non poterat. De pharisæis multa diximus in superioribus homilijs. constat enim eos bonam habuisse speciem pietatis, schedasq; in fronte & manibus circũgestasse quibus inscripta fuit lex, ut sic illius semper memores, dei quoq; non obliuiscerentur. In fimbrijs q̊q; uestium gestabãt spinas, quarum punctionibus legem in recenti habere memoria urgerentur. Sic dominus dixit: Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias. qui q̃dem egregius erat honestatis fucus, sed ille uanus & sordidus. homines se spirituales mentiebantur habitu & gestu externo, sed ipsi interim homines erant nihili, sicut ibidem dicit dominus: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Iezec. 40.
Isaię. 56
Matth. 21
Lucę. 19
Exodi. 3
Matth. 23
Matt. 23

¶ Id adeo satis patet in hoc pharisæo, qui tam pompose orationem suam incepit stando, quæ etiam prima in

eo ſuperbia eſt externo geſtu declarata. aliter autem edo
ctus erat à propheta dicente: Venient ad te curui filii eo-
Iſaiæ.60 rum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum
tuorum. Ita enim faciebant Iudæi, quando Moyſes nun-
cium referebat eis, futurũ eſſe ut deus eriperet eos ex Ae-
gypto, quoniã ſic habet text⁹, Proni adorauerũt. Vnde &
Exodi. 4. Iſaias dicit, Adorabunt te prona facie in terram. Non ſic
Iſaiæ.45 autem phariſæus iſte, qui ſe non inclinauit, ſuiq; ſimiles
reliquit hæredes multos ſtupidos & nihili homines, qui
cum templum ingrediuntur, nec deum uerentur, neque
ſanctos: aut certe ſi eueniat feliciſſime, altero genu leni-
ter ad parietem inclinato, alterum diſtendunt turpiter,
inique ſane & improbe. Quoniam cũ omnes Chriſtianos
hoc parum aut nihil deceat, tum uero maxime nobiles &
qui ingenui uolunt haberi, dedecet. Aut cur metuis incli-
nare te coram eo, qui omni honore digniſſimus eſt?

3. ¶ Sic ergo orauit ille ſecum: Gratias ago tibi deus.
Secum, inquam, orauit, hoc eſt, orauit quicquid ipſe ſecũ
tacitus cogitauit, non quod inſpirauit ſpiritus domini.
Nos enim neſcimus quomodo oremus, ſpiritus autem in-
terpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. At quis
ſecũ orat? quiſquis ipſe ſibi placet ſuperbus & elatus. quã-
obrem nos admonet Paulus, ne placeamus ipſi nobis, ſed
ut quiſq; proximo ſuo placeat in domino ad ædificatio-
nem. Atq; hoc eſt quod ait Gregorius: Oratio hominis ſi-
Roma.15 bi placentis, non aſcendit ad cælum. Quod autem iſte ſibi
Gregor⁹. bene placuerit, teſtantur ipſa eius uerba. ſiquidem ſic ora
uit: Deus, gratias ago tibi q̃ non ſum ſicut cæteri homi-
nes. Gratiarum actio opus ſane bonum & præclarum eſt,
1. Theſſ.5. teſte Paulo, qui nos & gaudere ſemper & ſine intermiſſio
ne orare, atq; in omnibus gratias agere iubet, q̃ hæc ſit
uoluntas domini. & alibi ſemper etiam nos monet grati
Ephe.5 as agere in omnibus in nomine domini Ieſu Chriſti.

¶ Quod ſi quis gratias agat ex ſuperbia & faſtu, iam-
iam peccauit, ſicut hic reprehenditur, qui faſtuoſe orauit.
neq; enim ille ſic inchoaſſe debebat orationem ſuam, ſed
Proue.18 ſic ut monuit Sapiens: Iuſtus prius eſt accuſator ſui. Verũ
iſte nimium ſibi iuſtus uidebatur, quaſi qui nõ indigeret
adcuſatione ſui, ratus nihil eſſe quo adhuc haberet opus,

non considerans interim egestatē, qua premebatur, summam. Omnis enim qui huiusmodi est ingenio, attendere debet illud Iohannis: Dicis tu quidem, dives sum, nullo indigeo, & nescis interim quàm sis miser & miserabilis, Apoc. 3.
cæcus, nudus & egenus. Magna hæc erat istius insolentia, quòd cum tantopere gratia dei destitutus esset miser, tam adhuc se iactabat, & quasi omnibus alijs malis existentib⁹ unum se gloriabatur esse iustissimum: quæ utiq; superbia execrabilis est, præ se quoslibet alios contemnere: quoniam superbia magna est, putare se donum habere quo maxime caret, ut hic pharisæus. Aliter Paulus, qui huiusmodi homini dicit, quòd quisquis arbitratur aliquid esse se, Galat. 6.
cum nihil sit, seducit seipsum. Superbus est, qui existimat singularem habere se bonitatem, & contemnit interim alios, uolens bonus haberi præ omnibus. Sic iste pharisæus meliorem se alijs putabat, raptoribus & adulteris: raptoribus inquam se reputauit meliorem, qui uere raptor erat, quoniam sic dicit dominꝰ: Væ uobis scribæ & phari Matth. 23.
sæi, qui comeditis domos uiduarum, oratione longa orātes. quod cum fecerit ille, quanto fuit latronibus scelestior? Vtiq; enim melior non fuit, qui se alijs omnibus anteposuit, communi pharisæorum omnium more, qui opus tantum prohibitum esse putabant, cogitationes autē omni gaudere libertate. Errârunt autem in hoc, q̄ existimârunt legem prohibere solummodo manum, non etiā animum. Addit deinde, Et sicut hic publicanus. Quod ualde temerarium existit iudicium, ipsum minime decens, testante Sapiente: Noli contemnere hominem in amari- Malach. 2.
tudine cordis sui. unus enim est qui humiliat & exaltat, Eccl. 7.
circunspector deus, cui suffragatur & Malachias: Nonne deus unus est, qui creauit nos omnes? & cur quisq; contemnit proximum suum? Ecce iste contemnit publicanum quasi unum de cæteris, & ex numero malorum. Plura de non iudicando proximum nostrū, diximus aliâs.

4. ¶ Nouerat utiq; pharisæus hic ex Dauide, duas esse partes iustitiæ, fugere malū & facere bonum. Ita. n. ille Theoph.
ait: Declina à malo, & fac bonū. Postq̄ igit quæ uitasset mala enarrauit, bona etiam q̄ fecerat, similiter cōmemorat, Psalm. 33.

Ieiuno, inquit, bis in sabbato. Ieiuniũ opus utiq; bonum est & pium, alias iste de eo gloriatus nõ esset, quamuis neochristiani ut alia bona opera omnia, ita illud quoq; eludunt. Atqui satis non est ieiunare, sanctificanda insuper sunt ieiunia eleemosynis & orationibus. Quamobrem ille ait: Sanctificate ieiunium. Oportet ijs hoc quoq; accedere, ut qs peccata uitet. aliâs uel ex parcitate ieiunare, uel nimia inedia capitis sibi conciliare grauedinem, quid obsecro profuerit? Vnde & propheta dicit: Nõne hoc est magis ieiunium q̃d elegi? Dissolue cogitationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere homines animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum? Temere itaq; gloriatus est hic pharisæus de ieiunio, quod non ad honorem & gloriam dei, sed superbiam uanam mundi huius fecit, siquidem ex eorum erat numero, de quibus Christus ait: Quando ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. exterminant enim facies suas, ut uideantur ab hominibus ieiunare. Potius Sapientis iste sequi debuerat consiliũ, cũ dicit: Noli iustificare te corã deo, qa cognitor ille ẽ cordiũ. Theoph. addit q̃ soliti fuerint ieiunare pharisæi secunda & quinta die. Non indocte tñ collegit, cum duo peccatorum genera commemorasset, uicissim se de duabus iactat uirtutibus. & adulterio quidem opponit ieiuniũ, eo quod ex gula & crapula libido omnis proficiscitur, quia & uinum res luxuriosa est, & carnium esus, uini potus, uentrisq; saturitas, seminariũ libidinis est, autore Hieronymo. Cui subscribit Gregorius, dicens: Princeps coquorum muros Ierusalem deiecit, quia dum uenter ingluuie tenditur, uirtutes animæ luxuria destruunt. Pharisæus itaq; si huiusmodi animo & adfectu ieiunasset, laudem emeruisset & tantæ uirtutis præmium. Quando quidem & Ambrosius dicit: Ieiuni hominis sputum, si serpens gustauerit, moritur. Vides quanta uis ieiunij sit, ut & sputo suo homo terrenum serpentem interficiat, & merito spiritalem. Quodcunq; autem animo fecerit ille, male utiq; fecit, dũ se adeo iactauit temere. atq; eo pcipue refert hoc dominus, dicente Theophylacto: Bene cœperat ille orare, inquiens: Deus, gratias ago tibi. sed statim deficiẽs

Joel. 2

Isaię. 58

Matth. 6.

Eccl. 5

Hiero. Li. 2. cõ. Iouin. in pasto.

Li. 6. hexam. ca. 4

Theoph.

ab eo, subiecit: Ieiuno, decimas do, quãdo dicere debebat, Gratias ago tibi domine deus meus, quoniam tu per magnam misericordiam tuam autor fuisti mihi, ꝙ adulteria uitârim & rapinas, per tuam ego gratiam ieiunaui. Atq; hæc omnia ille adrogauit sibi, suisq; uiribus, dicens: Non sum sicut cæteri homines, quando debebat dare gloriam deo. Addidit inde: Decimas do omnium quæ possideo. Simul atq; ostenderat se colere deum toto corpore suo, nunc declarat se etiam seruire illi bonis suis & decimis, quas dum dedit, bene utiq; fecit. siquidem præceptũ hoc ei fuerat multis modis in ueteri testamento. sic enim habet lex: Omnia quæ offertis ex decimis & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt cuncta. Et non peccabitis super hoc, egregia uobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini. Non igitur peccatum erat dare decimas, sed de opere illo iactare se, id denicq; malum erat. Vtiq; ex illorum numero extitit, de quib⁹ ait dominus: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Vide autẽ q̃ astute & callide post quam incusasset eos, qui aliena rapiũt, laudat se iam & cõmẽdat ex eo, ꝙ etiã propria exponat. Pulchrũ est q̃d hic Beda inducit: Iezechiel cũ iã animalia cæli uidisset, subiecit totum corpus fuisse plenum oculis. Ideo autẽ corpora animaliũ plena oculis cõmemorãtur, quòd omnia sanctorum opera prudenter sunt circũspecta, quo fit ut bonũ bene prouideatur, & malum caute uitetur. nobis autem sæpe numero accidit, ut dum attẽdimus unum, negligamus alterum, eoq; loco quo quid negligimus, sine dubio nihil obseruationis habemus. Ecce enim pharisæus iste oculũ quidem habebat ad gratiarum actionem, orationẽ & decimas, sed humilitatem ne in minimo quidem considerabat. Quid autem proderit, urbem egregie esse præmunitam ab omni incursu hostium, simulq; tamen patere alicubi foramen quo isti irrumpant? Vos itaq; dilectissimi, fugite superbiam & insolentiam, nihil boni parientem, deo & hominibus odibilem &c. Amen.

Exodi. 22.
Leuit. 27.
Deut. 14.
Nume. 18.
Matth. 23.
Beda.
Iezech. 1.

HOMILIA SECVNDA.

Augustin. NOn tantum nos docet dominus facere bonum, sed & magna prudentia uitare malum, ne, dum qd à nobis recte gerit, appetitus laudis surrepat; & quod foris bene agitur, intus à mercede uacuetur. Id adeo iste nos docet pharisæus, qui sex bona in se habuit, neque adulter, nec prędo, nec publicanus erat, ieiunabat, decimas dabat, & gratias agebat domino. Verũ quando gloriosulus iste suis omnia dabat uiribus, præ se alios contemnẽs, omnẽ sui operis amisit remunerationem. publicanꝰ autem stabat à longe, & nolebat oculos quidem attollere ad cælum, & tamen iustificatus descendit. Nos dispiciamꝰ textum. principio autẽ solerter considera, ꝙ totidem in publicano fuerunt argumenta humilitatis, quot in isto superbiæ. nouerat enim se per peccatum longe esse à deo, quoniam sic Salomon dicit: Procul est dominꝰ à malis. & Dauid, Longe à peccatoribus salus. Paulus quoq; ait gẽtes procul fuisse à deo in infidelitate sua, inquiens: Nunc in Christo Iesu uos, qui aliquaudo eratis longe, facti estis ꝓpe in sanguine Christi. A longe stetit, eo ipso quoq; discrimen ostendens à statione pharisæi. indignum enim arbitratus est esse se qui appropinquaret sanctis, exemplo Petri qui dixit: Exi à me dñe quia homo pctõr sum. Sic Iosue prohibuit Iudæis, ne appropinquarẽt arcæ. Oza q̃q; cum accessisset propius ad illam, subito mortuus est. Stetit igitur iste à lõge, nõ ausus accedere ad sancta domini, propriam suam agnoscens miseriam ex pctõ cõtractam. ideoq; non sic se extulit, ut pharisæus, dicente Iob: Visita speciem tuã, & non peccabis. Vsq; adeo autem se reputauit indignum, ut etiam oculos attollere non auderet, eo ꝙ patrem suum cælestem offendisset, secutus in hoc Sapiẽtis prudentem illam & piam precationem: Domine, pater & deꝰ uitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorum ne dederis mihi. Atq; dici sane non põt, quantum deo illa placeat hamilitas, placueritq; etiã hic in isto publicano, qui dum indignũ se reputauit ut attolleret oculos in cælum, meruit hoc q̃d dñs illi appropinquauit, ipsumq; respexit oculis misericordiæ suæ.

Prouer. 15
Psalm. 118
Ephe. 2
Theoph.
Lucę. 5
Josue. 3
2. Reg. 6
Job. 5
Eccl. 23

Noluit inquã iſte leuare oculos ſuos, cogitans cũ filio prodigo: Pater, peccaui in cælum & coram te, non ſum dignꝰ q filius dicar tuus. Quid multa? dũ noluit ipſe leuare oculos in cælũ, cælũ ad ſe inclinauit, didicitq; idipſum à Dauide, Iob & multis alijs: qm̃ q deprimit oculos ſuos, ſaluabit. Luce. 15 Bernar. Iob. 22. Theoph.

2. ¶ His omnibus accedit, ꝙ & pectus ſuum percuſſit, utiq; propter ſuas malas cogitationes, & ut excitarer ꝙd dormierat, ſicut & Paulus ex Iſaia clamat ad quemlibet peccatorem: Surge qui dormis, ſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Idipſum catholici & ſyncери Chriſtiani iam olim quoq; in uſu habuerunt, ut confitentes peccata ſua, & pœnitentiam agentes, pectora tunderent, quod etiam nunc faciunt boni Chriſtiani, uel inuitis hæreticis iſtis, qui neſcio quam parant irruptionem in cælum. Habet autem mos iſte, præterq; quod deo bene placet, etiam ſuas cauſas: quoniam & iſte publicanus percuſſit pectus ſuum, conſiderans ſe ibi multa concepiſſe peccata, quibus offenderat deum. Ex corde enim, inquit dominus, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. hæc ſunt q̃ coinquinant hominem. Ad pœnitentiam huiuſmodi peccatorum percuſſit pectus ſuum, qui geſtus ideo etiam pro medio ponitur remiſſionis peccatorum uenialium. Sic Auguſtinus de uenialibus loquens: Separant, inquit, iſta nos ab illius ſponſi amplexibus, niſi medicamento pœnitentiæ deſiccentur. quod ſi falſum eſt, unde quotidie tundimus pectora? quod nos quoq; antiſtites ad altare adſiſtentes, cum omnibus facimus. Hinc paret temporibus Auguſtini moris fuiſſe, ut in oratione dominica pij homines orantes debita ſibi dimitti, tunderent pectora ſua. Alibi etiam dicit: De quotidianis autem leuibusq; peccatis, ſine quibus hæc uita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. eorum enim eſt dicere, Pater noſter qui es in cælis. Quomodo autem illa cordium pulſatio euidens ſit uerę pœnitentiæ ſignum, uolens nunc prætereo: quoniam ſenſatio illa in corde confeſſionem ſignificat, & quod illa cor tangit, pœnitentiam deſignat in opere. Matth. 15 Ad Fœlicianum. In enchi. cap. 71

3. ¶ Ad hæc oĩa nõ cõtentus ille iſtis magnę pietatis argumẽtis, cœpit orare & dicere; Deꝰ, ꝓpicꝰ eſto mihi pctõri.

Ira hic in publicano quatuor illa cernimus, quæ quisquis pœnitentiam agere uult, habere debet. Primum enim est q̃d timeat deum, siquidem initium sapientiæ timor dñi ẽ.
Sapien.1. Timuit autem ille, quia stetit à longe. Deinde pudore adfectus est q̃q;, dum nõ ausus est extollere oculos. id pctõ-
Jeremi.22 rem etiam facere præcipit Ieremias, Erubescas ab oĩ malitia tua. & alius propheta, Erubescite super uĩs uestris
Jezech.36 domus Israel. Ad hæc, quia pœnitentia ductus est, pectus
Augustin. percussit. atq; hoc est q̃ Augustinus docet omnes peccatores facere debere, cũ ait: Nisi pœniteat eum ueteris uitæ, nouam non põt acquirere. Postremo etiam orauit, quod omnes pœnitentes facere cum primis est necessarium.

Breuis porro fuit publicani oratio: Deus, propicius esto mihi pctõri. & tamen pluribus ille uerbis orauit utiq;. Non enim est credendum, duntaxat illum hanc oratiunculam dixisse, sed omnium hæc finis extitit.

¶ Deus, inquit, quo uerbo fiduciam suam omnẽ in deũ
Psalm.58 reiecit, iuxta illud Dauidis: Iacta in dominum cogitatum
1.Petri.5 tuum. & hoc Petri, Omnem solicitudinem uestram in eũ
proĵcite, quoniam ipsi cura est de uobis. Addidit inde, De
Gene.3 us, esto p ropicius. non abscondit ille se ut Adam & Eua, sed manifestauit se corã domino, misericordiã petens ab eo. Quoniam illud domino proprium est misereri inuo-
Psalm.32. catum, sicut & Dauid clamauit ad dominum: Propicꝰ esto
1.Johan.2 peccatis nostris. & Iohannes inquit, Ipse est propiciatio
Exodi.37 pro peccatis nostris. Quamobrem etiam propiciatorium paratum est in tabernaculo, q̃ in illo propicium se exhibuerit dominus. Breuis hæc quidem oratio, sed fortis erat & ualida, quæ etiam sententiam iudicis immutare potuit, & ex peccatore iustum facere. neq; enim ille se uel bonũ iudicat, uel excusat, sed sic confitetur, ut Dauid, cum dice-
2.Reg.vlt. ret: Ego sum qui peccaui, ego inique egi. & Daniel: Pec-
Daniel.9. cauimus, inique egimus in omnibus iustitĩs tuis.

¶ Quantũ profecerit ille pauculis adeo uerbis, deinceps declarat dominus, dicens: Amen dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Magna hæc pctõribꝰ omnibus consolatio est, qui pœnitentiam agunt cum hoc publicano. nãq; & ipsi iustificantur & uiuificantur per gratiam dei, iuxta illam promissionem propheticam: In

quacũq; hora auerterit se impius ab impietate sua, uita ui- Iezech. 18
uet & non morietur. Admirabile hoc curriculum est. Ec-
ce hic currus duo; alter iustitiæ cum superbia, pctī alter
cũ humilitate. producti sunt ambo, & uicit ille peccati, cur Chrysost.
tum iustitiæ, eo q; pctm̃ tractum est humilitate, & iustitia
per superbiam impedita est. Id etiam declarare uolens do
minus, subiũxit: Omnis qui se exaltat, sublimes ascensus
præcipites dant casus, magna superbia ingentes parat ru
inas. Sic Salomon inquit, Ante casum exaltabitur cor, an- Prouer. 16
te gloriam humiliabitur. Ideoq; etiam hic pharisęus cum
exaltasset seipsum, dejectus est & humiliatus: publicanus
autem propter magnam suam & humilitatem & pœni-
tentiam, euectus est in gloriam sempiternam: quod etiã
considerans Iob, dixit: Qui humiliatus fuerit, erit in glo Iob. 22.
ria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Beda.

4. ¶ Typice autem iuxta sententiam Bedæ, pharisæ-
us Iudæorum est populus, qui ex iustificationibus legis ex
tollit merita sua: publicanus uero gentilis est, qui longe à
deo positus, confitetur pctã sua: ille Messiam noluit acci-
pere Christum, qui in tanta uenerat humilitate, atq; id-
eo sic humiliatus est & dejectus in omni natione, populo
& gente. Sedent enim iam Iudæi, gens miseranda, sine tẽ- Osee. 3
plo, sacrificio & sacerdote. Atq; q̃uis eorum multa adhuc
sunt millia in mundo, tamen ne minimum quidem ha-
bẽt pagum cui dominarentur, & magistratu ibidem fun-
gerentur, nisi tantum quantum alius quisquã nobilis aut
ciuis sæpe possider. An non est hoc exaltatos humiliare?
Nonne hoc est, quod Maria cecinit, Potentes de sede de- Luce. 1
ponere, & exaltare humiles? Magna quondam dominia
habuere Iudæi, diuitias ingentes, regna duo, quamuis sub
Dauide & Salomone unum id tantum fuerit. sed ea maie Iudęorũ
state & magnificentia, ut nec æquale, neq; secundum ha- miseria.
beret in orbe tunc temporis. Sed quò iam redacta sunt o-
mnia? quæ nunc miseria, quę malum infelicitas est, ut qui
quondam trecentis & ultra dominabantur ciuitatibus,
nunc proprium nil habeant, nullum q; dominium posside
ant, cũ tamen penè innumeri sint in mundo? Qui quon
dam ea erant dignitate, ut etiam angelos hospitio exci- Gene. 18.
perent, nunc uersis cum tempore rebus, eò peruenerunt

indignitatis, ut iã olim ex eorum templis commigrárint angeli, ſicut eorũ uoces auditæ ſunt noctu in templo, & uos die ab hinc octauo ex me auditis.

Supra. dominica. xi

¶Per publicanũ aũt, ut diximus ex Beda, populus intelligit gẽtilis, qui longe ſtabat à deo: & tamẽ audita apoſtolorũ prædicatiõe, cõfeſſus eſt pctã ſua, idola dereliquit, ſeq; deo creatori ſuo cũ pœnitentia recõciliauit: & ſic gentiles dei facti ſunt, adeo ut iam multũ ſuperẽt Iudæos, finitq; dominо chariores q̃ illi. Põt tamẽ hoc idẽ ad quemlibet hominem ſuperbũ uel humilẽ referri. Diceres: Ecce Lazarus põem uitã ſuã humilis extitit, & in imo iacuit contemptus omnibus. Quid eſt ergo q̃d dicit hic dominus, Qui ſe humiliat, exaltabitur? Reſpõdeo nõ hic etiã tẽpus expreſſit ſe dominũ, quoniã hic in hac uita illud ſemper nõ fit. Qã ſi ergo Lazarus in hoc mundo exaltatus nõ eſt, in illo tamen ſublimatus eſt utiq;, adeo ut ab ipſo diuite uideretur in ſinu Abraæ conquieſcere. Sic etiã quilibet humilis, qui

Matth. xi dominũ ſequitur, & audit dicentem: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, exaltabitur; cũ audierit uocem illã ſuauiſſimã, Venite benedicti patris mei, pcipite regnũ,

Matth. xx quod paratum eſt uobis ab origine mundi. Et nos itaq; uitia noſtra atq; defectus expendamus, de bonitate nõ gloriemur, proximos noſtros ne contemnamus. quicquid ex illis uiderimus bonorum operum, idipſum quoq; ſequamur, ut humiliemur. ſeruos nos exiſtimemus inutiles, & de omnibus defectibus noſtris deprecemur dominũ. Deus

Beda. omnipotens miſerere ſupplici tuo, quia non ſum ſicut in numeri ſerui tui, contemptu ſeculi ſublimes, iuſtitiæ merito glorioſi, caſtitatis laude angelici: uelut & multi illorum, qui poſt flagitia publica pœnitendo tibi meruerunt eſſe deuoti. Qui etiam ſi quid boni, tua gratia largiente, fecero, quo fine hoc faciam, quiue diſtrictione penſetur ignoro. Sic coriarius ſiue cerdo iſte faciebat, ad quẽ q̃tidie

S. Anton. mittebatur ſanctus Antonius in Alexãdriã. cõmẽdare. n. ille ſolitus eſt indies uxorẽ ſuã, liberos, ſe denicq; ipſum, corpus & animã, oẽmq; uictũ & ſubſtantiã, ſic dicens: Dñe, largire quæſo oẽibus hominibus regnũ cælorũ propter probitatẽ ſuã, mihi uero propter iniquitatẽ meã retribue infernũ, à quo nos cuſtodiat oprimꝰ maximus ille, qui & in ſecula fuit, eſt & erit benedictus, Amen.

HOMILIA TERTIA EIVSDEM *dominicæ.*

ETsi in hac parabola decimarum eo tantum à Christo fiat mentio, quòd phariſæus iſte tantopere ſuam in dandis bonorũ omniũ decimis, q̃ poſſideat, iactat & gloriat perfectionẽ, tamẽ cũ ſcriptura de decimis ſit undiq; plena, & res illa frequens & plane uſitata ſit, in qua bonoꝝ conſcientia, ubi nulla eſt, offendit: atq; iniq̃rum peruerſitas multas hic p̃tendit excuſationes, & mundus iam non ſtultus ſolũ effectus eſt, ſed etiã q̃rundam ciuitatum ordinatiões & ſtatuta præ manibus habent, quibus deo ſuas minuere decimas, contra manifeſtã & clarã ſcripturã, & præſcriptam diuq; receptã conſuetudinẽ conantur. Verum de exactionibus, uectigalibus, theloneis, & id genus alijs, nihil interim decedit. Quare aliquid de decimis dicamus, quæ nos ſpũs ſanctus per ſcripturas docuit, & id breuiter percurrendo: primumq; ſtatim ſcias nõ eſſe hanc humanam conſtitutionem, neq; hominis p̃ceptum decimas dare, ſed ipſius dei, & hoc paſſim in ſcripturis præcipientibus. Ita deus in ſecundo libro Moyſi præcepit: Decimas & primitias tuas non tardabis afferre. & iſtud p̃ ceptum in quinto libro in locis multis rurſus innouauit, atq; inter cætera in tertio libro dñs dicit: Omnes decimę terræ, ſiue de pomis arboꝝ ſiue de frugib⁹, dñi ſunt, & illi ſanctificantur. & infra: Omniũ decimarũ, ouis & bouis & capræ, quæ ſub paſtoris uirga trãſeunt, quicquid decimũ uenerit, ſanctificabitur dño: non eligetur, nec bonũ nec malum, nec altero cõmutabitur. Hic animaduerte proprie uerba, & non ſolum maiores decimas (uti uocant) habebis, quæ ſub fructibus terræ cõprehendunt, ſed etiã minores, de pomis & fructibus arborum, capris & ouibus. & q̃d hic dicit bonũ nõ debere eligi uel malũ, prohibet electionem fieri ſingularem tantũ. cæterum ut aliquis non quod optimum eſt tenetur dare, ita nec quod peſſimum. Quod aũt is recte faciat, q̃de optimis decimat, audi q̃d dñs dicat: Omnia q̃ offeretis ex decimis, & in donaria dñi ſeparabitis, optima & electa erũt cũcta, & uos nõ peccabitis ſup hoc, egregia uobis & pinguia reſeruãtes, ne polluatis ob-

Decimę. Exodi. 22. Deut. 12. Leuit. 27. Decimę minores. Nume. 18.

lationes filiorum Israel, & moriamini. Rationes autem duas, cur deus ab hominibus decimas exigat, inuenio: alteram, cum sit dominus cæli & terræ, sicut ad patrem locutus est ipse: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Sacerdotes etiam in suis orationibus sic dicebant, Tu dominus omnium rerum. Quòd si rerum omnium universalis dominus est, huius potestatis & dominationis suæ aliquod sibi signum reseruauit, ut illum summum deum colamus, timeamus & cognoscamus, quod ipse in quinto libro Moysi testatur: Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra, frumenti, uini & olei, primogenita de armentis & ouibus tuis, ut discas timere dominum deum tuum omni tempore. Sequit nũc decimas dare esse actum latriæ, quia reseruauit sibi in signum uniuersalis dominij: nec ulli creaturæ, nec sancto quidem datur, quia nullum horum uniuersalẽ cæli & terræ dominum credimus. Sequitur ergo impios esse illos, q decimas non persoluunt debitas, neq; cognoscunt deum, neq; timent ut dominum & totius mundi gubernatorẽ. quod autem ex negligentia decimarum deo ignominiã faciamus, clare hoc Malachias propheta testatur, Si affigit homo deum, quia uos configitis me? & dixistis, In quo configimus te? in decimis & primitijs, & me uos configitis gens tota. Hieronymus super hoc: Et nos, inquit, ante annos plurimos ita uertimus configet, magis ad mysterium dominicæ passionis, in qua homines crucifixerunt deum, quàm ad decimas scripta referens. Ex quo colligitur, etsi Hieronymus oculum habuerit ad passionem domini, tamen non reddere decimas assimilat peccato crucifigẽtium dominum. ait enim, Vt me affigeretis cruci, ut sceleratas manus inijceretis deo uestro, multarum ante rerum meditatione fecistis, subtrahendo decimas & primitias, nõ dico sacerdotib⁹, sed mihi, q eas per Moysen iussi dare.

¶ Secunda ratio hæc est, q decimæ dandæ sunt ad ministrorũ dei sustentationẽ, ut Paulus dicit: Qui altari seruit, de altari uiuat. Animaduerte hic, uiuere de altari, non dicit, triturando eos aut ligna secando, aut arando uictum sibi quærere debere, ut crassi & stupidi dicunt laici etiam parochũ triturare debere. Paulus uult illũ de altari uiuere.

Matth. 11

Deute. 14

Decimę cur dãdę.

Malac. 3

Hieron.

1. Corin. 9.

Decimę ministrorum dei.

Quis enim (dicit) militat suis stipendijs unquam? quis plãtat uineam, & de fructibus eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & quòd non secundum hominem de ea re loquatur, inducit legem: Scriptũ enim est in lege, Non alligabis os boui trituranti. Nunqd de bobus deo cura est? an propter nos utiq; hoc dicit? Si uobis spũalia seminamus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? nescitis quoniam qui in sacrario operant, quæ de sacrario sunt, edunt: & q altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit, ut qui euangelium prædicant, de euangelio uiuant. Audi hinc q prædicator non triturando, secando, aut arando uictum sibi quærat. Hoc enim Christi præceptum est, ut Paulus ait, ut q euangelium adnunciat, de euangelio uiuat. quare nullus bonus & uere Christianus, sacerdotibus pro uictu suo laborem iniungat manualem: quia dicit dominꝰ, quòd omnis mercenarius dignus est mercede sua. & ille cum apostolos ad prædicandum miserat, uoluit etiam ut qbus prædicarent, uictum illis suppeterent. Consuetudo olim erat, ut sacerdotes ex publico fisco sustẽtarentur, & semper eminẽtiorem apud omnes nationes statum & ordinem habuerunt, apud Indos, Mauros, Aegyptios, Persas, Romanos & Græcos, sicut ad longum ex Diodoro, Strabone, Valerio Maximo, Xenophonte, Iustino, Floro, Orosio, & reliquis historicis possem recensere, sed uolens prætereo. satis enim est quòd in ueteri & nouo testamento expressum est, sacerdotibus & ecclesiæ ministris uictũ & sustentationem deberi: & hęc ratio est, ut mox dicemꝰ, cur in multis regionibus decimæ non persoluũtur, etiam maiores, quia alia ratiõe sacerdotibus prouisum ibi est & prospectum. propterea per prophetam deus dixit: Inferte omnem decimam in horreum meum, ut sit mihi cibus in domo mea. ita etiam Iezechias rex populo præcipiebat, ut Leuitis & sacerdotibus suam partem darent, ut libere legi diuinæ uacare possent. sed postquam Iudæi ex captiuitate Babylonica reuersi fuerãt, sacerdotibus & Leuitis partes suas propter grandem famem, quæ in terra erat, subtraxerunt. unusquisq; enim quod sacerdotibus dãdum erat, uix sibi suisq; liberis sufficere arbitrabatur:

Deut. 25

Nume. 5. Deut. 18

Sacerdos nõ laboret, ut rusticus.

Lucę. 10

Sacerdotum dignitas.

Decimę alicubi nõ dantur.

Malac. 3

2. Par. 31

In penuria etiam decimę dandę

& cum cultores templi debitam non haberent sustentationem, emigrârunt inde & cultum diuinum reliquerunt.

Nehe. 13 quod cum uidisset Nehemias, increpauit eos, & dixit: Quare derelinquimus domum dei? & congregaui eos, & fecit stare eos in statiõibus suis: & omnis Iuda apportabat decimam frumenti, uini & olei in horrea.

¶ Vide ergo hic primum Malachiam prophetam, ubi deus dicit: Ferte omnem decimam in horreum meum, qa

Hieron. ut Hieronymus hic expendit, horrea sacerdotum sua quoque, & cibum illorum suum iudicat. hic etiam disce, quur Iezechias rex præcepit debitas sacerdotibus partes esse dãdas, propterea ut legi diuinæ uacarent. Tertio etiam hic obserua, non nouam esse querelam, quod impij clamant & uesani laici, quid sacerdotibus sit dandum, quo ipsi indigeant. hæc ipsa etiam uetus Iudæorum querela fuit, sed

Pauperes etiã dent decimas. à Nehemia propheta correpti isti compulsiq; sunt ad decimas persoluendas, nulla interim habita ratione quòd ma na fames terram urgeret. Ita in nouo testamento priusq; decimæ & beneficia sacerdotibus constituta fuerunt, apostoli & sacerdotes sustentationẽ ex magnis laicorum largitionibus & oblationibus habuerunt. Quotquot enim

Actuũ. 4 possessores agrorum aut domorum erant, uendentes offerebant precia eorum quæ uendiderant, & ponebant ante pedes apostolorum. Quòd si hoc in hodiernũ usq; esset diem, sacerdotes nullo opus haberent beneficio.

¶ Tertio etiam audiamus, quæ non persoluentes decimas pœna maneat, uel cum persoluunt, tamen ita imperfecte, ut semper quod deterius est exponant, quoq; utrunque deo displicet. & hoc facile ex facto Abel & Cain in-

Gene. 4 telliges. cum enim Cain ex fructibus terræ offerret, Abel uero de ouibus & pinguibus suis, deus respexit munera Abel, ad munera autem Cain non respexit. & hic supra indicauimus ex quarto libro Moysi, quòd deus pœ-

Nume. 18 nam mortis indixit illi, qui sibi egregia & pinguia reseruaret, q̃d uilius erat decimando. nunc uero deus nihil pœna mortis damnat, nisi sit peccatum mortale. Verum peculiares etiam pœnas extra id, quod aliquis peccat, ostendemus eorum qui peruerse decimant, & se adeo auertunt, suum illi cultum & honorem detrahunt, meritóque facti

legi appellari possunt. Inuenio nanque speciales pœnas in illos, qui quum de iure decimas debent, uel non persoluunt, uel parum fideliter. hoc enim per Malachiam prophetam dominus dixit, ut illum configerent in decimis & primitijs suis. & paulo infra, Et in penuria uos maledicti estis. Hic ergo habes uerba ipsius dei, non excogitata sacerdotis, quod propter iniustam & iniquam decimam penuria & paupertate deus affligit homines. Attende etiam nostra tempora, quibus magna frumenti & uini copia crescit, nec tamen quicquam proficit. egent omnes & omnium rerum est caristia, ipsi etiam rustici colentes penuria laborant.

Malach. 3

Male decimantes deus egestate punit

¶ Non mirum ergo est, magnam ubique rerum penuriam esse, quando ita inique decimę persoluuntur, multosq; ad extremam redigi paupertatem, qui nihil omnino aut certe infideliter persoluunt. Plerique etiam sunt qui monachis mendicitatem inuident, ubique contra monachorum & sacerdotum clamant multitudinem: non interim cogitantes, quantam synagoga Iudæorum copiam Leuitarum & sacerdotum indies aluit. siquidem Moyses in deserto eos numerabat, & uiginti duo millia erant. rursusq; sub Dauide numerati sunt ad triginta millia. Si tantam sacerdotum copiam synagoga aluit, quid in hoc conqueri potest ecclesia fidelium?

Nume. 3

1. Para. 23

¶ Obserua etiam hic omnium filiorum primogenitos dei esse: & plures iam ubique primogeniti inter Christianos sunt quàm sacerdotes. & hoc facile tibi perspectũ erit, si unius duntaxat pagi numerum attendas, in quo omnes primogeniti cultui diuino adscribi deberẽt. Sicq; immutati sunt illi pro tribu Leui, & subinde in hunc modum eorum numerum habuit deus, ut quando Leuitæ omnes numerarentur simul & primogeniti, plures inuenti sunt primogeniti quàm Leuitæ, quia primogenitorum numerus erat uiginti duorum millium, ducentorum, septuagintatrium. atque tunc oportuit eos pecunia redimi, singulos quinque siclis, qui aureos fermè Rhenanos duos cõficiebant, quamuis tunc quoq; pondus templi eo quo uulgus utebatur, grauius erat.

Exodi. 11 Leuit. 27.

Pauci sacerdotes. Nume. 3

¶ Quod autem male & inique decimantes deus summa

egestate & rerum omnium penuria affligat, pulcherrime S. Augustinus testatur, dicens: Quum decimas dando, cælestia & terrestria possis promereri, pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris. hæc est enim iustissimi dei cõsuetudo, ut si illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaris. dabis iniquo militi, quod non uis dare sacerdoti. Et illa esse uerba Augustini, testatur concilium Magunti-

Augu. de ciuit. dei, lib. 16

nense in Panormia Iuonis cap. 4. de decimis, citans eiusdẽ canonis uerba: Decimæ ex debito requiruntur. (mox sequitur apud Gratianum) Et qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Iterum quoq; dicit Augustinus: Optimo iure & debito exiguntur decimæ, quas qui dare nolunt, aliena bona possident. Inuenias pagum, ubi coloni negãt parocho decimas minores, illiq; præterea decedunt forte aurei decẽ ex oblatiõibus, atq; sic uidentur sibi uelut re, pbè gesta multũ profecisse. sed uerum est illud uulgi, Quod non tollit Christus, tollit fiscus. Quum enim quondam solidos dederunt duodecim, nunc aureos septuaginta aut octoginta dare coguntur. Atque sic infidelitatem eorum corripit deus, cui quicquid detrahunt, in sextuplo alibi coguntur expendere.

¶ Ratio quarta: Multas in sacris literis promissiones habemus. pollicetur enim nobis, si fideliter decimas persoluimus, rerum omnium copiam & affluentiam, idq; p Malachiam prophetam promisit: Inferte omnem decimam

Malach. 3

in horreum meum, ut sit mihi cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus, si non aperuero cataractas cæli, & effudero uobis benedictiõem usq; ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructũ terræ uestræ, nec erit sterilis uinea in agro, dicit dominus exercituum. & beatos uos dicẽt omnes gentes, eritis tantum uos terra desiderabilis, dicit dominus exercituum. Nonne hæc clara dei uiuentis sunt uerba, qui mentiri non potest, cui si pusillum quid detrahatur de decimis & oblationibus, ille idipsum aufert in se-

Dans decimas non habet minus.

xtuplo?

4. ¶ Quòd si quis autem animo pio & ex timore dei decimas recte dat, non ideo defectum patitur, sed magis abundat in omnibus rebus, maiori prosperitate gaudet,

Atq; hoc est quod uulgus hominum non credit, sigdem excæcatum est auaritia & odio aduersus ministros dei, dū sacerdotes etiam aliter non considerant, nisi ut homines puros: neq; persuaderi possunt, quomodo & quur in ocio (sic enim uocāt isti) uiuant, ipsis duriter laborantibus. Vera quidem sunt hæc omnia, si naturam tantum respicias. sed hic electio diuina considerandā uenit, unde hoc sic institutum est. Ecce enim legimus, quod Chore, Dathan & Abiron temerarie nimis & confidenter efferebant se aduersus Moysen & Aaron, dicentes: Satis hoc sit uobis, q congregatio tota sanctorum est, & dominus est in ipsis. Nume. 16
quur extollitis uos super populum domini? Quid inde factum est? quum thura adolere uellent, absorpti sunt dehiscente terra sub pedibus eorum, quæ deuorauit illos cum tabernaculis suis & uniuersa substantia eorum, descenderunt q uiui in infernum operti humo. sed & ignis egressus à domino, interfecit ducentos quinquaginta uiros, q offerebant incensum. Possent istiusmodi alia multa ex scripturis adduci, sed transeo.

¶Hoc autem est etiam quod Augustinus ait: Quia antiqui patres ideo omnibus copijs abundabant, qa decimas dabant. & iterum, Si decimas dederis, non solū abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris & animæ salutem. Quamuis decimas nō appetit deus tanquam mercedem sibi dari, sed honorem debitum à nobis requrit: unde & expostulat nobiscum, dicens per propheram: Si pater ego uester sum, ubi honor meus? Si dominus, ubi timor meus? dicit dominus exercituum. Vos itaque fideliter date decimas, neq; personas aspicite recipientium, sed cultum & honorem dei, q cuicunq; fauerit decimas suas, & tu face eidem non inuideas. Sicut de Sigismundo archiduce Austriæ fertur, quod cum in diuersorio apophthegma illud inuenisset descriptum, Quum Adam ligna finderet, & Eua neret, quis tunc erat nobilis? Gratius sonat in nostro uulgari: Augustin. Malach. 1

Da Adam hackt vnd Eua spann/
Wer was da ayn Edelman?

¶Subscribi iussit ille: Nihil diuersum ab alijs uitijs ha-

beo, nisi quòd honorem hunc mihi fauerunt superi. In nostra lingua:

Ich bin ain man/ wie ain ander man/
Dan das mir Got der eeren gan.

¶Dici multa possent de denarijs, quæ ex singulis penduntur capitibus, & de decimis fœni, quæ in multis locis non persoluuntur. sed missa facio illa omnia, quando breuiter loquendo constat omnes decimas, quæ de more dari debent, dandas esse tam stricte, quàm chara est sua cuique conscientia & animæ propriæ salus. Nos interim oremus dominum &c̄.

DOMINICA DECIMATERTIA A FERIIS PENTECOSTES, *euangelium* Marci VII.



IN illo tēpore Exiens Iesus de finibus Tyri, uenit per Sidonē ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manū. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguā eius, & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephetha, quod ē, adaperire, & statim apertæ sunt

aures eius, & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Matth. 9 12. 2. 17 Infra. 9 Luc. 9

HOMILIA .I.

OB infidelitatem Iudæorum secessit aliquantisper dominus in ciuitates gentium, Tyrum & Sidonē, ibiq; mulieris Chananææ filiam curauit, quæ obsessa fuerat à dæmonio, sicut in euangelio dominicæ secundæ in Quadragesima audistis. Non moratur autem, inquit Theophylactus, diu in gentilium locis dominus, sed statim transit, ne daret occasionem Iudæis dicendi, quòd præuaricaretur legem cohabitando gentilibus. Propere itaque in Iudæam redijt. Et hoc est quod ait euangelista: Exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem. Ita undique inuestigauit omnia dominus, tanquam mitissimus animarum uenator, uenationem nanque designat Sidon. Et uenit ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Quo uerbo euangelista dominum non ipsos fines Decapoleos intrasse significat, sed ad illum locū peruenisse, qui medios fines Decapolis longe trans mare positos respiciebat, ita nimirum, quòd Galilæa in hac parte uersus nos posita erat, Decapolis autem in altera parte iuxta Hippus, seu Hippuntem, Pellæā & Gadarā, ut ex Ptolemæo facile colligitur. Quamuis autem hæc parum ædificent in populo, tamen Marcus ideo circunstantias locorum descripsit, ut tanq; uerus historicus, qui (ut ait ille) ueritatem ceu filiam sibi sumpsisset elocandam, plus fidei pararet suæ narratiōi, si etiā ipm loci sitū, ubi miraculū hoc factū est, commonstraret. Quamuis eius rei altera causa dari potest, ut sic ipsis nominū appellationibus aliquid mystice significaretur. nanq; fines Decapoleos hic obseruationem decalogi respiciunt, sic enim illa præ oculis habere debemus, ut Theoph. Beda. Ptole. Hieron.

ciuitates istæ in conspectu positæ erant maris huius Galilææ. Obtulerunt autem ei statim hic surdum & mutum, deprecantes ut imponat illi manum. Ecce tria. Adducunt ægrotum, quoniam non à seipso suapte sponte ueniebat. deprecantur etiam, ut imponeret illi manum: unde docemur nos ducere ad dominum eos, qui imperfecti sunt, qui ipsi suorum peccatorum liberam nō habent facultatem, & orare proillis, quod officium maxime est prælatorum, prædicatorum, & eorum quibus animarum cura demandata est, ut huiusmodi homines adducant ad dominum,

Psam. 78. dicente Dauide: Adferte domino filij dei, adferte domino filios arietum. Arietes autem in sacris literis prælati sunt, quorum interest gregem Christianum ducere ad dominū. Multis ea non est gratia dei, ut possint sua spōte uenire ad dominum, sed aliorum ope opus habent & admini

Intercessio. culo, à qbus denicp perducant ad deum. Atque hic magnum est fundamentum positum mutuæ intercessionis, quoniam non temere isti adduxerūt surdum & mutum ad dominum, & orauerūt pro eo. Surdus porro hic erat, non ualens audire, necp loq, qa & mutus: quæ res plane naturalis est, quoniam surdus auditu destitutus, discere non potest quod loquatur. At hic peculiariter mutus extitit, siqdem linguam habuit singulari quodam modo impeditam, ut deinceps dicemus. Vinculum autem linguæ suæ solutum est, unde constat obsessum eum fuisse, neque sic natum. unde & Theophylactus dicit, morbum hūc à dę

Theoph. Beda. mone fuisse. Beda mysticū hic sensum rimatur, dicens qp surdus & mutus is sit, q nec aures audiendis dei uerbis, nec os aperit proloquendis, & huiusmodi homines adducendi sint ad dominū, ut quos humana non poterat fragilitas saluare, ille sua gratia curaret.

¶ Magnitudo aūt fidei hinc patet, qp impositionem manus tantū petebant, credentes illū sic sanū futurū. Et quāuis solo uerbo, imò & uoto & cogitatu poterat eum dominus curare, tamen ceremonijs & ritu externo uti uoluit, sicut etiam discipulis suis commisit imponere manus infirmis ut melius haberent. Confundant ergo & ualeant sanctuli isti, q nullis sibi uident indigere ceremonijs,

Marci. 16. eas q ideo qbus utit ecclesia, deridentes & subsannant, ho-

mines scilicet spũales, qui si in hoc recte docerent & sentirent, quur obsecro Christus ijs usus fuisset? At nimirum decebat hic manuum adhiberi præsidia, quoniam omnia fecit & creauit manus domini. unde etiam salus omnis est & curatio, iuxta illud quod petijt Dauid: Fiat manus tua domine super me, ut saluet me, quoniam mandata tua elegi. Et deinceps: Posuisti manum tuam super me, mirabilis facta est scietia tua ex me. Arcp eo pertinet illud Iob: Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Multa alia sunt eius rei mysteria, quæ in ecclesia exhibentur. unde & quem absoluit sacerdos, manus capiti illius imponit. Isaiæ. 66 Psalm. 118 Psalm. 138 Iob. 26

2. ¶ Sequitur: Et apprehendens eum de turba seorsum, misit &c̃. Quo exemplo monemur nos seculi tumultus fugere, si modo salutem quærimus animarum. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Et quàm diu quis hæret in inquietis & perturbatis cogitationibꝰ. arcp inordinatis moribus seculi huius, non est quòd salutem speret ex spũ dei. Potest tamen ista segregatio etiam significare hoc, quòd deus iustos secernit à peccatoribus per gratiam suam, sicut dixit Moyses ad populum, quando Chore, Dathan & Abiron se commouerant aduersus ipsum & Aaron: Separamini à tabernaculis impiorum, ne forte & uos absorbeat infernus uiuos. sic etiam segregauit dominus Paulum, ut ipse testatur, inquiens: Quum placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. 1. Cori. 15 Numer. 16 Galat. 1

¶ Ecce hic Paulus synagogam matrem suam uocat, in cuius fide educatus fuerat, sed ab ea separatus, peruenit ad confessionem fidei & nominis Christi. Secernit etiam dominus electos omnes à damnatione æterna, quoniam quum omnes homines ex una prodierunt massa perditionis, nati etiam filij iræ, deus autem quia ex ijs per misericordiam suam nonnullos exemptos seruat, hæc ipsa eorũ separatio est, sicut & corporaliter in die nouissimo exeũtes angeli, separabunt bonos à malis, dicẽte domino: Cõgregabunt coram eo omnes gentes, & separabit eas sicut Matth. 13 Matth. 25

Chrysost. pastor segregat oues ab hœdis. O ter quaterq; felicem, qui tunc à domino adsereꝰ numero beatorum. Chrysostomꝰ hic ait, dominum docuisse nos uanam gloriam contẽnere, quãdo seorsum duxit mutum illum, quoniam habere humilitatem præstat miraculis.

7. ¶ Quũ iam seorsum abduxisset dñs mutũ istũ & surdũ, misit digitos suos in auriculas eius, & expuẽs tetigit linguã eius, & suspiciẽs in cælũ ingemuit, & ait illi: Ephetha, ꝙd est, adaperire. (est eñ Ziuui, hoc est, imperatiuus passiuus, non uerbum graue neque hiphil, ut quidam linguæ sanctæ ignari ausi sunt hic adnotare, quum non secerit mutus aperire) Principio misit dominus digitos suos in auriculas eius, non corporaliter tantum, sed spiritualiter etiam, dum repulit omnem diaboli potestatem, qua obturatæ fuerant aures illius quo minus audire posset. Hieronymus: Digiti, inquit, qui in aurem eius mittuntur, uerba spiritus sunt, de quo dicitur, Digitus dei est hic. Aliam adhuc rationem reddit Chrysostomus, dicens: Quia propter transgressionem Adæ, natura humana multam incurrerat passionem, ac membrorum & sensuum læsionem, ueniens CHRISTVS in se perfectionẽ demonstrauit naturæ humanæ: & propter hoc digitis aures aperuit, ut ostenderet quòd diuina uirtute dicatum erat corpus diuinitati unitum & operatio eius. Volens hic prætereo quomodo nonnulli quinque faciũt digitos dei, quorum tres significant præcipuas tres proprietates dei, quæ tamen peculiariter tribus tribuuntur personis, cuiusmodi sunt, potentia, sapientia, & bonitas dei: quibus nimirum cælum conditum est & terra, dicente Isaia: Quis adpendit tribus digitis molem terræ? Digitus quoque uirtutem designat spiritus sancti, quam operatur præcipue per dona sapientiæ. Quamuis & digitus dei dicatur opus redemptionis nostræ, quomodo sponsa gloriatur digitos suos plenos esse myrrha optima. Possent huiusmodi symbola penè ad infinitum extendi, sed lubens transeo, quia sunt facilia, & erudito cuique obuia. Immisit autem dominus digitum suum in auriculam ipsius, qua re diabolum expulit, simulque auditum

Grammatici Hebraici.

Hieron. Exodi. 8 Chrysost.

Isaiæ. 40

uerbi diuini ei restituit, ut posset dicere cum Isaia: Dominus deus aperuit mihi aures meas. Expuens quoque, tetigit linguam eius. Quod sputum saporem bonum designat sapientiæ, quia ex ore illa prodiit altissimi, primogenita omnium creaturarum. sic & Ionathas dixit: Oculi mei illuminati sunt, eo quod gustaui modicum mellis. Admiratur factum hoc Theophylactus, & ait eum illud ideo fecisse, ut ostenderet omnes partes suæ carnis sanctas ac diuinas esse, adeo ut & sputum solueret linguæ uinculum. Quamuis enim in nobis sputum recrementum naturæ est, tamen in Christo id quoque stupendum erat & admirandum, ac uirtutum effectiuum. Isaiæ.50 Beda. Eccl.24 1.Reg.14 Theoph.

4. ¶ Dehinc suspiciens dominus in cælum, ingemuit. Suspexit, inquit Beda, in cælum, ut inde mutis loquelam, inde surdis auditum, inde cunctis infirmitatibus medelam doceret esse quærēdam, & ut simul demonstraret se patri suo cælesti non aduersari, sicut non semel insimulārant Iudæi, sed quia unus sibi esset cum patre animus & una uoluntas. Ad hæc ingemuit quoque, ut & nos corporalibus oculis cælum intueremur, & intus in cordibus nostris ingemisceremus. Ita Lazarum resuscitaturus dominus, suspexit etiam in cælum, gratias agit patri se ab ipso exauditum. Nos quoque oculos nostros, omne propositum, totámque intentionem referamus in deum, & simul cum rege Iosaphat dicamus: Quum nescimus quid faciamus, hoc unum reliquum habemus, ut oculos nostros extollamus ad cælum. Recte itaque dixit Gregorius: Omnis CHRISTI actio, nostra instructio est. & quum ingemuit ille conspicatus in cælum, nós ne tardabimus respicere in cælum, maxime excitati subinde per sacerdotes, diuina celebrantes mysteria, quum dicunt, SVRSVM CORDA? Et hoc nimirum est, quod hic Beda dicit, Ingemuit: non quia ipsi opus esset aliquid cum gemitu à patre petere, qui cuncta petentibus donat cū patre: sed ut nobis gemendi præberet exemplū, cū uel pro nostris uel nostrorū proximorū erratibus, supnæ pietatis præsidia inuocamus. Exactius adhuc expendit cōtextū hunc Theophylactus, & ait: Ingemuit fortassis, & ut Johan.11 2.Para.20 Gregor. Beda. Theoph.

orans patrem, quo misericordia dignaretur hominem, & nos docens, quòd quum facturi sumus miraculum, inde miraculorum petendam uirtutem. Potest hæc tertiæ assignari ratio, quòd condoluerit ille miseriæ humanæ naturæ, & lapsui illius per peccatum Adæ, quo uenerat in tantam diaboli seruitutem simul & potestatem, ut etiam multiplicibus ipsius adfectionibus subiacerent & tormentis. Hieron. Nec̃ multo dissimile est, quod ait Hieronymus: Ingemuit, id est, gemere nos docuit, & in cælum thesaurum cordis nostri erigere, quod per gemitum compũctionis intimæ friuola lætitia carnis purgatur. Et dixit Ephetha, hoc est, adaperire. Suspicere, ingemiscere, hominis erant: sed auribus imperare apertionem, & linguę loquelam mãdare, dei erant. Prou. 20 sic Salomon inquit, Auris ad audiendum, oculus ad uidendum, utrunq; autem fecit dominus, scilicet ad scripturas & literas sacras. Isaię. 50 Sic Isaiæ os dedit dominus & aurem ne contradiceret illi, sed audiret eum: unde addidit quoq; linguam doctam. Quot obsecro sunt iam in terra homines, qui deum immortalem quantum indigerent illa gratia dei? aperiunt illi quidem aures suas ad lasciuias & friuolas mundi uanitates, sed ad laudem & gloriam dei, & auersionem à peccatis, ad docendum bona etiam proximos suos, ad audiendum uerbum dei, ad suscipiendas correctiones maiorum & parentum, atque omnino ad omnia quæ salutem animæ promouent, plusq; surdi sunt & muti. Et hæc quidẽ in iuuenibus incipiunt, ac uix tandẽ desinũt in senibus. Pueri priusquã loqui discãt, balbutire incipiunt cantiones lasciuas, scommata turpia, lusus impudicos, & nescio quid non. Quando uero orare debent, euangelium audire & legere, hic uerbulum uix unum ui magna extorseris. Oremus itaque dominum, ut hic quoque gratiam nobis suam concedat, aures nobis nostras aperiat, linguas impeditas expediat ad laudem suam, salutem nostram & totius ecclesiæ ædificationem. Amen.

HOMILIA POSTERIOR EIVS-dem euangelij.

VEnerat in hunc mundum dominus Iudæos simul & gentes uocare, quoniam ipse pacificatio nostra, qui fecit utraque unum, unam inquam constituit ecclesiam ex Iudæis & gentibus. Quum itaque in finibus Tyri Syrophœnissæ filiam liberasset à dæmonio, nunc quoq; rursus ejecit immundos spiritus à Iudæo quodam obsesso, surdo simul & muto. Atque ut homo uerus digitum suum inseruit auribus eius, expuit, ingemuit & dixit: Epheta. statimq; apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Hoc illud erat opus magnificum & splendidum, ex quo Messiam ipsum cognoscere Iudæi debebant in lege & prophetis promissum. siquidem hoc eis signum dederat Isaias, dicens: Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia scissę sunt in deserto aquæ & torrentes in solitudine. Ephe. 2. Isaię. 35. Beda.

¶ Atque hic utraque natura mediatoris dei & hominum distincta est. suspiciens enim in cælum, quasi homo ingemuit, sed mox uno sermone quasi diuina potens maiestate, sanauit. Quumq; miracula sua integra operetur dominus & bona, ostendit euangelista mutum hunc recte loquutum esse & expedite, quod etiam in spiritu præuidit Isaias, dicens: Lingua balborum uelociter loquetur & plane. Quomodo autem recte loquutus sit ille, in alium sensum pertrahit Beda, & ait: Ille solus recte loquitur, siue deum confitendo, siue alijs prædicando, cuius auditum ut cælestibus possit auscultare mãdatis, diuina gratia referat, sic poterat iste dicere cum Dauide: Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. & rursus cum Isaia, Dominus dedit mihi linguam disertam. Atq; hæc etiam sententia Hieronymi est, quum ait: Apertę sunt aures eius ad hymnos, ad cantica, ad psalmos. soluitur lingua, ut ex corde eructet uerbum bonũ. sic, sic inquam soluta fuit lingua Pauli, quum uinctum se Isaię. 32. Beda. Psalm. 50. Isaię. 10. Hieron. Psalm. 44. 2. Tim. 2.

quidem prædicaret, sed non ita, ut uerbū dei in ipso ēsset adligatum.

2. ¶ Ex illo autem quod uetuit dominus, ne cuiquam quod factum uiderant dicerent, docebantur ipsi simul & apostoli nosq; omnes, non quærere ex factis operibusq; nostris gloriam uanā, sed in omnibus nos humiliare, neq; in aliquo efferri. Plures enim utiq; muros & surdos sanā
Matth.15 rat dñs: quod quidem Matthæus cōmemorat, sed unū hūc refert Marcus, in quo plura operatus est dominus: tria nimirum simul, quia audire fecit eum, & loqui, simulq; dæmonio liberauit. Et tamen ut hoc maxime magnum fuerit, uetuit adhuc dominus ne cuiquam dicerēt. Quæritur hic quidem, quur prohibuerit hoc dominus, quando mirabile uidetur hoc, quòd quæ fecerat miracula, uoluerit celari: aut quia illi tamen non reticuerunt, ipseq; sua potestate illa fecerat, an ne celare & abscondere non potuit.
Beda post Augu.
Absit. quid ergo hoc præcipiebat, nisi quia pigris uolebat ostendere, quanto studiosius, quantòque feruentius eum prædicare debeant, quibus iubet ut prædicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant? Aliamq; adhuc post reddit rationem, ut nos doceret nullum quærere honorem & gloriam temporalem ex operibus bonis quæ faciamus nos, ne mercede priuemur æterna: dicaturque tandem nobis, Amen amen dico uobis, receptis mercedem uestram.
Matth.6
Discamus insuper hic opera nostra bona, si fuerint digna, quæ sequantur etiam alios, non posse latere, sed quacunque uia manifestanda ea esse, id ita
Matth.5 disponente deo ad ædificationem proximorum. neque enim latere potest ciuitas in monte posita. Et tamen opera bona facere ad honorem & laudem dei, res pia & sancta est, præcipiente hoc ipsum domino. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Sicq; communis illa patrum responsio est, quia dominus id eis hic præcepit, non est ut seruarent, sed in eruditionem ipsorum & omnium nostrum, quoniam gloriola ista umbræ similima est. umbram quisq; fugit, hunc illa sequitur: & qui eam insectatur, hūc ipsa fugit. Ita hic licet dominus eis silentium præceperat, tamen eo magis ipsi miraculum admira-
Glosa.

tisunt & prædicârunt omnibus, sicut Thobiæ Raphael dixit: Opera dei manifestare & confiteri, gloriosum est. Thobi.12
& prædixit hoc Isaias, Exclamabunt uirtutem meam in ingentibus. Isaię.46
Dabant ergo illi huic laudem & gloriam deo, dicētes: Omnia bene fecit, surdos audire & mutos loqui. idipsum tu quoq; in corde tuo serua, ut semp de deo dicas: Omnia bene fecit, ne quid tibi sumas docere dominum, patremfamiliâs illum antiquum ne qd corripias: caue exprobes. potentissimus enim est ille, sapientissimus, & optimus maximus dominus, cui dicere nemo potest, Quur ita facis? quoniam nouit ipse uanitatem hominū, Job.11
quam quum uider, nonne considerat? ne quid murmuremus aduersus omnem gubernationem & administrationem dei. ut maxime putemus nos, iniquè comparatum esse in rebus humanis, sæpe malis optime, bonis pessime omnia succedere, nec quid hic nos iudicemus, sicut Iudæi Malac.2
fecerunt, dicentes: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent. aut certe ubi est deus iudicij? & deinceps, Vanus est qui seruit deo, & quod Malac.3
emolumentum, qa custodiuimus præcepta eius, & peram bulauimus tristes coram domino exercituum? ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes impietates, & tentauerunt deum, & salui facti sunt. Inique hoc sane & impie dicitur, sicut ibidem arguit eos dominus, & uisuros aliquando minatur, qd interfit inter iustos & iniustos, inter eos q seruiūt deo, & q deū non colūt. Id adeo nos quoq; obseruemus iuxta consilium Dauidis & Iob, laudem demus domino, dicentes cū illis: Quia omnia bene fecit. Psalm. 72 Job.21

¶ Nonnihil adhuc mysterij hic inuestigant patres sancti. Surdus enim hic & mutus significat genus humanū, autore Beda. Sigdem postquam homo uirulenta audiuit uerba serpentis, surdus statim factus est, simul & mutus ad laudem sui creatoris. & quum colloqui cœpit cum diabolo, aures ipse sibi concluſit, & linguam ad exclamādam gloriam dei: sicq; quando infecta ueneno erat radix, malum inde excreuit multo deterius in ramis & fructibus, adeo ut in aduentu filij dei, pauculis in Iudæa demptis, uniuersus aliâs mundus erraret in cognitione Gene.3

ueritatis diuinæ, infatuatus totus. Venit autem ad mare Galilææ dominus, non ignarus ubinam iaceret ægrotus, quem iuuare & medicari uolebat, uenit gratia suæ bonitatis ad mare, ad corda undis uitiorum inflata & tumida gentium, & ibi obtulerunt ei surdum & mutum. Sed quinam obtulerint id quæris? ipsi patriarchæ, prophetæ, & sancti angeli dei. tetigit ergo filius dei illum per carnẽ adsumptam. siquidem non ille adprehendit angelos, sed semen Abraæ. angelos collapsos amplius non quæsiuit,

Heb. 2 sed ut ceciderant, ita perire permisit. At quomodo sanauit eum? Digitos gratiæ diuinæ immisit in aures eius, cũ se iam conuertisset ad audiendum euangelium. & per digitos quidem significantur dona spiritus, dicente domino: Si in digito dei eiicio dæmonia. quod alius euangeli-

Matth. 15 sta sic expressit, Si in spiritu dei eiicio dæmonia. Deinde tetigit linguam sputo, hoc est, euangelio, ita ut deinde non solo crederent corde, sed & ore confiterentur ad salutem,

Roma. 10 dicẽtes: Credimus in deum patrem, creatorem cæli & terræ, & in Iesum Christum filium dei unigenitum &c. Prius autem quàm sanaret eum, conspicatus ipse in cælum, ingemuit, eo ipso docere nos uolens, ut si quando à cælestibus gaudijs ad uoluptates mundi deuiauerimus & defecerimus, non alia uia regressum nobis patere ad cælum, nisi per gemitus, alta suspiria & magnam tristitiam, sicut dixerunt apostoli, Per tribulationes oportet nos intra-

Actũ. 14 re in regnum cælorum. Aperto itaq; ore huic muto, cœpit ille loqui recte, & sanatus est, qui antea loqui non poterat. Omnes gentiles idololatræ ante Christi aduentum loqui non potuerunt, dum carebant fide recta. Aut quid recte loquerentur, qui tantum Iouem, Martem, Venerem, & id genus reliquam pessimorum hominum fecem pro dijs colebant? sed nimirum post Christi aduentum prin-

Johan. 12 ceps mundi huius diabolus eiectus est foras, quando idololatria toto penè orbe exulat extorris.

4. ¶ Docent hic Beda & Rabanus, ex hoc euangelico facto inoleuisse, quod in ecclesia sacerdos paruulum baptizans, sputo quoq; oris sui, aures, nares & linguam illius attingat, quamuis in aliquibus diœcesibus non tangitur lingua propter uerba Ambrosij: Per sputum autem gustus si

gnificatur altissimæ sapientiæ dei. contactus narium, desi
nat abiectionem & repulsam uoluptatum omnium & re
ceptionē suauissimi odoris Christi, iuxta illud Pauli, Chri 2. Cozin. 2.
sti bonus odor sumus in oñi loco, atq; ut meminerint cū
sancto Iob, quòd quàm diu eis spiritus ineſt, & spritus in Iob. 27
naribus eorum, ne loquantur malum in labijs suis, nec co
gitent mendacium cum lingua sua. Tanguntur ei etiam
aures, ne ullam audiat linguam maledicam atq; malignā,
sed tantum uerba Christi attendat & custodiat. Vos itaq; Beda.
dilectissimi in Christo fratres obsecro attendite, quando
ita mundati sumus in baptismo, ut Christo iam uiuamus
tantum, solerter consideremus, si per peccatum defœdati
simus rursus, ut renouemus munditiem aurium, quæ an
te nobis data diuinitus est ad audiendam fidē, ne simus ex
numero eorum, de quibus dicit Paulus, quod auertent au 2. Tim. 4
ditum suum à ueritate. Linguam quoq; nostram non mi
nus custodiamus à malo, quoniam sanctificata est confessi
one fidei. Caueam⁹ deinde lingua nostra maledicere ho
minibus, qua deum & Christum benedicimus. Atq; ideo
quādo iam recte loqui didicimus in baptismo, summa no
bis cura cauendum est, ne quicquam mali loquamur post
baptismum.

¶ Et in hunc modum etiam Gregorius dicit, Sacerdo- Grego. c.
tes cum per exorcismi gratiam manum credentibus im- sacerdo-
ponunt, & habitare malignos spiritus in eorum menti- tes de con
bus contradicunt, quid aliud faciunt, nisi q̄ dæmonia ej- se. dist. 4
iciunt? Et Rabanus: Postea tanguntur ei nares & aures de
saliua, & dicitur ei uerbum euangelicum, quod Iesus quā
do surdum & mutum sanauit, tangens cum sputo linguā
eius, & mittens digitos in auriculam eius, dixit, Epheta,
Hic enim sacramentum hoc agitur, ut per saliuam typicā
& sacerdotis tactum, sapientia & uirtus diuina salutem et
usdem catechumeni operetur, sic aperiantur illi nares ad
suscipiendū gustū scientiæ dei. & aures referentur ei ad au
diendum uerbum dei, intellectus quoq; cordis ipsius ad re
spondendum reddatur expeditior. Atq; hæc quilibet ho
mo consideret diligenter, quæ etiam ecclesia instituit ex
instinctu spiritus sancti, quidnam externa ista signa sibi
uelint, quidue significent in anima nostra, eorundem eti-

am se quisque participem faciat, ut hic abundanter gratiam à deo accipiat, gloriam illic huberius recepturus æternam. AMEN.

DOMINICA XIIII.

POST FESTVM PENTECOS.

Euangelium Lucæ X.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi qui uident q̃ uos uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetæ & reges uoluerũt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quę auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum & dicens: Magister, quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitq; illi, Recte respondisti. hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in

Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos qdam descenderet eadem uia, & uiso illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & uideret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidã iter faciens, uenit secus eũ: & uidens eum, misericordia motus est, & appropiãs, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulũ, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddã tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

HOMILIA I.

ADprime salutaris euãgelij huius doctrina est, plena q̃ optimorum præceptorũ. nam innumera in ea Christianæ fidei capita continentur, nimirum de salute noui testamenti, de dilectione dei & proximi. In his præceptis tota lex pendet ac propheræ. Præterea quõ misericordiam impartiri debeamus, deinde quõ dominus seipsum in persona Samaritani indicauerit. atq; ut breuiter ad euangelij contextũ perueniam, cum Christus dicit, Confiteor tibi dñe, pater cæli & terræ, qm̃ hæc abscõdisti à paruulis, dubitare qs posset, quid tãdẽ paruuli isti sibi uelint, sed hoc ipse declarat, cũ conuertẽs se ad discipulos suos, ingt: Beati sunt oculi qui uidẽt, quæ uos uidetis. Dices uerba hæc nõ satis intelligo, qui fieri possit ut discipuli beati uocẽtur, qñ nõdũ uita functi sunt, necq; à pctis liberati. Matth. 22 Luce. 10.

Sciendum est, dominum hic significare æternam beatitu
dinem, ubi electi diuinam maiestatẽ perpetuo conspiciũt.
Verum eam intelligi uult, qua homo uirtute & probita-
te in uita hac uitam æternam meretur, non qua præmia
Psalm.1.31 740. suscipit. sic ait Dauid, Beatus uir qui non abijt in consilio
impiorum, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & q̃-
rum tecta sunt peccata. Beatus qui intelligit super egenũ
& pauperem. Ita hic quoq; Christus uocat beatos, non q
gloriam uitam q̃ æternam possiderent, sed ut fide sua be-
ta & sancta eam promererentur.

Beda. ¶ Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, nõ oculi pha-
risæorum & scribarum, ut ait Beda, qui solum corpus do-
mini uiderũt. Sed illi oculi beati sunt, qui sacramenta ei-
us & arcana cognouere, de quibus dominus antea men-
tionem fecerat, & aperuisti ea paruulis. Beati oculi par-
uulorum, quibus filium teipsum & patrem manifestauit,
ut ita non tantum apostoli beati sint, sed omnes ij, qui o-
Theoph. culis fidei dominum in carne ambulantem uident, & mi-
racula operantem. Prætereo nunc, q̃ quidam hic præfan
Natura oculi. tur de natura oculi, de pulchritudine & elegantia eius,
de lumine suo, quo lumen quoq; cerni queat, de mobili-
tate. potest enim nunc sursum, nunc deorsum, nũc in has,
nunc in illas partes pro arbitrio torqueri. de rotundita-
re, de nigredine in oculo, quo quis uidet. Hæc omnia in-
dicia sunt cælestis proprietatis, sicut ad longum hic per-
tractari posset. Tu autem ipse per symbola discurre quã
uoles amplissime, quia facile est. Quare Christus hic men
tionem facit oculorum, ut illis significaret rationem &
Cant.1 intellectum humanum. est enim pars cælestis in homine.
ita in Canticis suis Salomon inquit, Oculi tui columbarũ.
Iezech.1 Idcirco apud prophetam Iezechielem & apud Iohannem
Apoc.4.6 reperiuntur animalia plena oculis, sicut Iacob de Iuda di
cit: Pulchriores sunt oculi tui uino. & tota scriptura hac
de re plena est. Ita hic quoq; loquitur dominus: Beati sunt
oculi, qui uident quæ uos uidetis, Beati qui me extrinse-
cus ita respiciunt, ut intrinsecè meam diuinitatem ab ex
ternis miraculis credant: uel qui ita intelligunt diuinita
tem meam, ut credant unam esse cum humanitate illa q̃
cernitur. hoc apostoli fecerunt, sicut Iohannes inquit, de

uerbo uitæ, quod nos uidimus, quod audiuimus, manibus palpauimus.

¶ Secundo confirmat apostolorum beatitudinem per comparationem, cum inquit: Dico uobis q̃ multi prophe to & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis. Dices, quan do Christus ait ad Iudæos, Abraam exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est, quomodo igitur hic di cit, reges ac prophetæ non uiderunt? respondet Beda, Ve rum est, q̃ Abraam, Isaias, Micheas & multi alij in ueteri testamento, uiderunt gloriam dei, & non uidentes appel lati sunt, sicut seruus ad Saulum loquitur. sed hi omnes à longe aspicientes Iesum, per speculum & in ænigmate ui derunt. apostoli autem uiderunt Iesum coram, comede runt cum illo, & quicquid uoluerunt, hoc interrogantes ab illo didicerunt. non enim necesse erat illis per ange los doceri aut uisiones, quemadmodum patriarchæ ac p phetæ fecere. Itaq; Chrysostomus inquit: Apostoli uide runt aduẽtum Christi, præsentiam, uocem, miracula prę dicationes, quod negatum erat prophetis & regibus. cupi erunt quidem, at non uiderunt, quare apostoli præstan tiores beatioresq; sunt prophetis illis ac patriarchis. Quã diu senex ille Simeon multum suspirando desiderabat ad uentum Christi? Qui tandem responsum acceperat à spi ritu sancto, non uisurum se mortem nisi prius uideret Messiam dñi: hoc est, quod desiderârunt omnes prophe tæ. uerum hæc gratia illis non est cõcessa sicut Simeoni, quamobrem tristes descenderunt in limbum. Iisdem quo que uerbis utitur episcopus Rossensis contra Oecolam padium, qui ad ignominiam euangelij & sanctæ nostræ fidei, dixit nouum testamentum nihilo ueteri melius p stantius ue esse, neq; etiam plus concedi gratiæ per sacra menta nunc, quàm in ueteri testamento. Hoc falsum & er roneum omnino est. plana enim & aperta sunt uerba Christi, apostolos beatiores esse propheris & patriarchis, quòd uiderunt & audierunt ea quæ prophetæ non potu erunt. Alia q̃q; multa restant, quorum nomine præstan tius est euangelium ueteri testamento: quia neminem ad perfectionem perduxit lex, sicut euangelium facit. Ad hæc, sacramenta ecclesiæ multis modis superant sacramẽ

Johan. 8
Beda.
Isaiæ. 6
1. Reg. 9
Matth. 13
Chrysost.
Luc. 2
Episcop. Ross.
Hebr. 7

ta synagogæ, sicut & sacrificium Christianorũ excellentius est sacrificijs Iudæorum, qui tantum uitulos offerebant, oues & boues, nos autẽ Christiani uerũ Christi corpus offerimus in sacrificio missæ. Sacramenta Iudæorum respiciebant Christum uenturũ, nostra etiam salutem ꝓbent & gratiã. In ueteri testamento umbra tm̃ erat futurorum, euangeliũ autem umbræ & figuræ ueritatem con
Hebr. 10. tinet. Quid multa? lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est. Quid ꝙ ecclesia spũ sancto cõsolatore gaudet & gubernatore, iuxta promissionem
Johan. 1 Christi ecclesiæ suæ iam olim datã? atqui illo iam olim
Johan. 16 caruit synagoga semper. Ecclesia q̃q; præsentẽ secũ habet Christũ, quẽ synagoga non habuit, dicente dño: Ecce
Matt. vlt. ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. Atqui non ignorauit idipsum Paulus, cum diceret:
Gala. 4 Quando uenit plenitudo temporis, misit deus filius suũ. antea enim nulla adhuc fuerat temporis plenitudo, do-
Johan. 1 nec ueniret Christus, ex cuius plenitudine omnes accepimus. Atq; huiusmodi quædã alia respiciẽs, erubescat Chr̃i
1. Cor. 10 anus, qui impudenti suo ore ecclesiam conatur æquare synagogæ, quod neochristiani facere tentant. Nam cum ueteribus omnia contingebant in figura, quomodo obscuro ea fuerint perfectione, qua nunc Christiani uiuunt & gaudent? neq; mirum, siquidem ij figuræ ueritatem obti-
Jeremi. 31 nent & fœdus nouum, nouum dico testamentum illud, quod olim daturum se dominus promisit, diuersum ab eo quod ante habuerat cum Iudæis, Idipsum quoque ex euangelio discere possumus, quando sacerdos legalis & leuita Mosaicus præteribant uulneratum semiuiuum, solus autem Samaritanus qui Christum repræsentabat & sacerdotium euangelicum, adiuuit saucium. De quo infra.

¶ Cũ autem iam felicitatem discipulorũ prædicasset dominus, quam etiam reges & prophetæ adsecuti non fuerant, q̃d & Balaam ꝓdixerat, de Christi natiuitate loquẽs,
Nume. 24 Heu quis uicturus est qñ ista faciet deus? Audiens porro hæc omnia quidã legisperitus, ex omnibus unus ipse surrexit singulari fastu inflat⁹, & multũ dolose de merito salutis suæ interrogauit dñm, dicẽs: Magister, qd faciendo uitã æternã possidebo? Vnde aũt q̃stio hæc superbo legis-

perito nunc subierit in mentē, declarat Beda, occasionē eū sumpsisse putans tentādi ex ipsis dñi sermonib⁹, cū dixit: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Quamuis sunt qui uolunt quòd sicut in ueteri testamento omnis promissio ad temporalia bona, uitam mundi huius, pacem & sanitatem uergebat, ita uniuersa CHRISTI doctrina uitam promittebat ęternam, ut merito dicere poterat: Ecce iam appropinquat regnum cælorum. Magnus itaq; iam & præclarus iste doctor in eodem tentare dominum uoluit, ratus eum aliquid dicturum contrariū legi. Verum interim iste sua tentatione uerꝫ esse comprobauit illud domini dictum: Pater, abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, reuelasti aūt ea paruulis. Beda. Matt. 3. 10

¶ Magister, inquit. CHRISTVM magistrum prædicat, cuius nolebat esse discipulus, sicut etiam apud Matthæum fecerunt, dicentes: Scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces. Magister, ait, quid faciendo uitam æternam possidebo? Ecce legisperitus ille tamē plus intelligebat, quàm nostrates neochristiani. nôrat enim non dari regnum cælorum ignauis istis fucis & pigris, sed aliquid pro eo laborandum esse, quum interim belluli isti neochristiani neque orare quicquam uolunt, nec ieiunare. omnia contemnunt opera bona, uolentes nuda & informi fide irrumpere, dum clament tantum domine domine. Diuersum ab ijs quæsiuit iste legis peritus, dicens: Quid faciendo uitam æternam possidebo? Sic intelligebant illud etiam Iudæi, cum interrogarent dominū, Quid faciemus, ut operemur opa dei? Volunt quidam ideo hic interrogasse legisperitum seu scribam hūc, quoniam quum uariæ erant apud Iudæos sectæ, Essæorum, Saducæorum & Pharisæorum, magna erat apud eos quæstio, quęnam iustitia magis placeret deo. Quo nomine interrogauit iste, qd tandem faciendo uitā possideret æternā, nō quęsiuit qd credere, sed qd operari debeat. Chrysost. Matth. 22 Johan. 6.

4. Inqsitionē hanc legisperiti refutare uolens dominus, adgredit iam id facere ex ꝓprijs ipsius uerbis, dicēs: Quid scriptū est in lege? quomodo legis? quasi diceret id ipm q̊d alibi dixit, E uerbis tuis iustificaberis, & è uerbis tuis condemnaberis. Interrogat eū rursus dñs in lege qd sit scriptū, sciēs ipm ex eoꝝ eē numero, q ꝟba legis tenēt, Matth. 13. Ambrosi⁹

sed uim legis ignorant. Vere enim exiguum quid est, si nos nostriq; similes multa bona nouimus, neq; facimus ea. Quid scriptum est in lege? At qua ratione poterat summa dei sapientia tam fraudulentæ interrogationi occurrisse prudentius? quoniam quocunq; modo diuerso respõdisset dominus, semper ille suspectus alteri sectæ fuisset. recte itaq; legisperitum ad legem suam relegauit, quæ à deo lata fuit, sicuti concorditer omnes etiam trium sectarum Iudæi sentiebant. Ideoq; illam Christi de lege responsionem, cauillari nullo modo poterant.

¶ Cæterum qui in ecclesia docet magister, solicite adcurrare debet, ut quicquid illi interrogationũ occurrerit subinde, in omnibus iis ad scripturas confugiat, docente Isaia: Nonne populus requiret à deo uisionem super uiuos & mortuos? Magis ad legem & testimonium currendum est, quàm ad idololatras & ueneficos, aut uanas hominũ suspiciones. Ideo enim lex data est, iuxta illud Sapientis, Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob & Israel promissiones, Age igit quando hęc in lege comprehensa sunt omnia, dic, in lege quid est scriptum? Volunt nonnulli hic dominum prima interrogatione quærere uoluisse de litera, & altera cum diceret Quomodo legis? demum interrogasse de intellectu. Vnde multi aberrant, séque dant turpissime in lectione scripturarum, sicuti nunc quoque proh nimium fit inter simplices istos, sed ò quàm fastuosos neochristianos.

Isaię. 7.

Eccl. 24

¶ Ideo quoq; illud fecisse creditur dominus, quòd alias soliti illi fuerant traditiones hominum adripere contra legem dei constitutas, & sic iustitiam quærere admodum angustam. Quomodo eos Paulus asserit ignorare iustitiã dei, & suam propriam uelle adstruere, atq; idcirco iustitiæ dei non esse subiectos. Et tamen ueram illi uiam commõstrat dominus, de lege quærens & quomodo legerer. quoniam deduxit dominus iustum per uias rectas, & ostendit illi regnum dei. Bene utiq; & recte fecit dominus huic legisperito, qui quum magistrum ipsum cõfessus erat, dominus quoq; uelut magistrum se professus, discipulum suum de lectione, quod aiunt, data interrogauit, Quid scriptum est, inquiẽs, quomodo legis? Ita nimirũ uiuere opor-

Matth. 23

Roma. 10

Sapien. 10

ter præceptorem cum discipulis, ita illum eorum studia & ingenia experiri addecet. Quamuis etiam eo feciſſe credi poteſt dominus, quod ille ex eorum numero fuerat, qui ex ſolo libro & uerbis tantum docerent, quiq; (ut ait dominus) dicerent ſolum & nihil facerent, cum tñ doctrina operis & exẽpli boni nõ raro utilior ſit & efficacior quã uerbi tantum. Sed hic nimirum optimus erat, de quo dixit dominus: Quoniã qui ſic fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno cælorum. Matth. 18

¶ Deus optimus maximus gratiam nobis ſuam largiatur, quatenus nos mandata ſua ſancta non tantum auribus audiamus, oreq; legamus, ſed & opere impleamus, poſt hanc uitam illam poſſeſſuri æternam Amen.

HOMILIA SECVNDA DOMI nicæ XIIII. à ferijs penteco ſtes.

INterrogauit dominum ſcriba, quid facere deberet, ut uitam poſſideret æternam, rurſusq; ex eo quæſiuit dominus, in lege quid ſcriptum eſſet & quomodo legeret. qui reſpondit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex oñibus uiribus tuis, atq; proximum tuum ſicut teipſum. Et hic quidem ſcriba iſte non turpiter ſe dedit, dũ q̃d in lege ſummum eſt, tenere ſe declarauit. nanq; & dñs et uerbum hoc cõfirmauit, ipſumq; adeo recte reſpondiſſe teſtatus eſt. Multa de hoc maximo dilectionis dei & proximi præcepto dici deberent, ſed quia idem nobis tractãdum occurret infra dominica decima nona, lubet idipſum in eum locũ differre. Tantum, q̃d hic locus offert, admonẽdi mihi eſtis chariſſimi, etiam in ueteri lege mandatum hoc fuiſſe, ut in Deuteronomio legitur, q̃uis ibi tres tantum formæ dantur, hic etiam quarta additur, ſicut infra dicemus. Quod autẽ ad dilectionem proximi, de qua hic agitur, ſpectat, conſtare uobis principio debet, non hic agi de proximo ex ſanguinis coniunctione, quam natura ſuadet & præſcribit, ſed de proximo ſcilicet quolibet homine. ſiquidẽ omnes homines ex uno parente Adam deſcendunt in terra, & ex uno patre de cælis qui omnes nos creauit, & ani- Deute. 6

mam nobis indidit rationis capacem, iuxta illud prophe
ticum, Nunquid non pater unus omnium nostrum? nun-
Malach. 2 quid non deus unus creauit nos? Sic, sic inquam quilibet
homo hominem alium suum reputet, sciatq; esse proxi-
mum. Scriba autem iste dum hæc duo mandata hic coniū
xit, recte fecit. siquidē & in ueteri testamento quod scri-
ptum est de dilectione dei libro quinto, idem in tertio de
Leuit. 19 charitate habetur proximi, ubi dicit dominꝰ, Diliges pro
ximum tuum sicut te ipsum. (Hebraice lereacha, id est, ad
socium tuum. Septuaginta uerterunt plision, hoc est, pro
ximum, & sic legitur hic & Mathæi 22)

Gene. 1 ¶ Datur etiam alia adhuc ratio dilectionis proxim. qz
enim quilibet homo factus est ad imaginem dei, ideo sic-
ut rex honoratur & colitur in imagine sua, ita deus in
homine qui imaginem suam gerit: quoniam diligere ne-
minem potest deus, qui imaginem suam hominem, odio
1. Johā. 4 prosequitur, idipsum attestante Iohanne cum ait: Qui di
cit se diligere deum, & fratrem suum odio habet, mendax
est. Cohærent itaq; & coniuncta sunt hæc præcepta duo,
estq; hæc immensa dei miseratio & benignitas, ꝙ tanti fa
cit hominē, ut ipse etiā sine eo nolit diligi. O te infelicē
& miserum peccatorem, quid agis? cur adeo nihili facis di
lectionem dei, quam leuiter adeo amittis? idq; ob amorē
alicuius uilis creaturæ, breue desiderium, ac uoluptatulā
momentaneam, sicut Eua ob unius pomi morsum, neq;
cogitas quāti te deus faciat, adeo ut sine te nolit diligi.

¶ Atq; hæc ipsa causa est, ꝙ Paulus dilectionis tm̄ pro-
Galat. 5 ximi meminit, cū ait legē totā hoc uno impleri, Diliges
Roma. 13 proximum tuum sicut teipsum. & iterū, Qui diligit pro-
ximum, legem impleuit. plenitudo em̄ legis est dilectio.
1. Tim. 1 & rursus, finis legis est charitas. Cum itaque hic & apud
Matthæum præcepta duo ponantur, & Paulus unicum tā
tum connumerat, non est quòd suspiceris aliquid hic esse
aduersum alteri, qm̄ in dilectione dei proximi etiā chari
1. Johā. 4 tas includitur. atq; ideo Iohannes dicit nos illud præceptū
habere à deo, ut qui diligit deū, etiā proximū suū diligat.

2. ¶ Quando dicitur, diliges proximum tuum sicut te
ipsum, attendendum est illud quod adnexum est, sicut te-
ipsum, non enim dixit quantum, sed sicut teipsum. Quoni

am licet proximum meũ diligere debeo sicut meipsum, tamen & possum & debeo me plus diligere, siquidem cũ ordinate fieri omnia debeant inter nos, ordinate etiam decet ipsam inter nos esse charitatem, ita ut quis deum super omnia diligat, dehinc animam proximi sui, sicut exponũt Ambrosius & Augustinus, ipsaq; adeo de se testatę sponsa, dicens: Ordinauit in me charitatem. quoniam & sapiens ait: Qui sibi malus, cui bonus? Augustinus explicans hæc uerba, Date eleemosinam, & omnia munda erunt uobis, inquit: Quicunq; ordinate dare uult eleemosynam, quo incipiat à seipso, sibiq; primum det eleemosynam, quoniam uere dictũ est illud, Miserere animæ tuæ ut placeas deo. Quando itaq; optimum ipse mihi debeo, meq; maxime diligere teneor post deum, sequitur non plane æqualem esse dilectionem hominis erga proximũ & seipsum, sed maiorem erga se, sicq; recto sensu intelligere debemus illud quod dixit dominus, diliges proximum tuum sicut teipsum. (quia sicut, hic non est nota æqualitatis aut perfectæ similitudinis, sed potius ordinis, uel est similitudo in obiecto, nõ in actu) Quum igitur teneris diligere proximum tuum sicut teipsum, intelligi principio potest de uera illa dilectione, qua etiã te diligis, ut eadem etiam ames proximum tuũ. Deinde quilibet diligere debet proximum suum sicut seipsum, quia ad idem illud bonum, ad quod se diligit. Atq; hoc sic accipe: Vnusquisque qui se recte diligit, ipse sibi bene uult, cupitq; se uera uia & rectissima pergere ad felicitatem ęternam. Recta autem & regia ad uitam uia, est ipsa iustitia & obseruatio mãdatorũ dei, teste Dauide, quum ait: Domine, in sancto uia tua. &, beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Sic ergo quilibet cupiat omnes homines unà secum ingredi uiam hanc, & in hoc quisq; diligat proximum suum sicut se ipsum. Quoniam si quis se aliter diligeret, is uere se nõ diligeret. siquidem qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Itaq; quisquis gaudet eo ipso quod proximus suus peccat, eiq; in illo adplaudit, laudat eum & adiuuat in illo, nihil minus quàm diligit eum, sicuti nec seipsum. tantum enim honestas & probitas laudanda in homine est. Certum hoc est, quòd quicunq; in proximo suo probitatẽ nõ

1. Corin. 7

Lib. 1. de doc. Chri. cap. 1

Cant. 2

Eccl. 14

Psalm. 96 & 118.

Psalm. 10

diligit, iamiã repulsus à deo est, iuxta illud Dauidis, Quid gloriaris in malitia q potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecistis dolum, Dilexisti malitiam super benignitatẽ, iniquitatem magis loqui quàm æquitatem, Dilexisti omnia uerba præcipitationis lingua dolosa, Propterea deus destruet te in finem & euellet te &c. Ecce quàm manifeste hic cernis, amicitiam quæ nunc in mundo contrahitur & inter homines seculi huius uersatur, ueram dilectionem non esse, sed potius perditionẽ. siquidem plurimum qui in mũdo habetur amor, ex peccato & in peccato fit siue contrahitur.

Psalm. 51

3. ¶ Ratione finis quoq; quilibet diligere debet proximum suum sicut seipsum, hoc est, ut ad eundem finem pertingat ille quem ipse appetit. ideóq; tunc quis proximum suum diligit sicut seipsum, quando eidẽ etiam uitã optat æternam. sic Paulus cupiebat dissolui & esse cũ Christo. atq; merito dissolui inquit, qm̃ hoc mori quidẽ est, at non omne, sed hominis. quia mors hominis est animæ & corporis dissolutio. Petijt ille hoc sibi, & idem precatus est alijs quoq;, omnemq; plenitudinem per quam ueniret ad Christum. sic. n. optauit ille oẽs homines esse, sicut ipse erat. Et quisquis proximo suo cælum non fauet, nõrit se charitatem fraternam non habere. (quomodo autem sancti in patria ratione obiecti etiam plus diligant sanctiores se ipsis, quia uolunt eis maiorem beatitudinem, quõ item Moyses petijt se deleri de libro uitæ, & Paulus anathema esse pro fratribus, scholis relinquo.)

Philip. 1

1. Cozin. 7

3. ¶ Ex ijs iam constat, q quotiescunq; præcipitur, ut quis diligat proximum suum sicut seipsum, nullam hic perturbationem cõstitui, neq; ordinem naturæ discindi. sicut enim mihi ipse charior sum q̃ proxim⁹ meus mihi, ita magis diligo parentes, fratres, patruos, auunculos quàm alienos. Et en eius rei signũ tibi. Etsi præceperat deus oẽs homines diligi debere, idipsum tamen adhuc peculiariter mandauit de quibusdam, ut de parentibus, quos præcipue diligere debemus, colere & reuereri. sic Paulus, Dum tempus, inquit, habemus, operemur bonum ad omnes, maxime uero ad domesticos fidei. & alibi, Si quis suos, maxi-

Exodi. 20

Gala. 6.

1. Tim. 5

me familiam suam non curat, fidem negauit. Sicut ergo quis prospicere & prouidere debet suis, ita eosdem etiam magis tenetur diligere. Pius pater liberis suis relinquat victum decentem, sed ex bonis non mala conscientia acquisitis. At quæ fit in istis uel minimæ charitatis fauilla, qui ubi omnia sua decoxerint turpiter, liberis suis nihil relinquentes, clamant tantum, Si quid habere uolēt, quærant, dispiciant unde uiuant? Inique sane & improbe, qm̄ ex sententia Pauli non liberi parentibus, sed parentes illis thesauros debent colligere: ita quisq; patrem matre chariorem habere debet, aurore Hieronymo. Et quamuis 1. Corin. 12
utrūq; parentem quis relinquēs adhæret uxori suæ, parē-
tes tamen uxore cōuenit illi esse chariores. & si usus ferat Hieron.
atq; necessitas, potius iuuare parentem quàm uxorē. No- Iezec. 44.
luit ergo etiam Paulus dicere, ut maritus uxorem diligat
sicut seipsum, sed ut corpus suum. In hoc itaq; casu gratia Ephe. 5
non destruit naturam, sed perficit: neq; male faciunt qui
amicos cognatosq; suos adiuuant, quibus plus debēt quā
cuiq; alieno. Quomodo autem teneamur diligere amicos
& illis bene facere, & an quis plus debeat diligere amicū
malum quàm alienum bonum, num etiam quis magis a-
mare filium possit quàm fratrem, & hui usmodi innume-
ra, scholis relinquo, ut habeant quod rixentur. Tamen si
cui simpliciū tale quid occurrerit, doctorū utatur cōsiliis.

4. ¶ Quum iam adeo prudenter respondisset scriba, subiecit dominus: Recte respondisti, hoc fac & uiues. Laudauit hic dominus responsum suum, non opus. forte enim uox bona, & opera nihili erant, sicut Isaac falsus in uoce Iacob, manus dicebat esse Esau, uocem Iacob, ideoq; Gene. 27
ad opus eum ablegauit, dicens: Hoc fac. Ecce quàm omni
no satis non est credere, nisi & facias, quoniā si quis per-
spexerit in lege perfectæ libertatis, & nō auditor est obli Iacobi. 1
uiosus, sed factor, hic beatus in facto suo erit. unde p̄ce-
pit etiam Iacobus: Estote factores uerbi, & non audito-
res tantum, fallentes uosmetipsos. Hoc fac, inquit domi-
nus, & uiues. Satis non est Rabinā te eē in lege doctum &
doctorem magnificum, nisi accedat & opus. frustra est o-
mnis profunda intelligentia, si desint opera bona, dicēte
Dauide: Intellectus bonus omnibus facientibus eum, lau- Psalm. 110

datio eius manet in seculum seculi. Hoc fac, mandata dei
Matth.19 serua, & uiues, quoniam si uitam uoles ingredi, est quod
serues mandata. Ecce obseruationem præcepti, & quia im
plere opere quod mandatum est, uiuificat animã. At ubi
interim latitant nostrates neochristiani, aut quid somni
ant, dum aduersus tam manifesta scripturæ testimonia,
aduersus ipsum spiritum dei, opera bona cõtemnunt, uo
luntq; ex sola uisere fide? Non uiuificat fides ista mortua,
nuda & destituta omni splendore charitatis diuinæ. sic. n.
Roma.8 Paulus inquit, Si spiritu opera carnis mortificaueritis, ui-
uetis. Spiritus autem hic, spũs dilectionis est, dicente spõ-
Cant.8 sa: Fortis ut mors dilectio. Spiritus uitæ dilectio est, ut ait
Roma.8 Paulꝰ, Lex spũs uitæ liberauit me à lege peccati & mortis.

¶ Scriba porro iste de responso sibi applaudebat, uolés
iam iustificare seipsum, unde & dixit: Quis aũt est meꝰ p-
Beda. ximus? Ecce innocentẽ & iustũ se simulat, ratꝰ se corã ho-
minibꝰ tm̃ stare, qui hic deo astabat uero, cognoscẽti etiã
occulta & abdita cordiũ. At nonne Rabinus egregius est?
ignorat prima duo legis p̃cepta, ignorat qs sibi sit proxi-
mus, nescit adhuc mysteria Christi, q̃ pater reuelauit pa-
uulis. Aut si adhuc interrogauit dominũ, quis suus sit pro
ximus, & ante scierit illud, hypocrita fuit. Dominus aut̃
responsum illi dedit ita temperatum, ut inde cognosce-
ret, quemlibet qui alteri misericordiam exhibet, etiã pro
ximum ei esse. Quamuis hac ipsa parabola discere poterat
dominum Iesum deum per adsumptam carnem factum
esse proximum nostrum, qui & misericordiam exhibuit
nobis, sicut in sequenti homilia dicemus. Iustificare se-
met uolens corã hominibꝰ, interrogauit quisnam sibi sit
proximus. hic siquidem isti hominum generi mos erat p
petuus, coram mundo cupiebant haberi sanctuli, etiam si
aliâs pessimi omnium forent, sicut alibi eos dominus se-
Matth.23. pulchris comparat dealbatis, & discipulos præmonet ne
faciant similiter, iubens attendere eos, ne faciant iustiti-
Matth.6. am suam coram hominibus, ut uideantur ab illis.

¶ Quod autem hac interrogatione iste iustificare uo-
luerit seipsum, sic intelligito. putabat enim dominũ sibi
respõsurũ, Iudæos proximos esse suos. quod si factũ esset,
subiunxisset ipse, iustificaturus semet, Semper ego Iudæ-

os dilexi. Erat aũt hic maximus error Iudæorũ, q̃d alios homines proximos suos non reputabant, sed ubicunque alienos fallere poterant & decipere, idipsum summũ ducebant gaudium, quod etiamnum strenue & fortiter faciunt, prætextum falsæ opinionis sumẽtes ex eo quod scriptum est. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. fratri autem tuo absque usura id quo indiget, communicabis. Hoc in hodiernum usque diem faciunt, usuram inter se mutuo nullam accipiunt, sed à Christianis quos alienos reputant, quum interim ipsi sint ab ecclesia & regno dei alenissimi, tantum usuræ accipiunt, ut plurimi pereant in anima & fortunis omnibus. Durum est quod dico, sed tamen periculum est, ne principes & optimates omnes, quĩ Iudæorum sustinent usuram, in confœderatione sint damnationis æternæ. Dici nanque non potest, quantum malorum concilient inter homines usurã sua. taceo quod maximi interim sunt autores illis decoquendi, abliguriendi, ludo, alea & scortis bona sua perdendi. nam ubi primum defectus argenti sentitur & penuria, ad Iudæum curritur, cuius potestati si quid bonorum alicuius pauperis fuit attributum semel, actum est, perierit ilico. Taceo quòd Iudæi prouincias omnes faciunt abundare furibus, qui quicquid furtiuum attulerint eis, isti statim mercantur quàm minimo. Graue & intolerabile foret toti prouinciæ, si quis nobilis aut comes latrones foueret & promoueret publicos atque prædones. sed minus tamen eos crediderim nocere, quàm qui Iudæos tolerant usurarios tantos. Sed hæc aliâs. iam ueniamus ad reliqua. Interim oremus dominum &c̃. Deut. 23

HOMILIA TERTIA SVper Euangelio eiusdem Dominicæ.

BEne quidem responderat scriba iste domino de præcepto, quod illi faciendum iniunxerat dominus, ut uitam possideret æternam. Verum cum nollet scire quis sibi esset proximus, parabola quadam hoc eum deinceps docuit dominus, quemlibet hominem alteri proximũ esse. Antea tamen suspexit in cælum, commotus utiq; uel iniqua scribæ istius malignitate, uel potius renouata iam cogitatione super lapsu generis humani, qui in hac parabola designatur. Sic autem suspexit etiam dominus resuscitaturus Lazarum: quoniam & illic recogitabat immensam mortis angustiam, quæ per peccatum irrupit. Adiungit ergo parabolam, uel secundum quosdam, historiam uera, unde disceret hic scriba nos omnes unius esse naturæ, proximosq; censendos nõ ex operum dignitate, sed nihil persuasit hæc parabola Iudæis & cæteris, qui nulla ducuntur misericordia: Descendit, inquit, homo à Ierusalem in Iericho, homo hic Adam est, siquidem apud Hebræos Adã non primum tantum, sed quemlibet hominem significat, estq; nomen proprium simul & appellatiuum. in hoc Adam tota lapsa est natura humana, quod utraq; loci huius appellatio pulchre figurat. Ierusalem enim idem est quod uisio pacis, quamobrem & paradisum & regnũ potest significare cælorum. Iericho autem lunam designat, nostramq; in hoc mundo mortalitatem, in quam per peccatum Adæ prolapsi sumus: & in ea iam permutamur alternis uicibus ut luna, crescentes & decrescentes in uariis defectibus, erroribus, miseriis. Et merito eum descendisse ait euangelista, quia homo post peccatum humiliatus, totus est collapsus & demissus. neque id semel, etiamnum quoque descendit subinde & labitur magis in præceps secundum uitiatæ naturæ concupiscentiam, semper declinans ad ima. Quod autem Ierusalem ciuitatem sanctam significet, quæ in supernis est, mater omnium nostrum, satis nobis testatur Paulus ad Galatas. Et incidit in latrones, incidit inquam, nihil tale cogitans uel suspicatus. siquidem nemo uel peccatum uult præcipue, uel ad malũ respiciens operatur, sed quicquid tum uolumus tum appetimus aspectu boni, id omne facimus. Quia autem bonum uarium fit & multiplex, sunt qui delectabile

Johan. xi.

Theoph.

Augustin.

Beda.

Theoph.

tantum aut utile bonum, non etiam honestum respiciũt, & ĩ quidem bonum mutabile suspiciunt, immutabili relicto. nemo enim potest duobus dominis seruire. quod qa nesciuit Eua, uolẽs seruire deo simul & diabolo, perĩt dũ peccauit. quia uerissimum est illud Bernardi: Nemo simul adhærere potest ĩs quæ supra nos sunt & quæ super terram sic nanq; malum etiam est in mundo per accidens tãtum, & non primaria intentione. Matth. 6 Bernar. Col. 3

2. ¶Incidit autem in latrones, latrones scilicet angelos noctis & tenebrarum, qui non raro se transfigurãt in angelos lucis, sed perseuerare non possunt. Constans itaq; sententia est doctorum omnium, latrones hic dæmones intelligi, sicut pulchre Augustinus, Beda & Theophylactus hic declarant, quamuis etiam alio sensu omnes qui paruulum innocentem seducunt, latrones dici & censeri possunt. Despoliârunt isti miserum & uulnerauerunt. Quod eo refert Augustinus, quoniam dæmones miserũ despoliarunt hominem ornamento bonorum morum & uirtutum, sauciarunt quoque adeo, ut non possit liberum illius arbitrium amplius in bonum. Amplissime patet hic intellectus extendens se ad materiã liberi arbitrĩj, de quo aliâs dicetur. Augustinus quoque in alio loco uult diabolum despoliasse hominem sua immortalitate, & uulnerasse tunc, quum ei peccatum persuasit, & uires animæ suæ per peccatum sauciauit. Ambrosius porro adserit despoliatum esse à diabolo hominem, dum eum denudauit ueste gratiæ spiritalis, uulneratum quoque, quando recedens ipse à lege dei & testamento fidei, sauciatus est, plus credens dæmoni quàm deo, dæmoni inquam, promittenti eos non morituros, quamuis Paulus ait Adam non esse seductum, sed Euam tantũ in præuaricatione deceptam, tamen Adam quoq;, utut diabolo non consenserit, Euã perturbare noluit, sed magis illi quoq; morem gessit, neque eam deserere uoluit, ratus deum non tantum supplicĩj irrogaturum suo peccato. Ferè etiam sic exponi solet, quòd diabolus hominem despoliauit gratia dei, & uulnerauit in naturalibus suis uirtutibus, sicq; priuatus ille est dono maximo, dum uestem innocentiæ amisit & immortalitatem, sublimem quoq; illam scientiam, quam deus ei dede

Ambrosi⁹. Augustin. Cõtra Pelagianos. q. Euan. Ambrosi⁹ Bene. 3 1. Tim. 2 Beda.

rat & magnam potẽtiam, ut ne uulneraretur à quoꝝ animalium, quorum regimen & uniuersale dominium simul
Gene.2 amisit, & iucundissimam illam paradisi inhabitationem, magnamq; cælestis influxus benignitatem & clementiã omnium elementorum, hæc simul omnia perdidit. Nãc uicissim in peccato cum dolore maximo in lucem editur homo. animalia ei omnia aduersantur & nocere cupiunt, corpus habet æstibus, frigori, morbis & nescio quibus nõ iniurijs obnoxiũ, uiribus naturalibus pluspuam ad mortem saucius est, intellectum habens ita Iesum, ut in prima ætate nihil omnino ualeat, sed & aduenientę iam rationis usu necdum quicquam intelligit, nisi à sensibus emendicatum. nihil enim (inquiunt philosophi) est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. & usq; adeo quidem ille saucius misere est, ut in ijs etiam quæ sunt naturæ manifesta, se habeat ut oculus nycticoracis ad lumen solis.

¶ Quomodo autem uolũtas nostra uulnerata sit, nonne etiam nimium & plus quàm uellemus experimur quotidie, qñ omnis cogitatio nostra ab adolescẽtia prona est in
Gene.8 malum? Sic, sic inquam uulneratus fuit & Paulus, cum di-
Roma.7 ceret: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio &c. Tandem uero abierunt ab illo semiuiuo relicto, quod quid sibi uelit, satis docet Augustinus, quoniam
Augustin. quantum adhuc deum agnoscit homo & legẽ illius requirit, tantum uiuit: quantum autem à peccatis opprimitur, mortuus est. Ac proinde ille etiã Pelagiũ refert iacuisse semiuiuum, nec potuisse à semetipso resurgere. siquidẽ non potest liberum hominis arbitrium à se solo erigi, nisi alitheoph. unde adiuuetur per gratiam dei, quæ pedes illi cõfirmat & consolidat. Theophylactus hominem semiuiuum reputat, eo quòd aspiciens originem suam primum illum Adam, nil nisi mortem uidet & peccatum. siquidem hoc
Roma.5 per unum hominem intrauit in mundum, & per peccatũ mors. Quum autem aspicit cælestẽ illum Adã Christum, per ipsius iustificationem mors delet & uita reuocatur æterna. Quidam uolunt hoc sic intelligere, quando Adam in paradiso geminã habuit uitã, gratiæ & naturæ, p pctm̃ amissa uita gratiæ, solã hãc seruauit uitã naturæ (illud nõ uacat mæandris. posset qs hic q̃tuor aut quinq; elegantes

sermones formare de statu innocẽtiæ & paradisi ex sanctis patribus, quorũ in hac re sententias diligẽter collegit antistes Parrhisinus in secundo Sententiarum.) Diceres, Iam supra dictum est, latrones hos dæmones esse, atqui dæmones non recesserunt ab homine postquam uulneratus est in paradiso, sed misere adeo sauciârunt illum per peccatum, ut non remere ideo mundum uniuersum, aquis diluuij perdiderit deus: deinde totũ terrarum orbem ita infecerunt & contaminârunt idolis, ut etiam principem mundi diabolum dixerit Christus. Respondet Beda & dicit recessisse latrones, nõ quòd desierint insidiari homini, cuius perniciem & damnationem modis omnibus procurant adeo, ut insidiator iste ne ipsi quidem Christo pepercerit, sed tentârit etiam tertio, ut recte nos uigilare iusserit Petrus, eo quòd aduersarius noster diabolus circumeat ut leo rugiens, & quærat quem deuoret: sed ideo tantum dicit recessisse illos ab eo, quòd fraudes suæ impostura celârunt, iamq; diabolus hominem non ut olim in paradiso manifeste, sed ex occultis insidijs adoritur. unde & Dauid inquit: sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Sic infelix iste Adam quum in honore esset non intellexit. descendit de Ierusalem ex paradiso, incidit in dæmones, qui tẽtauerunt eum per Euam, cuius uocem quũ maluit audire quàm dei, priuatus omni honore, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis, adeo uulneratus est in omnibus uiribus suis, quibus antea bruta omnia superabat. Conquestus hoc iam olim est Iob de diabolo, dicens: Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo, destruxit me undiq; & pereo.

2 Matth. 4

1 Petri. 5

Psalm. 9

Iob. 19

3. ¶ Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & uiso illo præteriuit, præterijt inquam sacerdos & ipse frater suus Moyses. per sacerdotem autem & Leuitam tempora duo designantur, alterum legis per quam sacerdotiũ & sacrificium instituta erant, alterum prophetarum. & sacerdos autem & Leuita præteriuit uterque, quoniam nec per legem, neque per prophetas aboleri potuit peccatum Adæ. Ita etiam Theophylactus intelligit, addu cens in hoc locum Pauli: Impossibile est sanguine taurorũ

Augu. cõtra Pelagianos.

Theoph. Hebræ. 10.

& hircorum auferri peccata. Venit quidem ad ægrotum lex, sed iuuare eum nil potuit. miserta etiam est sui, & orauit deum ut illum Samaritanum tandem mitteret, q
Exodi.3 curare uulnera posset. Sic sacerdotis frater Moyses clamauit ad dominum: Mitte quem missurus es. quasi diceret, de me actum est, ilicet. Expendit etiam Theophylactus hic illud quod dicitur, accidit. neq; enim lex de industria & ex
Theoph. proposito inuēta est, sed propter humanam fragilitatem data, quoniam illa non statim sufficiebat capiendis Christi sacramentis, sicut idipsum per longum testatur Paulus
Galat.3. ad Galatas, tandemq; concludit legem nobis pædagogū fuisse in Christo.

Beda. ¶ Sacerdos descendit eadem uia, quoniam hoc ipsum sacerdotale requirit officiū, ut sacerdores peccatoribus subueniant, sedulamq; eorum curam gerant. Verum lex, sacerdotes & propheræ ægrotantis potuerunt uulnera mundiprodere, sed curare non potuerunt. Quamuis ad literā arguitur hic durities ipsorum, qui interdum miseros peccatores grauiter tractant. Et quid mirum? quando à minimo usq; ad maximum omnes studentauaritiæ, & à pphe
Jeremi.6 ta usq; ad sacerdotem infideles sunt omnes, deploratē id-
Thren. 4 ipsum etiam Ieremia, & dicente: Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. struthio autem, ut ait Iob, de
Job.39 relinquit oua sua in terra, & obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. duratur ad filios suos quasi non sint sui. Væ uæ istis, qui non ex officio suo animas absoluunt à peccatis, sed hoc pusillum tantum quod diabolo reliquum mansit, bonum temporale appetunt. Væ iterum magistratibus, quibus prouinciæ & ciuitates regendę traditæ sunt, qui quum iustitiam administrare debeāt, etiam prædari insuper cupiunt, & residuum bonorum temporalium sibi attrahere, qui singulos annos nouum inueniunt aucupium, nōnunquam etiam uenatum integrum quo spoliant miseros. Væ iudicibus & rabulis forensibus, qui linguam tantum in foro uenalem circunferunt, ut pendentur, ut rapiant. Væ medicis, quibus solis, ut ait ille, impune licet occidere homines, iis inquam qui non curant neq; studentsanare alios, sed quorumcūq; etiam uitę dispendio sua sibi ut comparent commoda, de quibus dicit

Micheas: Contra dominum est manus eorum, & concupi- Mich. 2.
erunt agros, & uiolenter tulerunt & rapuerunt domos.
Esaias quoq; ait: Qui iustificatis impium pro muneribus, Isaie. 5
& iustitiam iusti aufertis ab eo.

4. ¶Sequitur: Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum. & uidens eum, misericordia motus est. Samaritani quo ad literam Chutæi erant, collocati in Iudæam, postquam decem tribus ductæ essent à rege Salmanasar in Assyriam, autore Iosepho, antea quàm illi ex Iudæa in Babylonem abducerẽtur. Quum autem leones eos tanquam ethnicos & gentiles laniarent, misit eis rex sacerdotem Hebræum, qui ipsos legem Moysi doceret, unde & legem Moysi receperunt qdem, sed tamen idola sua derelinquere noluerunt, simulq; deum Iudæorum coluerunt. hinc illæ lachrymæ, hinc istud Iudæorum odium erga Samaritanos. Vos autem nomen hoc nolite exhorrescere, cuius uirtus & energia in ipsa uocabuli etymologia latet. Samaritanus enim idem quod custos est, deducta uoce à uerbo schomar, hoc est, custodiuit. Sed quis alius custos noster, nisi is de quo scriptum est, Quia custodit paruulos dominus? Quoniam sicut alium intelligere debes Iudæum secundum literam, & alium spũ (ille enim cæcus & obstinatus est, qui nec legem Moysi recipere, neque in Christum credere uoluit: hic autem quilibet est, qui dominum confitetur & laudat, quomodo nos Christiani omnes Iudæi esse debemus) ita hic quoq; Samaritanum intellige nõ litera, sed spũ, & uidebis Christum uerum esse Samaritanum. At eo modo quo Iudæi accipiebant, Samaritanus multum ab illo distabat in gente, sed non item in misericordia. quandoquidem & Christus lõge à nobis positus ratione naturæ diuinæ, factus est proximus in misericordia, ideoq; & descendit de cælo, & eandem hanc uiam ingressus est, habitu toto inuẽtus ut homo. Vere autẽ Samaritanus erat, quia nõ dormitat neq; dormit, qui custodit Israel. Quæ etiam causa est, quòd calumniantibus illum Iudæis Samaritanum esse, idipsum nõ negauit, sciẽs custodem se esse infirmorũ: sed dæmonium habere se, id uero uel maxime negauit.

Li. 9. c. 15 & li. 11. c. 2. 3. seu. 4. 4. Reg. 17 Ambrosius. Psal. 114 Augustin. Philip. 1

¶Iam porro supra diximus, scribam hunc multum fa-

stuose superbiisse in lege, at hic in parabola dominus pro-
Matth.17. ponit ei, quomodo sacerdos & Leuita imbecilliores fue-
rint, quàm qui perfectionem legis adsequerentur. CHRI
STVS autem is erat, qui uenerat implere legem, quod an-
te eum nemo potuit, ideóque merito erubuisse debebat
hic scriba, qui tantum sibi adrogabat. Atque CHRISTVS
illud custodiæ suæ munus se tutatum esse, ipse testat apud
Iohan. 17 Iohannem, inquiens: Pater, quos dedisti mihi, seruaui, &
non periit ex eis quisquam, nisi filius perditionis. Atque
hoc modo omnes nos confiteri debemus Christum Sama
Psalm.126 ritanum esse & custodem omnium credentium, quoniam
Nisi dominus ille custodierit ciuitatem, frustra uigilat q
custodit eam. Væ misero homini huic, qui custode illo
caret. ó felicem autem, cuius custos CHRISTVS est, quam-
Malach.2 uis etiam quisq; suus esse debeat custos, & seipsum animáq;
suam solicite custodire. Cæterum an Samaritanus noster
CHRISTVS fuerit uiator aut non, & quomodo, quum hic
dicatur, Iter faciens, uenit secus eum, rel. quo contentio
nibus scholasticis. sed tamen quo pacto uenerit ad uulne-
Augustin. ratum, facile collectu est, quoniam uenit in similitudine
Roma.8. carnis peccati, & misericordia motus est super eum, quem
hic misere uidebat saucium, nec quicq; opis sibi ferre ua-
lentem, nec quid mereri potentem, sed omne auxilium il
lius pendebat à domino.

5. ¶ Appropinquans alligauit uulnera eius, infundens
oleum & uinum. Multa dici possent, si luberet uagari per
symbola, sed hoc nimis amplum est, ideoq; summa tan-
tum prælibemus. Quis unquam dominum uidit benigni
orem magisq; misericordem, quàm deum nostrum erga
suos etiam inimicos peccatores? Appropinquauit ille ad
Deut.4 uulneratum. Ecce, quæ natio tam grandis ut habeat de-
um sibi appropinquantem, ut nos, dummodo ipsi appro-
pinquauerimus, dicente apostolo: Appropinquate deo,
Iacobi. 4 & appropinquabit uobis? O te miserum & infelicem ho
minem, expende saltem quis tu sis, quis dominus ille tu-
us, ut adcedat ad te, tandem cor tuum aperi ad tantam mi
sericordiam quæ hic uenit ad te. Vulnera porro alligat
Augustin. dominus, dum malitiæ obstat, ne ulterius peccet homo. un
de & Augustinus ait: Alligatio uulnerũ est cohibitio pec

catorum. Quæres autem: Quomodo nos à peccatis impediuerit Christus? sane per sua illa mandata, per consilia euangelica, dicente Dauide: Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ita facile licet intelligere, quomodo spiritualiter infuderit uinũ & oleum. sicut em uulnera alligat præceptis suis, quibus ad pœnitentiam & uitæ puritatem nos prouocat, ita deinceps oleum gratiæ suæ infundit, dona spiritus sancti, suauitatem sacramentorum, peccatorum remissionem, & promissionem gaudiorum uitæ æternæ, iuxta illud Dauid: Oleo sancto meo unxi te. An non hoc oleum salutare est, quum dicit, Appropinquat regnum cælorum? Huc accedit & pertinet uinum quoque, quod acore suo impuritatem emundat uulnerum si eo lauentur, testante idipsum etiam Dauide, quum ait: Potasti nos uino compunctionis. Vis huius uini haustũ gustare? en tibi hoc quod dicit dominus: Omnis arbor quæ non fert fructum bonũ, excidetur & in ignem mittetur. sicut enim peccatores dominus benigne refouet oleo remissionis peccatorum, ita pungit acerbitate uini, dum rigorem iudicij ostendit. Et talem se quilibet prælatus atque parochus exhibeat, uulnera peccatorum constringat, infundat oleum, hoc est, iis qui pusillanimes sunt, misericordiam & gratiam dei proponat, duris autẽ & contumacibus, qs citius frangas quàm flectas, infundat uinũ, minetur iustitiam & iudicium dei, atq; suppliciorũ grauitatem. siquidem & equus q palpationibus non urgetur ut eat, uerberibus & calcaribus subditis impellendus est. Et hoc est quod ait Gregorius.

Psalm. 146. Beda. Psalm. 88. Psalm. 59. Matth. 3. Gregor⁹.

6. ¶ Vlterius imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Samaritani nostri iumentum, ipsa caro eius est, quam pro nobis assumpsit, peccata nostra portãs in corpore suo super lignum, quatenus nos mortui peccatis, deinceps iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Nanque & nos per pcm̃ facti sumus ut iumenta, iuxta illud Dauidicũ: Vt iumentum factus sum ante te. Ne autem maneremus ut equus & mulus, in quibus nõ est intellectus, carnem ille nostram fragilem suscepit, ut nostram fragilitatem tollerer. Vel etiã dici potest, uulneratũ suo imposuisse iumento, q̃ nos quoque membra

Augustin. 1. Petri. 2. Psalm. 72. Psalm. 31. Ambros⁹.

1. Corin. 12 fecit corporis sui. sicq; in corpore suo nos ascendemus in
Theoph. cælum, & nullo alio mõ, quoniam nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Quando igitur ille nos inserit corpori suo, recte de eo
Johan. 3 dicitur, quod uulneratum & saucium hominem iumento suo imposuerit.

In lib. hypognos. ¶ Augustinus adhuc alio sensu uult iumentum hoc ipsum esse gratiam dei, neq; id latinę linguæ male conuenit, in qua iumenta à iuuando dicta credimus, eo quòd hominem illiusque adiuuẽt labores, cuiusmodi sunt, equus, mulus, asinus, bos, bubalus &c. quando igitur gratia dei animam nostram adiuuat in operibus bonis, siquidem sine ea facere nil possumus, recte, quum iumento illi imponimur, pristinæ restituimur sanitati. Adduxit eum secum in diuersorium, hoc est, in ecclesiam catholicam, in quam omnes pœnitentes deducuntur, ut ibi sarcinam abiiciant peccatorum, quique in uia scelerum defatigati fuerant, ibi rursus refocillentur ab eo, qui suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Ita ergo Christus in ecclesia curam egit hominis. Altera autem die protulit duos denarios, & dedit stabulario. neque enim Samaritano huic diu licebat esse in terra, abeundum ei erat in cælum unde descẽderat, sicut dixit ad discipulos suos:
Theoph. Ambrosi⁹. Psalm. 112 Ambrosi⁹. Johan. 16 Exiui à patre, & ueni in mundum. iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Denarij porro duo, duo sunt testamenta quæ dominus reliquit apostolis, doctoribus & animarum curatoribus. siquidem utrunque testamentum imaginem dei gestat & habet. Stabulario uero dixit Samaritanus: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego quum rediero, reddam tibi. Vere multa de suo exposuerunt & erogârunt apostoli, plurimum laborauerunt, omnem doctrinam dispergendo multum supererogauerunt doctores, utrunque illud testamentum sedulo interpretati, unde & mercedem recipient æternam, quando ille rediturus est in altero aduentu, tunc enim dicent: Domine, ecce duos illos denarios dedisti mihi, eos exposui, & ulterius adhuc alios duos supererogaui. Et tunc respondebit dominus: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Augustinus hic per
Theoph. Matth. 25 Augustin.

denarios duos, utrunq; intelligit præceptum charitatis, quod acceperunt à spiritu sancto, euangelium adnunciaturi uniuerso mundo.

¶Et hic iam uideant scioli isti neochristiani, quòd non utriusque tantum testamenti scripta nobis seruãda sunt, sed ea insuper quoque, quæ sancti dei apostoli & doctores erogârunt, quibus præterea largam retribuet dominus mercedem. Quid quòd commissionem illi habent à domino sibi traditam supererogandi ultra duo testamenta, & dominus CHRISTVS quando redibit in cuiusque hominis morte, uel etiam in die nouissima redditurus est eis mercedem retributionis æternæ? Ad hæc omnia iam tandem quærit dominus legisperitũ, dicens: Quis horum trium uidetur tibi fuisse proximus illi qui incidit in latrones? At ipse dixit: Qui fecit misericordiam in illum, peregrinus scilicet iste & alienigena, nam noti illius transierant relicto eo. sed qui adproximârat ei opere misericordiæ illi impenso, hic proximus ipsius fuit, iuxta illud Salomonis: Vir misericors bene facit animæ suæ, qui autem crudelis est, proiicit à se proximum suum. Concludens itaque dominus ait: Vade, & tu fac similiter. Ita & ego dico uobis dilectissimi in Christo fratres: Ite, & facite similiter. Estote misericordes, & erit uobis quoque deus propitius, qui retribuet uobis omnia opera uestra bona in uita sempiterna, quam omnibus nobis concedere dignetur, qui est in secula benedictus, Amen. Prouer. 11

DOMINICA DECIMA QVINTA POST FESTVM Pentecostes, euangelium Lucæ decimo septimo.



IN illo tẽpore: Dum iret Iesus in Ierusalẽ, transibat per mediam Samariam & Galileam. Et cũ ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri lepro si, qui steterunt à longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos ut
Matth. 8. Marci. 1 uidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et fa-
Supra. 5. ctum est dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis ut uidit quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. & hic erat Samaritanus. Respondẽs autem Iesus, dixit:
Leuit. 14. Nonne decem mũdati sunt? & nouem ubi sunt? nõ est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.

HOMILIA VNICA.

DIle ab hinc octauo charissimi, audistis, quomodo Samaritanus maiorem uulnerato exhibuit misericordiam, quàm uel sacerdos uel Leuita Iudæus uterq; quod utiq; male habuit Iudæos, quoniam ij inuidebant Samaritanis plurimum hanc gloriam à domino tribui. Christus autem qui ecclesiam suam ædificare uoluit
Ephe. 2 ex Iudæis & gentibus atq; facere unum, hic quoque in-

ter Samariam & Galilæam iter faciens, nouam adhuc Samaritani uirtutem commendat. siquidem nouem Iudæis ex mundatione lepræ ingratis existentibus, unus ex omnibus Samaritanus rediit, & gratias egit domino. Etiam docere hic uoluit Christus, non solam sine operibus sufficere fidem, contra neochristianos. Sed nos iam textum hunc ipsum adgrediamur, & eum iuxta sensum literalem breuiter excutiamus.

¶ Ascendens dominus Hierosolymam, iamq; consummaturus opus redemptionis humanæ, hoc ipso tam multiplici suo itinere, quod huc illuc commigrauit, grande nobis proposuit misericordiæ suæ argumẽtum. ut enim succurreret multis, his quidem prædicando, aliis sanitatem restituendo, sicq; attraheret multos ad fidem euangelij sui, ex uno loco perrexit in alium. Ascendit autem Hierosolymam ad populum exasperatum odio erga se, & sitibundum ex sanguine & morte ipsius. Verum nimirum memor ille fuit, uenisse se in redemptionem generis humani. quum ergo adesse iam festinabant tempora, ascendit: & adhuc in uia constitutus, miracula plura exhibuit. Ingredienti enim castellum, occurrerunt leprosi decem. & recte quidem fecerunt illi, quoniam ægroti omnes adcurrere debent ad dominum, siue corpore ægrotent, siue animo, ut inquit propheta: Para te Israel, ut in occursum uenias deo tuo. Mitto hic quod quidam ex scripturis uarios leprosos adferunt, & mystice exponunt. A longe autem steterunt leprosi isti, quoniam ex lege habebantur immundi, neque audebant appropinquare hominibus, & forte metuebant illi ne dominus fastidiret eos, eo quod in lege præceptum erat cauere lepram corporis, uestium & domus. At quamuis isti loco procul stant, oratione tamen prope fiunt. prope em est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate. Procul erant corpore, quia pro maledictis habebantur, nec audebant cohabitare hominibus. quo docemur leprosos spiritu, hoc est, excommunicatos, uitare. Prope aũt erant Christo oratiõe & affectibus pijs, quomodo publicanus ille eram à longe stãs, ne oculos quidẽ audebat attollere, & tamen descendit iustificatus in domum suam.

Amos. 4

Leuit. 13

Theoph.

Luce. 18

Neq; uero steterunt tantum, sed & leuauerunt uocem suam, quod argumentum boni animi erat, dum dolorẽ cordis ore exprimebant. siquidem corde & ore nosmet accusare debemus corã domino, quod de filijs Israel legimus,
Judic.21 leuasse eos uocem suam, & magnis gemitibus fleuisse. dixerunt autem: Iesu præceptor, miserere nostri. Inuocant ecce dulcissimum nomẽ Iesu, & uirtutem illius adepti sunt,
Theoph. quia factus ille ẽ eis Iesus, dum mũdauit ipsos à lepra, sed non simpliciter eum orant ut hominem, sed ut eũ qui supra hominem. præceptorem enim eum nominãt, hoc est, dominum, creatorem. Nanq; uere præceptor ille est, qui
Johan.6 præcepta nobis dedit salutis & uitæ, cuius uerba solus habet, testante Petro. Præceptor, inquiunt, miserere nostri. Non aurum petimus, neq; ebur, neq; argentum, tãtum misericordiam tuam imploramus.

2. ¶ Sequitur, quos ut uidit, dixit: Ite, ostẽdite uos sacerdotibus. Vidit utiq; ille eos oculis suæ misericordiæ & pietatis, quomodo eum orauit Dauid, ut se respiceret suique
Psalm.24 misereretur, quòd unicus sit & pauper. populus quoq; clamauit ad illum, dicens: Ecce respice, populus tuus omnes
Isaię.64 nos. Ita in missa hodierna clamat ad dominũ ecclesia: Domine, respice in testamẽtum tuũ, & ne derelinquas animas
Psalm.83. pauperum tuorum. Deus protector noster, respice in faciem Christi tui. Adeo usitatum est in sacris literis, ut peturi homines misericordiam dei, orent quatenus ille respiciat eos, sic deus miserationum ipse dixit ad Moysen:
Exodi.3 Videns uidi afflictionem populi mei. O quàm necessarium foret nobis quoq;, ut inuocaremus deum, quo respiceret nos tam duris temporibus misere afflictos.

¶ Respexit eos misericorditer, & dixit: Ite, ostẽdite uos sacerdotibus. Misericors ille fuit aspectu suo, misericors in uerbis, misericors in opere. Verbum enim ipsius efficax & omnipotens in opere est, qui nos animo & corpore saluat, iuxta illud Sapientis: Neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo qui sanat omnia. Ostendite, inquit, uos sacerdotibus, de qua ostensione multa diximꝰ dominica ab Epiphania domini tertia: & Beda hic tãBeda post Augustin. git, dicens: Nullum dominus eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes ni

leprosos, quoniam sacerdotium Iudæorum figura tantum erat futuri sacerdotij regalis, quod iam est in ecclesia, quo etiam sanctificantur, quorquot pertinent ad corpus principis omnium sacerdotum Christi. Quilibet ergo qui uel hęretica prauitate, uel Iudaica infidelitate, uel superstitione gentili tanquam uarijs coloribus lepram re præsentãtibus infectus est, nisi ad ecclesiam festinârit, & colorem ueræ fidei exhibuerit, non mundabitur. Sic Paulus quoq; quum in terrã esset prostratus, & uocem Christi audiret dicentis, Ego sum Iesus ille quem tu persequeris, missus tandem est ad Ananiam, à quo perciperet sacramentum salutaris documenti fidei. Poterat quidem dominus id omne præstare per se citra medium, sed ut societas fidelium comprobaretur, & unus ille omnium Christianorum color adstrueretur, misit eos ad sacerdotem. Sic Cornelius etiam missus est ad Petrum, & semper deinceps missi sunt peccatores ad prælatos ecclesiæ & animarum curatores, usq; ad hæc tẽpora. Quibus tandem neochristiani nostrates ea sunt felicitate, ut sacerdote nullo indigeant neq; confessione, tantum enim deo peccata sua adnũciant, atq; ab eo absolui se putãt, quamuis egregie in hoc falluntur. Quo ad literam autem, uerum est in ueteri testamento, sacerdotibus traditum fuisse iudicium cognoscendi inter lepram & non lepram: quod quando sublatũ nondum fuerat officium, recte hos quoq; leprosos misit dominus ad sacerdotes. Sicut autẽ sacerdoti typico oportebat illos ex præcepto ostendere leprã, ita sacerdoti euãgelico detegere conuenit, aperire & confiteri lepram spũalem: quoniam in hunc modum Salomon dicit eum, qui abscondit peccata sua, non adquisiturum iustificationem: illum autem q confessus ea fuerit, & inde relinquerit, misericordiam adepturũ. Quoniam ꝙ hic eos ad sacerdotem misit, utiq; eo animo fecit, quo apud Matthæum unicum illum leprosum ablegauit ad sacerdotem, ut se illi ostenderet, ipsius iudicio se ut subijcerent, ex præcepto quod mandatum erat offerrent, & quicquid iniungeretur seruarent, sicq; multis miraculum tantum dum innotesceret, plures ad fidem conuerterentur.

Actuũ. 9

Actuũ. 10.

Leui. 14

Prouer. 28

3. Vt factum est, dum irent, mundati sunt. Hinc col

ligunt doctores, quòd propositum confitendi peccata cum pœnitentia eorundem & contritione deleat illa, ita ut quum homo pœnitentiam agit de peccatis, & abit ad sacerdotem confessurus eadem, adeo misericors est dominus, ut nondum confesso peccata dimittat, quamuis adhuc confessio requiratur. Vide plura super hac re in homiliis de sacramento, in materia pœnitentiæ. Dauid sane:

Psalm.31 Dixi, inquit, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Euntes mundati sunt, quod etiam factum credi potest, quoniam si apud sacerdotes demum mundati essent, poterant illud sibiipsis tribuere, & non uirtuti diuinæ. Quum autem unus ex eis, Samaritanus, mũdationem suam cerneret, redijt ad dominum, gratus & beneficiũ sibi collatum agnouit, quod non fecerunt reliqui nouem Iudæi. Ita impletum

Isaię.1. est illud Isaiæ: Bos cognouit dominum suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Sic Samaritanus hic dominum deum & suũ cognouit, Iudęi uero non agnouerũt autorem sanitatis suæ & salutis.

Luc.17 ¶Quatuor porro hic indicat euangelista, unde gratitudinem huius Samaritani colligimus. Reuersus est eũ, magna uoce magnificauit dominum, cecidit in faciem ante pedes, & gratias egit. Quod regressus est magna uoce, magnum ipsius gaudium declarauit, quod ex misericordia Christi susceperit, per quam ex magna miseria liberatus est, & ideo magnificauit dominum cæterisq; hominibus idem faciendi dedit occasionem, uelut illud Dauidi

Psalm.33 cum inclamans: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. certe enim hic fecit, iuxta cõ

Eccl.43 silium Sapientis: Glorificantes dominũ quantumcũq; potueritis, superualebit, & adhuc admirabilis magnificentia eius. Et quòd procidit in faciem, argumentũ de se præbuit euidens, q dominum cognouerit deum suũ, dum adorauit eum, diuinitatem ipsius hoc modo confessus. Mali autem non procidunt in faciem, sed retro tantum, sicut

1. Reg. 4. Heli ex sella prolapsus ẽ cõfracto cranio, & Iudæi in mõ-

Iohan.18. te Oliueti ceciderunt retrorsum. Magnam itaque gratiam adeptus est hic Samaritanus, quando sic se humilia-

uit coram domino, cuius pedibus qui appropinquant, ac Deut. 33
cipiunt utique de doctrina ipsius. Id adeo uos quoque facere & adcurare addecet, ut sitis grati deo, agnoscatis illum, qui quicquid habetis contradidit uobis, in omnibus 1. Thess. 5.
gratias agentes ei.

¶Atq; non temere Samaritanum hunc fuisse euangeli Theophy.
sta insinuat. Assyrij enim erant Samaritani. Vt iam nemo desperare debeat cuiuscunq; natiōis fuerit, mō corde toto se cōuertat ad dñm, sicut & reliqui nouem nihilo erāt meliores ꝙ ex bonis nati fuerant Iudæis. Samaritanus siquidē ille illuminatus nō erat per scripturas ꝓphetaꝝ, pauca ex Christo uiderat miracula. Si aūt percurramus euangeliū totū, inueniemus Samaritanos ex tribus uirtutibus laudatissimos, ꝙ facile crediderint, sicut mulier ista Sama Johan. 4.
ritana ad puteū sedēs, & totus populus in ea ciuitate, ꝙ misericordiam proximis suis adhibuerint, sicut ille qui uulneratum iumento suo imposuit, & quòd grati fuerint, ut hic de quo nunc loquimur.

4. ¶Respōdens aūt Iesus, dixit: Nōne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Decē fuerant leprosi. Qui numerus sæpe ꝓ uniuerso genere humano usurpat, sicut in parabola de decima drachma. itaq; & hi leprosi decē, genus Luce. 15
designant humanum, quod uniuersum sordida lepra infectum fuit. Et quamuis dominus Iudæos redemit ut gētes, illi tamen nec honorem & gloriam dederunt deo, neque crediderunt ei. Atqui hic uidemus, quod quum de nouem illis inquirit dominus, & si nostri non indigeat, nec gratiarum actione nostra, gratitudinem tamen è nobis requirit, iuxta illud Iob: Vbi eras quando me laudabant simul Job. 38.
astra matutina, & quum iubilarent omnes filij dei? Grauiter offendit dominum homo ingratus, & sane periculum est etiā hodie, ne ex decem baptizatis uix unus permaneat in gratia dei, ex decē cōfessis uix unus gratiam dei acquirat. multi. n. sunt uocati, pauci electi. Et tamē de nouē Matth. 20
alijs q̄rit domin⁹, non ꝙ ignoret q̄ nouit omnia antequā fiant, sed uel ut attēdatur magis ratio ingratitudinis, uel etiam ꝙ ex more scripturæ nescire dicit dñs q̊d nō adprobat, q̊dq; sibi nō placet, sicut nescire ꝓfitet ille se uirgines Matth. 25
fatuas, scientia nimirū adprobationis. Ita hic quando dis-

plicebat domino ingratitudo istorum nouem, quærit de eis tanquam ignotis. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena, qui melior fuit religs omnibus etiam Iudæis, iuxta istud Psalmi: Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, ñ fuerunt illic. Cõmendauit itaq; eum dominus, & dixit: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit. Quam hic fidem collaudat dominus? non utiq; istam neochristianorum nudam & mortuam, sed illam quæ per charitatem operatur, quam habuit hic Samaritanus, ex ea compulsus reuerti ad dominum, cadere in faciem & gratias agere.

Psalm. 86.

5. ¶ Cæterum mysticum quoq; huius historiæ sensum inuestigant hic doctores, quando certum est nos à domino non uerbis tantum, sed & factis edoctos esse. Atqui omnes omnium expositiones uobis hic referre fastidiosius forte esset quàm utilius, proinde mitto reliquas omnes, unicam uobis sententiam Augustini proponam, quê Beda, Ericus, & cæteri sequuntur. Leprosi eos significant, q ueram non habent fidei scientiam, & iactant multa atq; uaria errorum documenta, neq; ea celant, sed proponũt omnibus, & iactantiam sermonis breui mercantur gloriola. Eat nunc quisquis uoler, & neochristianorum uideat mores & acta, quoniam alios ex alijs disseminant libellos uernaculos & latinos elegantissime compositos, quibus aures hominum perfricent & animos alliciant. Nulla autem unquam fuit doctrina falsa, quæ non aliquid ueritatis habuerit admistum. Vera igitur falsis permista in disputatione aliis ue hominum sermonibus, lepram præ se ferũt, quæ corpus hominis ueris fictitijsq; coloribus coinquinat. Et huiusmodi quidem homines euitare debet ecclesia, ita ut procul ab illa arceantur, clamentq; ad dominũ Iesum, & præceptorem uocent eum, atq; merito præceptorem, quoniam in cuius uerbis aberrauerãt, eum humiliter præceptorem uocant, reuersuri ad ueram ipsius cognitionem. Siquidem quum à communione fidelium per excommunicationem se segregârint, non audent accedere ad dominũ propius, sed uix à lõge stare possunt, petitaq; ex domino ope, iubentur ire ad sacerdotem, unde eruditionem accipere debent omnes hæretici, & agni-

Augu. De q. Euang.

tionem ueritatis contra suos errores, absolutionem quo que de peccatis, ut sic emundati iuxta regulam fidei Christianæ, priori inserãtur restituantur'q; dignitati. Quamuis enim dominus errantibus omnibus posset per spũm sanctũ emittere ueritatẽ, uult tamẽ audiri prælatos & doctores ecclesiæ in doctrina Christianæ professionis, sic'q; fideles suos in multa humilitate confirmari. Id adeo in S. Paulo quoq; cernimus, qui tamen euangelium suum neq; ab homine, neq; per hominem suscepit, & tamen eũdem dñs misit ad Ananiam, ex quo disceret quidnam sibi facto opus esset. Vnicus autem ille qui reuersus est, Christianos bonos significat, qui inter blasphemas Iudæorum & hæreticorum uoces magna uoce CHRISTVM confitentur, laudant & celebrant, sine intermissione gratias ei agentes, atq; genua illi sua curuantes, quum interim mali retrorsum tantum in terga cadant, sicut de sequacibus Antichri dicit Iacob: Fiat Dan coluber in uia, & cerastes in semita mordẽs ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. Ita uos quoq; charissimi, licet uideatis mundum iam penè uniuersum lepra hæresum & errorum perdite corruptum, quando leprosi nolunt se spiritualibus exhibere prælatis, sed eos cõtemnũt & spernunt, attamen confidite, spem habete firmã fore, ut det deus ijs quoque finẽ. dicite cum Iacob: Salutare tuum expectabo domine. Id adeo cito & propere nobis largiatur miserator & misericors dominus, Amẽ.

Psala. 1

Actuũ. 9

Gene. 49

DOMINICA XVI.

A FERIIS PENTECOSTES EVANGELIVM Matth. VI.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dñis seruire. aut em̃ unũ odio habebit, & alterũ diliget: aut unũ sustinebit, & alterũ cõtemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animę uestræ qd mãducetis, neque corpori uestro quid induamini. Nõne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum? Respicite uolatilia cæli, quæ non serunt neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Nõne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitũ unum? Et de uestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neq; nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si enim fœnũ agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quãto magis uos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hęc enim omnia gẽtes inquirũt. Scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnũ dei & iustitiã eius, & hæc omnia adiicientur uobis.

Lucę. 16

Lucę. 11.

Lucę. 12

Lucę. 12

HOMILIA I.

DEhortari nos hoc euãgelio uult dominus ab auaritia, curis superfluis & inordinato amore bonorum temporalium. idq; ea de causa, cum multa iã præclara docuisset discipulos suos, & inter cætera monuisset thesauros esse colligendos in cælis, ne quis sibi proponeret & hic & in cælo se thesauros comparaturũ, adiunxit: Nemo potest duobus dominis seruire. atq; quos intelligat dominos, ipse exponit, cũ ait: Nõ potestis deo simul seruire & mammonæ. At nos iãm textum adgrediamur: Nemo potest duobus dominis seruire. Voluit hic dñs permouere nos, ne tyrannide auaritiæ nos superari sinamus. & addit causam: Quoniam diuitiæ multæ manus armant latronum & furum, neq; pauci sunt quorum uitæ insidias ipsæ struunt diuitiæ. Altera porro ratio est quòd diuitiæ animum hominis obcæcant. Et hæc quam nunc in manibus habemus causa tertia est, ꝙ per auaritiam geminum quis incurrit malũ: alterum, quia cui dominari illum oportebat, ei seruit, iuxta illud poetæ: Horatius lib. 1. epist. ad Lollium.

Imperat aut seruit congesta pecunia cuiq;.

Altera, qm̃ sic cultũ dei deserit, cui modis omnibus aliis neglectis seruire oportebat, idq; ille probat per hanc cõmunem theoricã & animi conceptionẽ: Nemo põt duobꝰ dominis seruire .s. aduersantibus sibi inuicẽ & repugnantibus, atq; contraria imperantibus. quãdo.n. unũ quid homo est, in duo diuersa diuidere se quõ poterit? iuxta illud Pauli, Non potestis simul participare mẽsæ domini & dę moniorum. & alibi, Quæ participatio iustitiæ cũ iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conuentio Christo ad Belial? Quòd si autem domini inter se contrarij nõ sint, fieri põt ut quis pluribus seruiat dominis, in sua cuique ordinatione, sicut Paulus de coniugato dicit, ꝙ sit diuisus, cum curam gerat mundi huius, & tamen seruire ille potest deo tempore suo, quoniam & bonum coniugij ex Christo est. Quisquis autẽ se oñino scindere uolet in dominia, alterius utiq; domini gratiam amittet, sicut si quis nimium inordinate suam diligeret uxorem. Præcipue autem hic dñs de deo loquitur & diabolo, cui Paulꝰ ꝙq; iubet

Chrysost.

Theoph.

1. Corin. 10.

2. Corin. 6

1. Corin. 7

Ephe. 4

locum dari non debere. Atqui Papæ, Imperatori, magistratibus legitimis seruire quis bene potest simul cum deo, quomodo & magistratus à deo est, & ab eo legem habet, sicut subditus ipse. Si autem magistratus aduersa perciperet legi diuinæ, tunc sane dicere possent subditi: Nemo potest duobus dominis seruire. Et huiusmodi quidē magistratus deo aduersantes habuerunt Iudæi, iuxta illud prophetæ: Domini possederunt nos absq; te, tantum in te recordemur nominis tui. & deinceps, Facti sum' sicut in principuo, quando non dominabaris nobis, & nomē tuum non inuocabatur super nos. Nemo potest duobus dominis seruire, seruire inquam proprie, sicut Paulus dicit: An nescitis quoniam cui exhibuistis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Et tamen sicut de duobus dominis diximus, deo & diabolo, ita de omnibus aduersarijs intelligi debet, puta de uirtutibus & uitijs, de rebus cælestibus & terrenis, & de uera gloria & honore inani. 2. Idipsum quoq; quod duobus dominis seruire nemo possit, iam porro dominus certa ratione confirmat. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unū sustinebit, & alterum contemnet. Quod Chrysostomus ait esse prioris sermonis uelut cumulationem quandam, quodq; ibi declarare uoluerit dominus non tantum aliquem duobus dominis seruire non posse, sed & alterum odio habere & contemnere eum oportere. Augustinus hic bene expendit uerba illa & dicit, q̄ prior pars sic intelligatur: Alium odio habebit, diabolum: hunc autem diliget, deum. At cur in altero membro dicit, sustinebit aut contemnet, & non ut prius, diliget uel odio habebit? Eo nimirum, q̄ ad diabolum hoc pertinet, quē sustinent mali: & quamuis eum sequantur, non tamen diligunt. Quis enim est qui diligat diabolum & sequaces eius? de quibus etiam Dauid ait: Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Et Habacuc de diabolo dicit: Horribilis & terribilis est, ex semetipso iudiciū, & onus eius egrediet. Quando igitur nemo diligit diabolum, proprie id hic expressit dominus, & dixit: Sustinebit illū. siquidem ferre diabolū, seruire & uelle placere ei, uere onus magnū & graue est.

Isaię. 26.
Isaię. 36

Roma. 6

Chrysost.

Augustin.

Psalm. 138
Habac. 1

¶ Sic ergo qui suæ prauæ inseruit concupiscentiæ & auaritiæ, sane durum peruersi domini sustinet imperium, cuius rei exemplum tale præbet Augustinus: Si quis ardē ter deperiat domini alicuius ancillulam, quid non sustineat obsecro, etiam durissimum domini iugum toleraturus, dummodo ipsam non deseratꝰ Ita hic cum illicitas amat homo uoluptatum turpium illecebras, diaboli subministras, seruit utiq; durissimam etiam seruitutem apud diabolum, ipsumq; interim non diligit tyrannum, tamen tolerans operarium suæ perditionis. Et rursus non dicit alterum, puta deum, odio habet, sed contemnet. proprie enim loquendo, deum nemo odio habet, quia bonū summum & altissimum. mali autem cum à mala sua concupiscentia superantur, deum contemnunt, dum mandata eiꝰ non seruant, dum misericordię ipsius nimium tribuunt, q̄d facere nemo debet, iuxta illud: Ne addas peccatum peccato, & ne dixeris, Misericordia dei magna est, & ipse miserebitur multitudini peccatorum meorū. quoniam misericordia & ira statim declinant ab eo, & ira illius respicit sup peccatores. Tanta q; est in puniēdo acerbitas ipsiꝰ, ut naturalibus etiā ramis nō pepercerit, quin & ipsi confracti sunt propter infidelitatē suā. Atq; hoc est q̄d dicit dñs: Alterū cōtemnet, s. deum, quē odisse nemo potest. Augustin. Ecci 5 Roma. 11

¶ Diceres autem: Intelligo iam quidem, q; ipsce uerbis docere uult dominus, omnes qui peccant, grauiter contemnere deum. Quid ergo q; sacræ etiam nobis testantur literæ, malos quoq; odisse deū? ait enim Dauid: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Quo uerbo uult illc dæmones malos duo semper committere peccata: alterum, quia deum odio habent: alterum, quia superbi sunt: & elati aduersus eum. Respondetur ad hoc: Quandoquidem creaturis omnibus esse dat deus, & quicquid habent boni, nulla creatura odisse ipsum potest in sua natura siue substātia, cum sit bonum summum. (ratio mali, est ratio odibilis, sed ratio mali non est in summo bono) Quādo autem dominus noster iudex est, cuiq; retribuens pro merito suo, fit sic ut mali dum iustitiā odere & iudicium, dicantur odisse deū, nō in sua essentia, sed tm̄ in operatione, q; eos affligit. Et ideo dixit hic dñs, q; alterū cōtēnet: psalm. 73

¶ Hinc sequitur omne peccatum contemptum esse dei, quoniã contemptus dei bifariam intelligi potest: specialiter, ut cum quis recordatur domini cui obedire debebat, neq; tamen facit, quod peccatum sane magnum & graue est aduersus deum. Deinde considerari potest contempt⁹ ut operi coniunctus est, estq; in omni transgressione siue peccato. & dicitur etiã contemptus interpretatiuus, q̃ peccatores omnes cõtemnunt deum, unde dicit per Dauidẽ: Proiecisti sermones meos retrorsum. & per Naiam: Filios
Psalm. 49 educaui & exaltaui eos, ipsi autem spreuerunt me. quam-
Isaię. 1 obrem etiam Dauid opprobrium & contemptum à se au-
Psalm. 118 ferri petijt.

3. ¶ Ex prædictis iam porro cõcludit dominus & ait: Non potestis deo seruire & mammonæ. Mammona, inquit Augustinus, apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur, &
Augustin. congruit illi Punicum. Nam lucrum Punice mammon dicitur. Mammonæ igitur quisquis seruit, ei seruit, qui uitio sui peccati præpositus est rebus terrenis, dictus ideo à
Matth. 12 domino princeps mundi huius. Quem quicunq; sustinere & ferre cogitur, onus sane fert ponderosum & molestũ, quoniam concupiscentijs irretitus est & inuolutus, atque diabolo subiectus. Curate igitur, ne uos concupiscentias bonorum temporalium superare sinatis, uobis seruiant illa, non uos eis. Audiat hoc auarus, audiat qui censet uocabulo Christiano, non posse se diuitijs simul & Christo seruire. Atqui nõ dixit ille tamen, qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs. nam qui diuitias expendit ut dominus, non seruit eis. Abraam, Loth, Iob, Dauid, alijq; plures sexcentis, diuitias quidem habuerunt, sed eis non seruierunt. Auarus autem seruit illis, dum ubi expendendæ sunt, non distribuit: & ubi accipiendum est, non accipit. Cuiusmodi homo erat iste, de quo Sapiens inquit: Est
Eccẽs. 6. & aliud malum quod uidi sub sole, & quidem frequens apud homines: Vir cui dedit deus diuitias & substantiã & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus uorabit illud. Hoc uanitas & magna miseria est. Serui mammonæ sunt omnes, qui superfluas curas gerunt, magisq; soliciti sunt de rebus tẽporalib⁹ q̃

eternis, cum tamen moneat Sapiens, ne quis solicitus sit nimis de bonis iniquis. Pulchrum est quod Augustinus dicit aduersus hæresim Pelagianorum, contendentium diuites non posse saluari, nisi uenditis omnibus, sequantur Christum: Diuitiæ si desint, non quærantur per mala opera in mundo: si autem adsunt, per bona opera seruentur in cælo. Animum uirilem & Christianum nec debēt, si accedant, extollere: nec debent frangere, si recedunt. De diuitibus aliâs dicturi sumus plura. Eccl. 5. Epist. 89

4. ¶ Quando uniuersalis & cōmunis hæc regula est, neminem posse dominis duobus seruire, solicite animo p cipiat omnis Christianus & caueat, ne animū inducat suum duobus dominis uelle seruire, quod si sibi sumpserit, errabit utiq; se simul & animam suam perditurus. Non desunt iam, qui cum ecclesiam laudant catholicam, tamē interim eis adrident etiam ista, quæ neochristiani nostrates & Lutherani recens adinuenerunt, quod quicunq; faciunt, peccant sane, eo q; ecclesiæ simul & hæresi seruire nō possunt. diuisi enim sunt hæretici. apud Christum autem unum est necessarium, puta sancta & concors unitas. siquidem ibi dominꝰ unus, una fides, baptisma quoq; unum ē, deus unus & dominus omnium, qui est super omnes, per omnia & in omnibus uobis, inquit Paulus. Milites isti & ministri Pilati pepercerunt tunicæ incōsutili Christi, quā qua frōte audebis tu dissuere & sartū hæresis insuere? non decet cōsutam esse eā, nec quicq; in ea sarcire exoticū & aliunde petitū. Sic Elias dixit ad populū Israel: Quousque claudicatis in utranq; partē? Si dñs deus uester est, sequimini eū. Sin autem Balaam, sequimini & illū. nō respōdit autem populus ei uerbū. Ita nunc quoq; dico uobis de iis, qui una ferē, q̄d aiūt, fidelia parietes duos dealbare nituntur, nā & ipis occini pōt illud, Vt quid claudicatis in utrāque partē? Nemo pōt duobus dominis seruire. Vel, n. ecclesia catholica solidū & uerum habet scripturæ intellectū, quod si ita est, sequimini ipsam: uel hæretici habent, & sic quoq; eos audite & sequimini. Atq; tu hic interim circunspice diligenter, unde intellectum illum potius petas, ubi magis quæras q̄ penes spōsam Christi ecclesiā, quę colūna est & firmamentum ueritatis. Chrysost. Luce. 11 Ephe. 2 Johan. 19 3. Reg. 18 Ephe. 5 1. Tim. 3

¶ Dices: Atqui & neochristiani uolunt & contendunt, penes se esse ecclesiã. Sane est & inter eos ecclesia, sed ista quam odisse se iam olim professus est Dauid, ecclesia iniq
Psalm.25 malignantium, hoc est, in malitia ardentium. Noua ist. hæc ecclesia est quã erigere nũc conãtur, neq; fuit antiquitus, neq; diuertit ecclesia ad latibula & conciliabula hæreticorum, sed per immensum late mundum diffusa est, sic.
Augustin. ut præclarè iam olim etiam Augustinus obiecit Donatistis, contendentibus penes se tantum in Aphrica esse ecclesiam. aliter autem deus pater Christo promisit: Postu-
Psalm.2 la à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vbicunq; ergo amplam illã Christi hæreditatem, magnam scilicet Christianorũ inueneris congregationem, nôris ibi esse Christum & euangelium eius. Ne itaq; duobus dominis seruire coneris, Christo serui, & non hæreticis. Sed audire uideor obgannientem hic mihi neochristianum, & dicentem: Nunc ęq; in multis regionibus Christiani sunt usq; ad finem mundi. Audio, sed quo ore tu infringes illum Psalmi locũ, quẽ utiq; nolens uolens cogeris fateri esse uerissimum? Atqui q; adeo deficit fides, uitio fit peccatorũ nostrorum, sicẽ uidemus Sarracenos totã occupare Aphricam, in qua diœceses fuere plures trecentis, Aegyptum quoq; & Arabiam. sic Turca minorem Asiam, Græciam totam, & Bulgariã cum omnibus adiacentibus regnis possidet. Quæ omnia eo fieri creduntur, q; nunc appropinquant tempora Antichristi. sed & quod ex Turcæ & Soldani tyrannide manet reliquum in nostris iam regionibus, hæretici suo iugo
Apoc.12 subiiciunt. Et sic quidem impleri oportet prophetam illam Iohannis: Mulier fugit in solitudinem. ecclesia sancta ui infidelium & insultibus hæreticorum pressa adeo deficiet, ut recte Christus ipse de nouissimis istis temporib⁹
Luc.18 dixerit: Cum uenerit filius hominis, putas ne q; inueniet fidem super terram? Et uos itaq; in Christo dilectissimi, ne quid moueamini ab istis neochristianis. quin potius hãc Christi theoricam siue regulã cõmunem sedulo attendite: Quia nemo potest duobus dominis seruire. ne claudicetis, sed Christo adhærete & ecclesiæ illius, atq; retribuet ille tandem uobis æternæ gaudia uitæ. Amen.

HOMILIA SECVNDA SVper Euangelio eiusdem Dominicæ.

INsanabile in multis & incurabile uitium auaritiæ medicari uolens summus noster medicus Christus, remedium præscripsit generale, quoniam nemo possit duobus dominis seruire, deo & mammonæ. Vbi communis eo morbo laborantium querela moueri solet: Atqui cura & solicitudine hic opus est, quibus uescamur, uestiamur, & liberos nostros enutriamus. Huic q̃q; iam porro occurrit dominus, dicens: Ideo dico uobis. quasi diceret, Si repulsam à deo pati non uultis, ne sitis soliciti animæ uestræ quid manducetis. Ergo, inquit Hieronymus, quod omnibus natura tribuit, & iumentis ac bestijs hominibus q̃ cõmune est, huius cura non penitus liberamur: sed hoc nobis iniungitur, ne de cibo soliciti simus, siquidem in sudore uultus nostri pane nobis uescẽdum est labor nobis præcipitur, & solicitudo prohibetur. Sane ibi Hieronymus è medio tollere conatur rudem & stupidum istum intellectum eorum, qui ex ijs uerbis Christi laborẽ recusare uellẽt. Idipsum quoq; Theophylactus insinuat, quum ait: Nõ explodit omnia operari, sed seipsos totos curis tradere & negligere deum, hoc est quod prohibet, quoniã & agros colere oportet, & uitæ curam habere. Sed solicitum esse de rebus temporalibus, neglectis supernis & cęlestibus illis, maioremq; in ijs mundanis quàm deo diuinisq; collocare fiduciã, per fas nefasq; corradendis bonis inhiare, nec quicquam pauperibus impendere, honori quoq; & cultui dei deesse, ea demum est solicitudo quæ hic prohibetur. Vnde & Dauid inquit: Diuitiæ si adfluant, nolite cor adponere, hoc est, in eis nolite confidere, deo & pauperibus illius neglectis. Quinimo qui diues est in marsupio, horreo, & cui uelut clausum possidet arca Iouem, adhuc tamen pauper sit spiritu, multaq; possidens sit tanquam nihil habẽs. Quomodo qui omnibus abundant diuitijs, adhuc tamen pauperes esse bene possunt, de quibus dixit dominus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ.

Hieron.

Gene. 3

Theoph.

Psalm. 61

2. Cozin. 6

Matth. 5.

E quorum numero & Dauid fuit, cum diceret: Egenus sum & pauper, sicut omnes patres mei. Et hoc est quod prohibet dominus, non ut nemo diuitias habeat, sed tantum inanem & nimiam uetat solicitudinem.

¶ Siquidem diuitem esse, in se malum non est, cum sit ingens donum dei, modo diuitijs quisq; suis bene utatur. Eccl.5 Ecce.n. dicit Sapiens, Omni homini cui dedit deus diuitias atque substantiam, potestatemq; ei tribuit ut comedat ex eis, & fruatur parte sua & lætetur de labore suo, hoc est, donum dei. En duo hic commemorantur dei dona, diuitem esse, & diuitijs pro necessitate sua uti. Ita si quis bona conscientia & honore integro sine iniquis contractibus, usuris & furtis relinquit liberis suis necessaria uictus, bene facit, neq; mala illa solicitudo, sed bona prouidentia, 2. Cor.12. iuxta illud Pauli: Quoniam parentes liberis suis thesauros debent colligere & relinquere, non filij parentibus. & alibi, Qui non gerit curam de suis, maxime domesticis, fidem negauit, & infideli deterior est. Huiusmodi 1. Tim.5 cie solicitudo & pia est, & ex officio parentum exhibenda liberis. nam qui ipsi bona sua omnia perdunt, decoquunt & abliguriunt, quorum tamen bonam partem hæreditario à parentibus suis perceperunt, interimq; dicunt, Age si filius meus unde uiuat habere uolet, comparet ipse sibi, nonne pessime loquuntur, & peius adhuc in eo faciunt? Aut si baculum & peram ad mendicitatem filio tuo relinquis, en uideris sane quid rei tractaturus, quantum inde boni sit habiturus. Rursus qui filios suos nimium arcenter amant, & ideo corradunt undiq; cuncta per fas & nefas, iniquis contractibus circumueniunt homines, defraudant, imponunt simplicibus, mentiuntur, furantur, rapiunt, decipiunt fictitijs literis, ulnis, mensuris, aut ponderibus falsis, & omnibus quæ in animum hominis incidere possunt, ut sunt in huiusmodi imposturis commissitiis argutuli, pessime faciunt, grauissime peccant, nimiumque rerum temporalium curam gerunt, qd hic prohibet dñs. Idē iudicū est de oībus parcis nimiumq; tenacibus, Eccl 5 iuxta illud Sapiētis: Auarus nō implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Id adeo multis obtingit, ut inter summas diuitias multum tamen egeant.

Eccl. 5

¶ Est alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole: Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Perierunt enim in afflictione pessima. Genuerit filium qui in summa egestate erit. Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Maximus hic & miserrimus est morbus, de quo aliâs plura. Nunc satis sit indicasse quantum displiceat deo cura nimia bonorum temporalium. Cæterum est quod hic uobis curiosos nonnullos ob oculos ponam. Nonne putas nimium curæ gerere rerum temporalium, qui pro sustentatione earum etiam cultui dei non parcunt, eum quoque ipsum euertunt, ceremonias diripiunt, neq; ferunt uel faculam & lucernam accendi ad altare domini, uel aras ornari, ut templa extrui, uel uestes sacratas conficiᵗ ibi quicquid impenditur, nimium eis uidetur, pauperibus hæc, inquiunt cum Iuda, dare satius fuerat. Et tamen hoc faciunt non in gratiam pauperum, sed in contumeliam ecclesiæ & blasphemiam Christo. Quasi uero dominus deus qui pascit omnes uolucres in cælo, pisces in mari, & homines brutaq; in terris, pauitq; hactenus multis millibus annorum, nunc egere cœperit, & amplius non habeat unde det nobis, quo cultus sui simul & pauperum curam habeamus. Profecto enim si nos cultum diuinũ & ceremonias sedulo obseruaremus, rerũ omniũ affluentiam haberemᵘ undiq;.

¶ Obiiciunt isti, Quid opus est domino lucernas accendere, qui antea cuncta conspiciᵗ? sumptus hic inutilis est, pauperibus magis impendendus. Atqui hoc argumentum diaboli est, quod iam olim etiam Iudæ persuasit & indidit, quando Magdalena preciosis unguentis pedes domini oblineret, ita ut odore tota impleretur domus, indignari cœpit ille & dicere: Ut quid perditio hæc? poterat enim uenundari trecentis denariis & dari pauperibus. Ecce quoniam & Iudas misericordiæ fucum prætexuit, sicut nunc neochristiani faciunt, quo & plebem sibi conciliant, uolentes detrahere gloriam deo, malitiæ suæ prætextum proponũt de misericordia pauperũ, meraq; ista interim impletas est. siquidem in ciuitatibus eorum plures sunt pauperes, quàm unq; fuerint. Nanq; quem cuiq; terminum præscribunt, ea cõtentũ ipsum eẽ oportet. quod

Iohan. 12
Matth. 26

tenue satis est, nisi turpe & inhonestum negocium & si-
mul tractare nôrit. Qui poterat ante circuire, & undecū-
que ex proximis fratribus necessitatē suā postulare, nunc
urgetur ut maneat domi, ubi nil ei nisi esurire, algere &
egere fortiter licet. Atqui & euangelista Iudam testatur
hoc dixisse, nō quod curam magnam gereret pauperum,
sed quia fur erat & marsupium gestabat. Quod in hunc
quoq; diem fieri solet, ut neochristiani ex censibus eccle-
asticis, cœnobiorum aliarumq; præbendarum reditibus
incalescere cupiūt, sicut Iudas. Idq; utinam non esset, quā
facile de omnibus fidei articulis conueniremus. Et ego
dico eis loco dei, quia bona illa ex spiritualibus direpta,
simul etiam secum deuorabunt ista priora temporalia,
sicq; uno interitu peribunt. Si autem eis dominus ita mi-
sericors esset, ut primo statim initio affligerer eos, ut He-
2. Mach. 3 liodorum, qui cum uellet splendidum Hierosolymæ tem
plum spoliare, multis uerberibus percussus concidit, neq;
quod instituerat perfecit, utiq; aliter se res haberet. Anti
2. Mac. 9. ochus quoq; ascendit in Ierusalem, & ingressus templum
cum magno fastu, aureum altare & candelabra diripuit,
aurum, argentum, omniaq; templi ornamenta abstulit.
Quæris quem sortitus sit exitum? Ecce præceps de curru
lapsus, adreptus est à dolore diro uiscerum, ita ut de cor-
pore impij uermes scaturirent, odore etiam illius & fœ-
tore exercitus grauaretur, tandemq; in monte miserabi-
2. Mac. 9. li morte uita functus est. Alchimus qui templum prodide
rat, paralyticus factus est, ita ut uerbum loqui non posset,
4. Reg. 16 & inde in magnis doloribus mortuus est. Achaz cum ex
thesauro templi pecuniam abstulisset, misisset; regi As-
syriorum, idololatra impius de mortuus est.

Daniel. 5 ¶ Rex Balthasar temulentus iam adferri sibi præcepit
uasa templi aurea & argentea, & uidit manum scribentē
in pariete, quā scripturam quum exposuisset Daniel, rex
ea nocte misere occisus est. Multæ gentium testantur hi
Iosephus. storiæ, quomodo Crassus Romanus templum Hierosoly
mitanum spoliauit, neq; multo post cum oīm Romanorū
exercitu prostratus est turpiter. Brennus præfectus exerci
Trogus Pom. tus Germanorum Senonum, Galliam, Italiam, ipsamq;
adeo Romam deuicit, cum autem primum templum Del

phicũ adgressus esset, mõs terræ motu collapsus, bonam exercitus sui partẽ perdidit, ipseq; tandem saucius semet interfecit. Rex Persarum potentissimus Xerxes quum misisset quosdam, qui idem illud templum Delphicum spoliarent, omnes isti missi imbribus & fulminibus perierũt. Possent id genus historiæ penè innumeræ hic referri, quibus tamen recensendis breuitati studens supersedeo. tantum hæc breuiter commemorare libuit, unde constaret rapinam istam ecclesiasticam non manere impunitam. si ergo deus raptores istiusmodi hic non punit, illic cruciatibus afflliget æternis. Val. Max.

¶ Sed ad hoc quoq; respõdere oportet, quod dicit neochristianus, non indiget luminib⁹ deus qui antea cuncta perspicit. Sane non ille, sed nos indigemus. siquidem inutile esse non potest, quod in honorem & gloriam dei uiuentis exhibetur. Ecce enim in ueteri testamento præceptum habebant Iudæi à domino de holocaustis, quæ sacrificia erãt honestissima, sicut & primo loco ante omnia alia in Leuitico describuntur, habebantq; propriũ altare ad ea paratum. Quæ si tu eo dices fuisse inutilia, quòd cõburebantur, neq; in usus pauperum cõuertebantur, quorum utiq; plures etiam tunc in Iudęa fuerunt, errabis turpiter reprehẽdere uolẽs opera eius, qui iustus est in omnibus uĩs suis. Magis adhuc blasphemus est, qui mandata & legem ipsius iudicat, carpit, damnat, dicens: Ad quid hæc prosunt? an non putas magnam hinc tibi sperandam esse utilitatem, cum dominum deum tuum honoras & colis? Dicis inq̃, Nõ indiget lumine deus. Sane quando ipse lux uera est, quę illuminat omnẽ hominem. Et uidit ille utique ab æterno in ueteri testamento sicut in nouo, atque illic tamen præcepit iugem ignem in templo foueri continuo à sacerdote. Qui ignis cui obsecro luxit? cui profuit totos dies ardẽs, nisi qa hoc sic uoluit deus? Quod si ergo iugiter arsit ignis ille in ueteri testamẽto, lucẽs in tẽplo isto antiquo, in quo tantum erant uirga Aaron, tabulæ Mosaicæ & panes propositionis siue facierum, pudeat te uecors & insanum caput indignari ex succenso coram uenerabili corporis Christi sacramento. Sic, sic olim præcepit dominus parari candelabrum magnum ex auro pu

Leuit. 1
Exodi. 38
Leuit. 6
Johan. 1
Leuit. 6.
Exodi. 25

ro cum uiolis & floribus. atq; in eo lampades septem cum
singulis emunctoriis, quæ semper uesperi accenderentur,
Leuit. 24 arderentq; usq; ad mane ex oleo nobilissimo. Non eo uti
que fecit hoc dominus, q̃ noctu non cerneret ipse, sed ta-
men in honorem suum impendi illud sibi uoluit, Iudæis
ad exercitium, nobis uero in eruditionem & significatio
nem mysteriꝝ. Adhuc aũt clamat neochristianus, ceremo
niæ hæ tantum sunt ueteris testamenti, quæ iam in nouo
Actuũ. 15. penitus sunt sublatæ, sicut apostoli in primo concilio de
clarauerũt, proinde mittenda sunt ista externa omnia, &
Johan. 4. in spiritu & ueritate nobis adorandus deus. Verum quidẽ
est q̃ ceremoniæ & legalia ueteris testamenti nos non ob
ligant, neq; illa omnia eo hic adduxim⁹. siquidem nos sa-
crificia nostra non exurimus, nec iugem ignem fouemus,
neq; candelabra nostra ex auro puro sunt cõfecta, sicut p̃-
Roma. 15 cepit dñs Moysi: sed qm̃ oĩa q̃ scripta sunt, ad nostrã do-
ctrinã scripta sunt. & q̃uis illis in ueteri testamẽto in figu-
ris contingebant omnia, scripta tamen ea q̃q; sunt ad no-
1. Corin. 10 stram emendationem. Docemur itaq; hic inutile non eẽ
quod honori diuino impenditur, sicq; istos erroris sui ar
gui, dum inutile hoc uocant & ad pauperes omnia refe-
runt (quamuis fucato tantum prætextu idipsum turpiter
mentiuntur) non ualentes ne aspicere quidem cultum &
honorem dei promoueri: sed metuũt ad tantam inopiam
redactum esse dominum, ut pauperes suos fouere amplius
non possit, nisi cultu sancto dei abolito: neq; interim co-
gitant. neq; uident quantis sumptibus extructum sit ma-
gnificum illud templum Salomonis in Ierusalẽ, & tamen
3. Re. 5. 26 illum adeo ditauit deus & abundare fecit, ut tantum esset
3. Re. 5. 10 Hierosolymis argenti quantum lapidum, tantumq; cedri
quantum lignorum quæ crescunt in syluis, ita ut nec pa-
rem ullum habuerit regem sibi in gloria & diuitiis, quas
dedit ei dominus. Quamobrem Christus hic illum præ-
Matth. 6. cipue commemorat in euangelio: Considerate lilia agri
quomodo crescunt. non laborant, neq; nent. dico autem
uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooper
tus est sicut unum ex istis. Hęc uos quoq; percipite animo,
quod nullus unquam rex tantum impendit cultui diuino
sicut in dedicatione templi dicetur) ideóque rursus largi-

ter adeo eum donauit dominus gloria & diuitijs, ut nullum unquam regem alium. Omnes igitur qui cultum diuinum impedire conantur, sub prætextu pauperum, nimium curiosi sunt & soliciti de rebus temporalibus, quod hic uetuit dominus. prouenit autem istud ex diffidentia quadam in deum, quasi ille non posset uictum nobis necessarium suggerere, quo colere possemus & honorare deum sufficienter, sicut & illi in ueteri testamento fecerũt, & maiores quoq; nostri superioribus seculis semper etiã in nouo sancte obseruârunt.

¶ Ego porro consilium eis salubrius dedero etiam nõ rogatus, audiant modo: Quando tantum amas pauperes, ipsisq; bene adeo uis & cupis, age noli per hoc tamen quam cultui detrahere diuino. Male perit, quicquid inde detrahitur, sed deparce in ipso, ne tantum potites, ne tam magnifice uestiaris, ne ita luxuries rebus omnibus, conuiuijs, apparatu nimio, luxu deniq; toto, qui inter neochristianos dici non potest quàm profusus sit & abundãs, ut ut interim frigeant sacra, quod quis obsecro bona ratiõe uel ferat uel commendet? Deterius adhuc & grauius peccant, qui etiã aliena diripiunt, ut habeant quod dent pauperibus, eos uolo qui redditus cœnobiorum, præbẽdarũ, fraternitatum & anniuersariorum turpiter recipiũt sub prætextu pauperum. Misera ea sane eleemosyna & frigida est, quæcunq; ex alienis bonis erogatur. Quod si quis bonus uir & pius anniuersarium instituit, ultima hac sua uoluntate fretus, ratusq; eam nõ esse immutandam, irruis ecce tu scelerate & sacrilege tibiq; usurpas, quod cultui diuino impensum erat. Quis unquã audiuit talia? furta & rapinas huiusmodi quis uidit unquam? Ecce hic uos appello neochristiani, quando rerum omniũ ex scripturis testimonia requiritis, date & hic scripturam mihi, qua ratione liceat ex alienis bonis eleemosynam facere. Contrariũ nos docet ille Thobias, q filiũ suũ erudiẽs subiũxit:

Eleemosyna Neochristianorum.

¶ De tua substãtia fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. In quod hic dicitur bene cõfidera, De tua substantia, nõ ex bonis alienis cœnobiorũ, præbendarum & anniuersariorum. sic Salomon inquit, Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. de panibus

Thobię. 4
Proue. 3.
Proue. 22

enim suis dedit pauperi. Ecce de panibus suis, non ex patrimonijs fraternitatum. Quòd iam neochristiani superbiæ inflati de suis eleemosynis, inanis est gloriatio ex bonis alienis, cũ quibus, uideant, ne sua quoq; quæ habent propria, depereant. Sed audio, non est fides tanta apud neochristianos Thobiæ & Salomoni ut persuadeantur, insuper quoq; ex nouo testamento requirunt testimonia. Iubente Christum iubentem uendere nos quæ possidemus, & hinc dare eleemosynam. Non præcepit ille hinc aut isthinc petere nos quæ demus pauperibus & metere quæ non seminauimus, sed nostra nosmet uendere bona & distribuere in eleemosynas pauperum. Neochristiani autẽ ex bonis alienis tantum liberales esse cupiunt erga pauperes. Ac hæc iam dicta sufficiant super eo q̃d iubet dominus, nos non nimium esse solicitos de uictu temporali. Atq; huic tam salutari doctrinæ Christi aduersantur neochristiani omnes, qui uel auaritiæ studio, uel alia perdita opinione cultum diuinum negligunt, contemnunt, impediunt, solam pauperum prætexentes necessitatem. Verum hoc quidem est, quod si necessitas tãta foret, ut alia uia uel captui ex manibus hostium redimi non possent, uel infirmi ad sanitatem redire, tũc sane bona ecclesiastica in eiusmodi usus conuerti liceret, autore etiam Ambrosio: Quãdo constat ueteres patres, si quando pecunia carebant, etiam seipsos uendidisse, ut eo precio captiuos ex manibus infidelium redimerẽt, quomodo sanctus Paulinus episcopus Nolanus semet fertur in seruitutem redegisse, ut filium uiduæ cuiusdam redimeret, dante ei testimonium etiam sancto Gregorio. Neque tamen eò necessitatis adhuc redacti sunt neochristiani, quamobrem etiam cura & solicitudine illa minus opus habent pro temporali uictu pauperum. Nos iam Christum oremus, ut gregem suum defendat ab incursu Turcarũ, & erroribus peruersa docẽtium, eos autem qui iam aberrârunt, per gratiam suam ad solidam ueræ fidei integritatem reducat. Amen.

Lucę. 12.

Lib. 2. off.

S. Pauli.

Gregor.

HOMILIA TERTIA ET VLtima super eodem Euangelio.

Dominus nos ab auaritiæ studio conatur hoc euãgelio deterrere, eo quòd duobus nõ possimus seruire dominis, deo & mammonæ: ideóque nobis etiam iubet non esse solicitos animæ nostræ, quid manducemus. Quæ uerba Augustinus uult non ita crasse intelligi debere, quasi quis non possit & debeat uictum sibi procurare decentem, & laborare in æstate, unde transigat hyemem. id enim hominis esset nimiũ pigri, cuiusmodi quẽdam Salomon relegat ad formicam, ut discat ab ea prudentiam, dicens: Illa quum non habeat ducem neq; præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsquequo piger dormies? quando consurges de somno tuo? Quum ergo ait dominus, Nolite soliciti esse, non hoc dicit, ut ista non procurent, quantum necessitatis est, unde uiuere queant honeste, sed non ut ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in euangelica prædicatione facere iubentur. Gemina itaq; solicitudo est, altera prouidentiæ, quæ nec suffocat, neq; impedit obseruationem rerum cælestium, cuiusmodi curam habuit Paulus, multum solicitus existens de pauperibus. habuit & Martha, dum domino pararet cibos perquàm solicita. Et habere illam debent prælati omnes super familiam suam & subditos, atq; adeo quilibet uir bonus curare debet, ut honeste & pacifice uiuat cum uxore. Sic omnis prælatus solicitus est de subditis suis, sicut ait Paulus: Qui præest in solicitudine. & alibi, dum enumerat quanta sit passus, Instantia, inquit, mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum.

De here.

Prouer. 6

Augustin.

Glossa.

Gala. 2.
Lucę. 10

1. Tim. 5
2. Corin. 7
Roma. 12.
2. Corin. 11

¶ Quid quòd Christiani omnes soliciti esse debent seruare unitatem spiritus in uinculo pacis? quam solicitudinem si neochristiani quoque habuissent, non ita se segregassent ab unitate ecclesiæ. Altera porro multum nociua ẽ solicitudo, qua solicitus quis est in malo, sicut isti duo senes in decipienda Susanna fuerunt. ea fit, si quis nimium solicitus existens de rebus temporalibus, plane obliuiscitur eorum quæ diuina sunt & cælestia. Huiusmodi solicitudo recte suffocans dicitur, quia suffocat rotamq; submergit mentem hominis. Auarus enim si quid orare uult, statim subit animum illius cogitatio uenditionum & empti

Ephe. 4

Daniel. 13.

onum suarum: si missam parat audire aut confiteri, subito cogitat de bonis suis, quæ eum non patiuntur quicquã boni facere. O quàm durum & graue est istis prædicare, quoniam non suscipiunt præ multitudine curarum, quas de diuitijs gerunt. Ac proinde dixit dominus: Semẽ istud quod inter spinas cadit, significare eos qui audiunt quidem uerbum dei, sed tamen cura mundi huius & fallacia diuitiarum suffocant uerbum illud, ideo ista cura hic prohibetur in uictu & uestitu.

Matth. 13

2. ¶ Doctrinam porro hanc suam salutarem dominus prudenter confirmat & probat, eo quòd anima pluris sit quàm cibus, & corpus præstantius indumento. quasi dicere uellet: Qui maiora præstitit, utiq; & minora præstabit, sine quibus uiuere non possumus, cibum & uestem. Sunt qui per animam ipsam intelligũt uitam. siquidem anima cibo non indiget in se, sed tãtum ad uitam corporis, sicq; animæ uelut retinaculum alimentum istud corporeum est. Discamus hinc & cognoscamus nos animam & corpus habere à deo, sicut mater illorum septem Machabæorum confessa est, dicens: Nescio qualiter in utero meo apparuistis. Neq; enim ego spiritum & animam donaui uobis & uitam, & singulorum membra nõ ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omnium inuenit originem. Deinde quoq; id probat utrunq;, alimentum quidem auium, uestitum autem liliorũ posito exemplo, & ait: Respicite uolatilia cæli, non serũt neq; metunt, & pater uester cælestis pascit illa. Sunt quidam, inquit Hieronymus, qui dum uolũt terminos patrũ excedere, & in alta uolitare, in ima merguntur, uolatilia dicentes esse angelos, cæteras'q; in ministerio dei fortitudines, quæ absq; cura sui, dei alantur prouidentia. Si hoc ita est ut intelligi uolunt, quomodo sequitur dictum ad hoies, Nõne uos magis pluris estis illis? Atq; nos in natura non superiores angelis, sed inferiores & aliquãtum immi nuti sumus ab illis. Simplex itaq; hic sensus suscipiendus est, quòd dominus dum ex sua prouidẽtia uolucres pascit, quarum anima corruptioni obnoxia est, quãto magis homines pascit, qui animas habent immortales: quia utique rationale animal sicut est homo; sublimius ordinatiusq;

Hieron. Augustin. Psalm. 8 Hieron. Augustin.

est in rerum natura, quàm irrationalia. Triplicem autem hic curam indicat dominus, quæ pro cibo haberi solet, quæ seritur, metitur & congregatur in horrea. Quæras quur uolatilia proposuerit dominus, & non alia animalia, quę & ipsa neque serunt nec metunt. Respondet Ambrosius, Volucres propter uarias cantiones quas edunt, magis conferri uiris spiritualibus quàm cæteras beluas terræ, iuxta illud Dauidis: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, & uolabo & requiescam? Deinde eo etiam fortassis commemorare uoluit dominus uolatilia, quòd eorum cibus magis uagus & diffectus est, quàm aliorum animalium. quamobrem natura eis plumas & alas addidit, quibus facilius uictum sibi comparēt. Quum ergo uiuant sine cura, multo magis idipsum etiam hominem facere decet. Ad hæc uolucres non ira conseruant frumenta in cibum, ut formicę & quædam alia. Nemo tamen hinc excusationem sumat suæ ignauiæ, quasi ideo serere nolit aut metere, quoniam nemo sine labore uiuere debet, iuxta illud: In sudore uultus tui uesceris pane tuo & istud Iob, Homo ad laborandum nascitur, sicut auis ad uolandum. Grauiter inuehitur Augustinus aduersus eos, qui ad cœnobia currunt, & cucullam sibi inīci sinunt, eo tantum ne laborent. sicq; ait, Qui ueniunt ad professiones seruitutis dei ex uita rusticana, & ex opificum exercitio & plebeio labore, si quo minus operentur, excusari non possunt. Nulli enim licet, ut in ea uita ubi sunt senatores laborioſi, fiāt opifices ociosi: & quò ueniūt relictis delicijs suis, q fuerāt p̄dioꝝ dn̄j, ibi sint rustici delicati. cōcordat in regula sua Chrysostomus. Quo illud ostēdit, q̄d corpus ip̄m nō tā alimonia sui crescat, q̄, puidentia creatoris. Ide oq; & Paulus, q ipse q̄q; manib⁹ suis laborauit, dicit: Qui nō laborat, nō māducet. Neq; tū laborē hūc intellige rusticō & crasso more, q̄si cuiq; laborandū sit manibus. Quisq; laborare debet uel corporaliter uel spūaliter, uniuersaliter aut specialiter. Magistratus administrationi ciuili incūbūt, q iura dictant & æquitati præsunt, bonos præmijs donant, malos supplicijs adficiunt. Spirituales quoque multum & duriter laborant, dum orant, cantant, legunt, contemplātur. Et hic non uetat laborem dominus, sed suffo-

Ambrosius. Psalm. 54 Genes. 3 Iob. 5 Augustin. 2. Thess. 2 1. Corin. 4 Actuū. 18.

cantem istam solicitudinem prohiber. Hæc itaq; illa probatio domini est: Quando volucres cæli dominus pascit citra omnem earum curam, quãto magis homines, dicente Iob, Quis præparat coruo escam suam, quãdo pulli eius

Iob.38 clamant ad eum uagientes, eo q̃ non habeant cibum?

¶ Coruus (autoribus Physicis) pullos suos dum prodierunt, non uult agnoscere pro suis. ita zelotypus magnus est. nam dum eos uidet albos, putat ipsam aliunde eos cõcepisse. sicq; nec coruus quicquã cibi eis suggeri finit, neq; ipsa audet subministrare usq; in nonũ diem, erũpentibus paulatim plumis nigris. Tunc enim tãdem uidet ille pullos sibi similes fieri: itaq; permittit eos pasci, cũ interim

Psal.146. istis nouem diebus continuis pulli coruorum cælitus pascantur, iuxta illud Psalmi: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

3. ¶ Adhuc amplius argumentũ suum confirmat dominus in hunc sensum: Vt maxime multũ solicitus sit homo quispiam de uictu suo, tamen hic non sufficit nisi per

Chrysost. gratiam dei. Quo ostendit dominus, autore Chrysostomo, quia corpus ipsum nõ tam alimonia sui crescat, quàm prouidentia creatoris. quasi diceret, Non ex humana cura longitudo & proceritas corporis humani prouenit, mul-

Augustin. to minus igitur uestitus, quoniam qui dedit augmentum, dabit & uestimentum, uerũs; adeo omnium autor est dominus. siquidẽ neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat,

1. Corin.3 sed qui incrementum dat, deus. Et sicut iam supra confirmauit dominus animam seu uitam hominis pluris esse q̃ escam, ita nunc probat corpus pluris esse q̃ indumentum, inquit Hieronymus. Nam de uestimento quid solicitus estis? respicite & considerate lilia agri, quomodo crescunt. non laborant, neq; nent. Et recte lilia præ alijs floribus proponit, quoniam in altum excrescunt, candida sunt & boni odoris, quo bene significãtur corpora sanctorum, quæ sublimia erũt & excelsa, bene q; mũda & fortis odoris. sic

Osee.14. Oseas ait, Israel germinabit sicut lilium. liliorum autem

Cant.2.4 plurima fit in libris Canticorum mentio.

Chrysost. ¶ Chrysostomus porro hic quærit in hunc modum: Quur nobis ex auibus non pauum proposuit aut cygnũ, uel ex pecoribus agnum? Quia scilicet utrũq; cumulum

uoluit exaggeratiõibus attollere, & ab herbarũ scilicet ui
litate, quæ tanto tamen adornãtur decore, & ab illius pul
chritudinis dignitate, quæ splendet in floribus. minus eñ
exquisite uestis ambitum depreciaret, si ei non ornata so-
lum, uerum etiam animata præponeret. Vt maxime autẽ
in se uiles sint flores, quanto tñ pulchriores sunt Salomo
ne etiam in omni gloria sua? fuit siquidrm ille potentissi
mus simul & sapientissimus rex Iudæorum, sicut & nos
superiori homilia ostendimus, & ipse de se profitetur, di
cens: Magnus effectus sum & præcessi omnes sapiẽtia, qui Eccẽs. 1
ante me fuerunt in Ierusalem. Præcipue autẽ magnificus
fuit Salomon in uestimentis, adeo ut etiam regina Saba 2. Reg. 10
admirata sit preciosas uestes seruorum suorum.

¶ Ait itaq; dominus, Si fœnum agri, quod hodie est, &
cras in clibanũ mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos
modicæ fidei? Ecce quàm uilipendit iam flores, quos tamẽ
tantopere exornat & uestit deus: dum etiam fœnũ uocat,
quod quàm uile sit quis nescit? labore enim non indi-
get, cum hodie sit & cras in clibanum missum pereat igni.
Ecce inquam uile hoc quantum exornat deus? quàm pul-
chre sua prouidentia uestit? Quur itaq; hominem non ue
stiat? Sed quòd istos uocat homines modicæ fidei, eo facit,
quòd deo nõ confidunt etiã in certissimis promissionibus
eius. Cõtrà maximæ fidei fuit Abraam, in qua adeo con- Roma. 5
firmatus est, ut dederit gloriam deo, perfectusq; scierit, q;
quicquid promisit deus, potens sit ipse etiam facere & ex
hibere. Sequitur inde, quõ omnia potenter tum adminis-
tret, tum prouideat deus, eo q; uoluntas sua omnipotẽs
est, adeo ut illi resistere nemo queat. Nemo itaq; tam sit
solicitus, ut dicat: Quid mãducabimus? quidue bibemus?
quibus operiemur? ea enim cogitant ethnici, rati hominẽ
ad aliud nõ esse creatũ, nisi ut hic uiuat ad tempus. ijs nos
ne fiamus similes. cogitemus potius, quàm miraculose fo
uerit & sustentârit dñs Iudæos in deserto manna & uola
tilibus cæli, ita ut nec uestimenta eorum, nec calceamen Deut. 29
ta fuerint detrita quadraginta annis. Quumq; nôrit ille Chrysost.
quõ nos creauerit, nõ sinet utiq;, ut in hac parte deficia-
mus, mõ secundum ipsius uoluntatem uixerimus, scit pa
ter noster quibus indigeamus antequam petamus. Quõ

enim pater filiorum suorum obliuiscatur? Ethnici autem qui nescio quam sibi per somnia fingunt fortunæ diuinitatem, neque uident, nec expendunt deum uniuersalem rerũ omnium curam gerere & solicitudinem, sic& soliciti sunt.

4. ¶ Egregio ad extremum epiphonemate concludit hoc euangelium dominus, dicens: Primum quærite regnum dei & iustitiam eius, atque omnia adijcientur uobis. Hoc ergo bonum nostrum est regnum dei & iustitia
Augustin. illius. Idipsum concupiscere debemus. finis enim noster est, propter quem facere omnia debemus. & ideo etiam primum omnia quærere, sine quo uiuere non possumus. Pulchre obseruauit hic Hieronymus quõ illa discernant,
Hieron. illud enim, nolite soliciti esse, de carnali cibo & uestimento accipere debemus, cæterum de spũalibus cibis & uestimentis semper debemus esse soliciti.

¶ At quid tandem est regnum dei? inquit Chrysosto
Chrysost. mus, remuneratio utique bonorum operum, & iustitia illius uia est cultus diuini, qua itur ad regnum. Quando igitur homo recogitat regnum dei, gloriam sanctorum, oportet eum amore gloriæ illius etiam festinare ad regnum, aut certe formidine pœnæ, ut iste ait, odisse malum. Et hic ait Augustinus, manifestissime ostendit non
Augustin. hæc esse adpetenda tanquam talia bona nostra, ut propter ipsa debeamus benefacere, si quid facimus, sed tamen esse necessaria. Nemo prædicare debet, ut edat: sed potius, ut prædicare possit, edere. Merito quoque dicit dominus, Primum quærite regnum dei, quòd nihil eo prius, nihil debeat esse antiquius. Et sane inique faciunt, qui deum aut sanctos suos inuocant propter bona temporalia, uel ut ab hoc aut illo custodiantur morbo præcipue ac primaria (ut aiunt) intentione. Quid enim hoc aliud est quàm quod prouerbium habet, Currus bouem trahit? Primum quærendum est regnum dei, primum pete gloriam sempiternam, dona & gratias animæ. Inuoca sanctos, uti apud deum tibi impetrent felicitatem & salutem, quam ipsi iam possident. Verum tamen hoc est quidem peraccidens, & ut maiori tutela peruenire queamus ad salutem, possumus etiam petere temporalia à deo, & à peculiaribus

sanctis orare conseruationē à certis morbis, & Mariam cō muniter de omnibus. Sic nanque & Iacob orauit pernōctq; liberari de manu Esau, & Iezechias pro sua ægritudine plorauit ad dominum: & Dauid non semel rogauit se eri pi è manu hostium. In ultimum tamen hæc omnia finem tendere debēt, quia in gloriam dei & salutem animarum nostrarū: nemoq; adeo infirmus petere debet, ut ex morbo liberetur, si sit contra salutem animæ suæ. Vide parte tertia in die sancti Sebastiani. Genes. 32. Isaiæ. 38

¶ Audiant hæc auari, qui sua tantum curant temporalia, neglectis missis, posthabitis concionibus & omni cultu diuino. Quod non faciūt pij & ueri Christiani, sed primum quærunt regnum dei, cultum illius non negligunt, sperantes satis bonorum daturum esse eis deum, iuxta illud Dauidis: Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, neque semen eius quærens panem. Cuique pio non subtrahit temporalia deus, quæ aliâs adijcere tantum solet uelut auctaria. ideo enim proprie hic dixit, Hæc omnia adijcientur uobis, non dabuntur, ne quis cogitet hæc temporalia uera bona esse, si conferantur æternis. atque ideo iubet nos æterna tantum quærere. Diceres, Atqui oramus omnes, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Orare autem pro aliquo quid aliud est quàm solicitum esse? Verum quidem est quod panem petimus quotidianum nobis dari, idq; ex mandato & doctrina CHRISTI, sperantes quia si coluerimus deum & seruierimus illi sedula oratione nostra, daturus ille nobis sit uictum necessarium. Sed hoc nullam in se habet solicitudinem, dum deum oramus pro pane quotidiano. Hic enim curam & solicitudinem prohibet dominus in crastinum, hoc est, in longa tempora. Et tamē dum apud Matthæum panem petimus quotidianum, etiam supersubstantialem illum petimus, & spiritualem cibum animæ.

¶ Vos itaq; charissimi admonitos sedulo uolo, ne sumatis hoc uobis, ut conemini duob⁹ dñis fuire, sed uni Christo secundū institutionem ecclesiæ suæ sanctæ. deinde ne soliciti nimium sitis de rebus temporalibus, suffocantes

orationem, omnemq; pietatem uestram, eleemosynas quoque & omnia opera bona. Deus enim sua sapientia bene omnia prouidet, suaq; omniporenti uoluntate perficit cūcta. Primum itaque quærite regnum dei, & omnia necessaria adijcient uobis. quærite & iustitiam eius, opete complentes quicquid fide tenetis, atq; iuxta illud Petri:

2. Petri. 1. O fratres charissimi, satagite ut per opera uestra bona certā uocatiōem uestram faciatis, quoniam regnū dei eorū est, qui ad hoc sunt electi: ad id autem perueniemus per iustitiam, quam hic nobis largiatur deus in terris, ut per tā ad regnum suum perueniamus in cœlis. Amen.

DOMINICA DECIMA SEPTIMA POST FERIAS Pentecostes, euangelium Lucæ VII.



4. Reg. 4. IN illo tempore ibat Iesus in ciuitatem quę uocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cū autē appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. & hęc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli fle

re. & accessit, & tetigit loculum. hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum, dicentes: Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis, & quia deus uisitauit plebem suam. Marci. 5 4. Reg. 4. 3. Reg. 3 Johā. 4. 6

HOMILIA .I.

PAulo ante hoc euangeliū refert Lucas sanasse Christum ipsum centurionis seruum, eius inquam qui indignum se professus erat, qui dominum reciperet sub tectum suum. Iam uero non rogatus, maius adhuc miraculum facit Christus, resuscitans mortuum, quo facto & diuinitatem suam & nostram probauit resurrectiōem, quam plures tunc Iudæi non satis credebant. Christus autē, dñs ille ipse q uiuificat mortuos, & uocat ea q̄ nō sunt, tanq̄ ea quæ sunt, ingressus est ciuitatē Naim: q̄ ciuitas est Galilææ, duobus miliarijs distans à monte Thabor, non longe à ciuitate Endor. Et hic quidem diligentiam Christi uides, qui ex una ciuitate in aliam commigrans, ueram fidem docuit homines uerbo & opere, quomodo prę lati uisitare debent subditos suos, malumq̄ inter eos corripere & reformare. Nec̄ immerito uel temere Lucas hic commemorat in comitatu & apostolos fuisse & turbam plurimam. id enim eo disposuit dominus, ut plures essent tanti miraculi testes, sicq̄ conuerterentur ad fidem. discipulos quoque ideo hic secum duxit, ut hoc in eo cernerent magisterium, quo ipsi quoque deinceps utrerentur, post illius passionem & mortem uniuersum mūdum edocturi, semper etiam curauit dominus multitudinem hominum emēdare in melius. Roma. 4. Beda. Eusebius.

¶ Quumq̄ appropinquaret dominus portæ ciuitatis, efferebatur mortuus filius unicus matris suæ. fiebat ex cō suetudine Iudæorum, qui sepulchreta sua extra urbem &

Hebre.13 Johan.19 mœnia habebant. sic enim Christus quoq; extra ciuitatẽ sepultus est in horto. Quod nunc etiam à Christianis quibusdam receptũ est, ut cœmeterijs in urbe abolitis, noua extra ciuitates constituantur more Iudæorum. quod eqdem ut non uituperârim, ita neque multum laudârim. Nam si id bonum admodum esset, maiores nostri quoque iam olim fecissent. Tantum itaq; suspecta nouitas est, ubi ratiõe careat euidenti, ut ubi cœmeteria nimis sunt angusta & populus multus, tunc sanè alia ratio est. Efferebatur mortuus, inqt Theophylactus. Aliud rarius facit miraculum, ne quis dicat, Et quid noui in hoc seruo contigit? fortassis alioqui non fuisset mortuus. Ad hoc declinãdum, resuscitauit iam mortuũ illũ dominus, quem iam ferebant sepeliendũ. quo facto arguit istud quoq; prius miraculũ factũ esse ex omnipotentia dei.

Theo ph.

¶ Admiraberis autẽ, quare miraculum hoc fecerit dominus, nec requisitus, neq; rogatus, aut quis tandem ratus fuerat eum mortuum aliquem suscitaturum? Sed desines mirari, ubi uideris etiam euãgelistam hic demonstrare, quid permouerit ad hoc dominum. Erat enim mortuus ille filius unicus matris suæ uiduæ, quæ luctu fletuq; suo animum Christi perculit, & ad misericordiam commouit: quoniam unigeniti plerũq; chariores cæteris sunt liberis, inter quos amor diuisus est. Mater ad hæc uidua erat, cui per hoc spes & consolatio omnis adempta fuit, quòd filio quem habuerat unicum, iam destituta erat, maritũq; suũ amiserat. sic Dauid dixit dilexisse se Ionathan, ut mater filium amat unigenitum. Sic Ieremias ait ad Israelem, Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Ergo dubitet multum contristatam fuisse uiduam hanc, quòd filium unigenitum amiserat baculũ senectutis, lumen oculorum suorum? Cõmouit itaq; cor matris exacerbatum ipsum dominum ad misericordiam, quum iam ante in lege præceperat dominus, uiduas & pupillos negligi nõ debere.

Ambrosi⁹ 2. Reg. 1 Jerem. 6 Thobię. 5 Exodi. 22.

¶ Diuino autem nutu, inquit Beda, multa dominum turba, multa uiduam comitabatur, ut uiso tanto miraculo, multi ipsius testes, multi dei fierent laudatores. Et bonum etenim est & salutare, mirabilia domini prædicare,

Beda.

ut multi saluẽtur, iuxta istud Pauli, *Sine offensione esto-* 2. Cori. 10
te Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei, sicut ego per omnia
omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed q̃d
multis, ut salui fiant. Idipsum quilibet faciat prælatus,
multorum hominum salutem promouere curans & emẽ
dationem. Sed & antiquum illum hic atque laudabilem
morem uidemus, conducendi funera ad sepulturam. Eo-
dem nanque exemplo Aegyptiꝯ unà profecti sunt, quum
Ioseph & fratres eius defunctum patrem suum Iacob ab-
duxerunt ad sepulturam. ita enim habet scriptura, Ierunt
cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maio- Gene. 50
res natu terræ Aegypti, & habuit in comitatu currus
& equites, factáque est turba non modica. Laudatur &
Thobias hoc nomine, quòd mortuos ipse detulerit ad se Thobi. 2
pulturam. Quo docemur nos quoque iniquum non esse,
si quis corpus suum ab una ciuitate in aliam deuehi sinat,
quod nobiles ferè nunc facere solent, quum sic Iacob ua
admodum longa uoluit se ex Aegypto aduehi in terram Gene. 49
Chanaan, ibique sepeliri se cum maioribus suis, Abra- Gene. 50
am, Sara, Isaac, Rebecca & uxore Lia. Ioseph quoque mo
riturus, adiurauit fratres suos, & dixit: Post mortem me- Sepelire
am deus uisitabit uos, & ascendere faciet de terra ista ad
terram, quam iurauit Abraam, Isaac & Iacob. asporta-
te tunc ossa mea uobiscum de loco isto. Quod & fecit Mo Exodi. 13
yses, quoniam commigrans ex Aegypto, abstulit secum
ossa Ioseph. cui si non uitio datur, quod ossa sua deferri uo
luit ex una regione in aliam tam longinquam, ibique se-
peliri cum patribus suis, quid iam malo uertereтur nostra
tibus, dum ossa sua etiam in remotiora loca deuehi uolũt
ad sepulturam patrum suorum?

¶ Redeo autem ad illud unde sum digressus: Pium
est sepelire mortuos, honestum quoque & laudabile de-
ducere funus ad sepulturam, quo uirtutis & laudis gene-
re commendantur duo Iudæi, princeps alter, alter legis Johã. 3. 19
doctor, in sepeliendo Christo. Apostoli quoque Mariam
iam demortuam honestissima processione sepelierunt.
Angelicum quid est comitari mortuos, sicut anima La- Luce. 16
zari ab angelis delata est in sinum Abraæ. Dices, Quid
cum cadauere agamus? aut cum crassioribus istis, quas

pompas exhibeamus cum ossibus putridis? Cuiusmodi homines esse putas, qui sic blaterant & impudenter adeo loquuntur? neque enim est quod respicias corpus putre & mortuum, exanime, exangue, & uiribus omnibus destitutum: sed considera corpus esse hominis, qui tibi similis tuæq; adeo fuerit imaginis, corpus inquam baptismo ablutum, cuius os sacrosanctum corporis Christi sacramentum suscepit, cuius lingua deum uiuum adorauit, oculi respexerunt in cælum, aures audierunt sanctum euangelium Christi, manus quoq; expandit ad deum patrem cælestem. Quo ipso corpore emeruit uitam æternam, in quo & resurrecturus est in die nouissimo, & recepturus clarificationem gloriæ sempiternæ. Sic Augustinus inquit, Neque contemnenda, nec abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum & fidelium, quibus tanquam organis & uasis ad omnia opera bona sanctus usus est spiritus. laudantur formicæ, quòd mortuas formicas sepeliũt, sicut in historia Malchi monachi legitur, quæ à sancto Hieronymo descripta, & nunc in Vitis patrum reposita est. Quid quòd ad hoc mouere sua quenq; debet fides, cũ hoc argumentum nobis certum sit fidei nostræ, quã de resurrectione conceptam habemus? Sed & eadem re mouemur ad pœnitentiam peccatorum, ad emendationem uitæ, dũ cogitamus eadem nocte quoq; calcandam esse uiam, & futurum ut nos quoq; exanimes sineq; uiribus & spiritu hic iaceamus. Atq; ob eam rem in quibusdam regionibus moris est, ut mortuus uestibus suis induatur, sicut in uita ambulauit, sicq; pheretro imponatur, solo uultu retecto conspicuus omnibus. Qua facie homines moueãtur, ut amaritudine mortis considerata, relinquãt peccata. O faciem miserandã, o uultũ luctuosum, o tristẽ & lugubrẽ aspectũ,

Augustin.

Hieron.

Augustin.

In Italia.

34 ¶ Visa itaque uidua, misericordia motus est dominus. siquidem is ille erat de quo sapiens ait, quòd non contempturus sit orationem pupilli aut uiduæ, quum clamabit & effundet gemitus suos. Quo facit illud Iob, Cõsolatus sum cor uid[illegible] Dixit autem dominus, Nolli flere, quasi dicere uellet [illegible]esiste quasi mortuum flere, quem mox uiuum resurgere uidebis. Neq; enim ideo eam flere prohibuit dñs, q; fletus pro mortuis iniustus foret & ini-

Eccl. 35.

Iob. 29

quus, sicut nunc neochristiani sentiunt. siquidem si uetus & nouum scrutemur testamentum, inuenimus flendum nobis esse pro mortuis. Ecce enim Sapiens dicit, Supra mortuum plora, quia defecit lux eius. & inde, Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Sed quid multis indigemus scripturæ testimoniis, tantum exempla dispiciamus sanctorum. Nunquid non Abraam fleuit super Saræ uxoris mortem? Nunquid nō mortuo Iacob procidit Ioseph in faciem suam, plorās & oscu lans eum, omnisq; Aegyptus defleuit illum septuaginta diebus? & rursus quum sepeliissent eum, planxerunt eum septem diebus, adeo ut Chananæi profiterētur magnum illum esse planctum Aegyptiorum. Nonne & Moysen mortuum in campo Moab, planxerunt filii Israel triginta diebus? Nonne Saul & Ionathan occisos Dauid planxit luctu maximo, ita ut præciperet etiam Iudæos hoc ipm docere filios suos, dicens: Filiæ Israel, flete super Saul? doleo super te frater mi Ionatha. Nonne Iudam quoq; Machabæum occisum planxit omnis Israel maxima cum tristitia per aliquot dies? Et quid huiusmodi immoramur testimoniis, quum constet Christum ipsum fleuisse atque adeo infremuisse spiritu super mortuum Lazarum, ita ut Iudæi hinc argumentum sumerent magnæ dilectionis & ardentis amoris? Flendum itaq; est super demortuis, maxime parentibus, amicis & cognatis nostris.

Eccl. 22 ℣ 38
Gene. 27
Gene. 50
Deflere mortuos.
Deut. 34
2. Reg. 1.
2. Mach. 9
Johan. 11

¶Obiiciunt neochristiani. 1. Christus hic uetuit flere uiduam etiam super unigenito. 2. Paulus inquit, Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut ne contristemini sicut alii qui spem non habent. Cyprianus quoque sedulo admonere ait se fratres, ut ne fleant super iis qui uocatione diuina ex hoc mundo commigrarunt. Similiter & Chrysostomus lugere, ait, & lamentari eos, qui ab hac uita decedunt, ex pusillanimitate contingit. Prohibitum hoc idem est à Papa Anastasio & concilio Toletano.

Luce. 7
1. Thes. 4
Cyprian⁹
ad hebrę.
13. q. 2. cā. habent, ℣ c. qui diui.

¶Respondemus porro, Quod [illegible] uiduam flere prohibuit dominus, eo factum est, quòd [illegible] lium à morte resuscitaturus erat. Et neochristiani [illegible] tur si mortuos resuscitare possent priusquam sepelirentur, sicut hic d[illegible]mi-

nus fecit, possent & ipsi fletum prohibere. quum aũt mortuos suscitare nequeãt, adeo ut nec claudum equum sana rehactenus potuerint, sinant nos deflere mortuos nostros. Ad reliqua obiecta dicimus planctum non absolute prohiberi, sed illum tantum qui ex diffidentia & desperatione prouenit. Id adeo manifeste patet ex uerbis Pauli, sicut egregie superiori loco testatus est Chrysostomus, inquiens intelligendum hoc esse, si fiat ex desperatione futuræ resurrectionis. Non ergo absolute dixit Paulus nolle se tristari fratres de dormientibus, sed addit, sicut alij

Chrysost. qui spem non habent. Illi enim sic dolent super mortuis, quasi eos in perpetuum amiserint. Deinceps ait Chrysostomus: Ex charitate & unanimitate bonę uoluntatis, uel etiam humanæ conditionis respectu, non prohibemur flere super mortuos, sicut legimus multos sanctos uehemẽtes lachrymas profudisse super funere aliorum. Multa adhuc dicenda hic restarent de fictitio luctu, quoniam sæpe coniuges aut liberi plorant super obitum suorum nõ serio, nolentes interim Christum uenientem resuscitare

Eccl. 38 eos, quos gaudẽt semel esse defunctos. His dici potest, Nolite flere, quia non serio fletis, sed eo tantum, ne de uobis quid paulo indignius loquantur homines, teste Sapiente: Propter delaturam amare fer luctum illius de uno die, & consolare propter tristitiam. fac luctum secundum meritum eius, uno die uel duobus propter detractionem. Nec est ꝙ illud sic intelligas, quasi serio id dixerit Sapiens, uetueritq; super mortuos flere, nisi forte ad biduum: sed illusit tantum istis, qui simulatum adeo luctum gerunt, ut triduano planctu, si non sibi & mortuis, at hominum saltem detractionibus satisfeciſse sibi probe uideantur. Sunt etiam qui non mortuum lugent, quasi tantum ei faueãt, sed quòd multum ipsis incommodi ex morte sua accedat. Qui etiam fletus non est pius, quoniam isti non mortui, sed suum deplorãt incommodum. Quamuis & hoc interdum in bono fieri potest, ut quum tota natio principem amittit, & super eius morte turbatur etiam propter se, eo quòd multum in magnanimo principe positũ est, qui ut fideliter tractat subditos, ita eorum neminem grauat. Ite-

2. Mach. 9 rum tota Iudæorum congregatio planxit super Iudam Ma-

chabæum iam occisum: Quomodo cecidit iustus, qui seruauit Israel? Atque ut eò redeamus, unde nostra hæc decurrere cœpit oratio, dominus dixit uiduæ: Noli flere, nõ quod super mortuis flendum non sit, sed quia ipse ille erat, qui defectum hunc, omnemq; dolorem mitigare ei & sedare poterat, illúmque qui ex filij morte prodierat, luctum uertere in gaudium, defunctum ei resuscitando filium. poterat utique alacriter dicere, Noli flere, sicut per Ieremiam ait, Vox tua quiescat à fletu, & oculi tui à lachrymis. Nos quoque oremus dominum pro uiuis & defunctis omnibus &c.

HOMILIA ALTERA
eiusdem dominicæ.

ANna Samuelis mater, quum exaudita esset in oratiõe sua à domino deo, uenit in templum, & gratiarum actiõem obtulit domino ex instinctu spiritus sancti, ibiq; inter cætera sic inquit: Dominus uiuificat & mortificat, deducit ad inferos & reducit. At hic eum qui possit talia, se esse probaturus dominus, appropinquauit portæ ciuitatis Naim, & ibi defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ. Accessit autem dominus & tetigit loculum. Ecce, inquit Theophylactus, non solo uerbo facit miraculum, sed & loculum tangit, ut discamus quod corpus eius uiuificum sit, quia quando caro sua unita est uerbo omnia uiuificanti, ipse quoque largitur uitam propulsata morte. Cuius exemplo notare merito deberent neochristiani omnes, quanta sit efficacia sacramenti corporis Christi. Tactu enim suæ mundissimæ carnis, dedit uim regenerationis aquis per uerbum uitæ in baptismate. tactu suæ sanctissimæ carnis, mundauit leprosos. tactu fimbriæ uestium suarũ, mulierem infirmam pristinæ restituit sanitati.

1. Reg. 2

Theophy.

Beda.

Marci. 6

Hi aũt qui portabant, steterunt. Et dominus ait: Adolescens, tibi dico, surge. Qui portabant, cõsideraturi erãt qdnam facturus esset dominus, quãdo matrem humaniter adeo consolatus fuerat. Et dominus quidem tanq̃ is q̃ potestatem haberet uitæ & mortis, præcepit adolescen-

ti ut surgeret: ex quo ipso imperio multum potentiæ accessit huic miraculo, longeq; plus maiestatis quàm in illa
3. Reg. 17. resuscitatione tum Eliæ, tum Elisei exhibitum fuerat. (in
4. Reg. 4 duc historias, ut uoles) Christus nanq; hoc totum quod fecit, propria sua fecit autoritate, cæteri tantum per orationes & inuocationem nominis diuini, multis gestibus suam declarantes imbecillitatem, dum se per modum crucis reponebant super mortuos. neq; tamen idipsum sine mysterio, siquidem eo significare uoluit spiritus sanctus eum, qui redempturus esset orbem in cruce, potestatem habiturum uiuificandi homines. Dixit ergo dominus: Adolescens, tibi dico, surge, cum mortuo loquens tã quam uiuente & audiente, quo etiam probat uerbum suum, quod dixit Iudæis: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat. Quotquot enim nobis uere mortui sunt, deo non secus habentur ac si dormirent: ideoq; ille eos tam facile ex morte resuscitat ad
Johan. 5 uitam, quàm facile nos dormientem excitamus. An non hic dominus potentissimus est, qui tribus uerbis mortuum uiuificat, adolescentem illum uocat, sermonem suum ad eum conuertit, dicens, Tibi dico, imperat & addidit,
Luce. 8 Surge? Ecce quàm non est impossibile apud deum omne
Sapien. 18 uerbum. Ecce quomodo omnipotens dei sermo à regalibus sedibus uenit.

2. ¶ Et resedit qui erat mortuus. O quàm statim uita suo paruit domino, uerbo nimirum omnipotenti. neque resedit tantum, sed etiam cœpit loqui. & dedit illum do
Actuũ. 9 minus matri suæ. Sic Thabitha quoq; suscitata à Petro, respexit eum, & resedit. Sed tu hic misericordiam dei considera, qui poterat iam resuscitato mandare, ut sequeretur aut simile quiddam. sed nihil horum, tantum misertus matris, tradidit eum illi, quæ omni iam fuerat spe & solatio orbata.

¶ Quum uero miraculum tantum uidisset turba, quæ partim Christum erat comitata, partim funus conduxerat, præ admiratione timore correpta est ob magnitudinem facti, & laudantes magnificabant dominum. Nõ hoc modo, quasi possit homo uere magnificare dominum, sed quod hoc modo tantum illius agnoscamus potentiam,

ſicq; eum prædicemus coram omnibus, iuxta iſtud Sapiē
tis: Magnificate dominum, exaltate eum quantum pote Eccl. 43.
ſtis, quia maior eſt omni laude. Quomodo autem magni
ficarent dominum, etiam oſtendit euangeliſta, dum ait
eos dixiſſe, quia propheta magnus ſurrexit in nobis. Nō-
rant illi utiq; mortuum fuiſſe adoleſcentem, cumq; iamiā
ſepulturi erant, audierant paucula illa & breuia, ſed po-
tentiſſima Chriſti uerba, ſigna iam rurſus uidebant homi
nis uiuentis in adoleſcente, qui fucus nullus erat. ſiquidē
reſidere & loqui, ad corpus animatum pertinent. Aiunt Theoph.
ergo, propheta ſurrexit in nobis. Prophetam uocant eo
ſorte animo, q & magni illi prophetæ duo, Elias & Eliſe
us mortuos ſuſcitauerant. q quia hic etiam fecerat domi
nus, pro propheta habitus eſt eis, qui imperfecti adhuc e-
rant, purum ipſum credentes eſſe hominem, neq; rati fi-
lium ipſum eſſe dei. Omnia enim nouit dominus, non in
ſtinctu diuino ſeu dei inſpiratione uelut reliqui prophe-
tæ, ſed per diuinitatem ſibi unitam.

¶ Vel etiam putare potuerunt eum prophetam illum Deut. 18
fuiſſe, qui in lege promiſſus ipſis fuerat, quem ſuſcitatur⁹
eis erat deus, quem ipſi audituri eſſent non ſecus atq; deū.
Et ſane q eum prophetam illum eſſe putârint, ſequentia
quoq; ſatis arguunt uerba. dixerunt enim, Quia deus uiſi
tauit plebem ſuam. ſicut & turba dixit apud Iohannem, Johan. 6
Vere hic eſt propheta qui uenturus eſt in mundum. Ma-
gnum porro uocabant, quoniam ratione miraculi tanti
non uilem eum reputabant eſſe prophetam, ſed in hunc
pene modum, quo Cleophas de illo dixit: Hic fuit uir pro- Luc. 24.
pheta, potens in uerbo & opere. Sic iſti prophetam ma-
gnum uocarunt eum, q de us per miracula ſua clementer
uiſitarit plebem ſuam. Quotieſcunq; deus aliquem uel ad-
modum affligi ſinit, uel maxima bona illi donat, dicitur
uiſitaſſe eum. Et tamen magis in bonam partem intelligi
tur, quomodo uiſitauit dominus Saram, Iudæos in Aegy Gene. 21.
pto, & alios pleroſq; nosq; adeo ipſos oriens ex alto. Exod. 3
Luc. 1
¶ Et tamen in ſupplicijs etiam malos uiſitat, iuxta il Leuit. 18
lud quod ſcriptum eſt in lege Polluta eſt terra, cuius ſce- Iſaie. 13.
lera ego uiſitabo. & iſtud propheticum, Ecce dies domini
ueniet crudelis, & indignationis plenus & iræ furoriſq;,

ad ponendam terram in solitudinē, & peccatores eius cōterendos de ea. Et uisitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. פקד est gratiose uisitare.

¶ Et exijt hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnem circa regionem. Solent hic ostendere quidam septem resurrectiones mortuorum ante Christum. Surre-

3. Reg. 17 xit enim filius uiduæ Sareptanæ, filius Sunamitidis, qui
4. Reg. 4 & 13 profectus est in sepulchrum Elisei & illius ossa. (quamuis nunc neochristiani ossibus sanctorum nihil tribuant & reliquijs) Resurrexit & filia Iairi, & hic adolescēs in Naim,
Marci. 5 Johan. 11. Lazarus quoq; Magdalenæ frater, & illi qui sub passione
Matth. 27 Christi (non uacat tamen hoc mæandris) uisi sunt in sancta ciuitate, & apparuerunt multis. Octauus iam tandem
Roma. 6. est ipse CHRISTVS, qui resurrexit à mortuis, ita ut amplius non moriatur, neque mors illi sit dominatura magis. Et sic resurrectio nostra in die octauo, hoc est, nouissima, durabit perpetuo. Augustini regula quā sæpe uobis proposui, hic quoq; locum habet, quoniam facta Christi non
Sup Joh. tract. 49 opera tantum, sed & signa sunt, ergo præterquam quòd miracula sunt, aliquid etiam significant. Atq; hinc equi-
Signa, miracula. dem putarim inoleuisse, ꝙ iam olim miracula dei signa dicta sunt, quo nomine Christus ipse ea uocauit, dicens: Si-
Marci. 16 gna eos qui crediderint, hæc sequentur. Iam uero si discipulos singula, uidebimus tres mortuos resuscitasse do-
Marci. 5. minum, singulos certis circunstantijs. Siquidem filiam Iairi resuscitauit in domo, puellam adhuc existentem an-
Lucę. 7. norum forte duodecim. Adolescens autem hic magis succreuerat, ideoq; resuscitauit eum dominus iam elatum ad
Johan. 11. portas ciuitatis. Lazarus iam senior, ex monumento fœtidus prodijt resuscitatus. Neq; omnino temere est quicquid est quod ita diuersis rerum, locorum, ætatum circūstantijs expressum est. Quoniam cum dominus ex gratia & misericordia animas resuscitat ex morte peccatorum, ne moriantur in æternū, quis non facile colligat hos tres
Tres mortui. mortuos in suis corporibus resuscitatos, typice resuscitationem significare animarum?

¶ In triplici autem sunt peccatores discrimine. Quidā
Triplices peccatores. enim uoluntate tantum peccant, quidam etiam opere cōplent. Alij assuescunt peccare ita, ut ex peccatorum sordi-

bus fœteant. Primi generis peccatores designantur per filiam Iairi, siquidem peccatum mors animæ est, & cum primum homo interius consensit per peccatum, anima iam demortua est, & tamẽ adhuc in domo detinetur, quia nõdum erupit in opus. Atq; huiusmodi peccatum facilioris curationis est, adeo ut dixerit dominus puellam istã mortuam non esse, sed dormire. Sicut autem peccatum illud sola uoluntate committitur, ita eadem sola deponitur. Marci. 5

Eaq; radix est quæstionis huiusmodi: Quod si uirgo tantum uoluntate peccauit, rursus per pœnitẽtiam acquirit decus uirginale: sin autem peccârit opere, amplius iam non potest illud adsequi. Vt si in die quo ieiunium indictum est, comedere cupias, nec ieiunare uelis, deinde pœnitentiam agas super hoc pctõ, potes adhuc seruare ieiunium hactenus non uiolatum. Sin autem frangas ieiuniũ, manducans extra tempus, iam sane ieiunium tuum ipso facto uiolasti, adeo ut quãtacunq; pœnitentia acta, neque as adhuc diẽ illũ ieiunij ut decet obseruare. Neq; absimile est quod de uirginitate diximus. Reliqui qui etiam operibus peccant, per hunc nostrum adolescentem designãtur, qui extra portam delatus est mortuus. Quisquis eñ uoluntatem malam opere complet, iamiam mortuum effert extra portam animæ suæ in hunc mundum. Sed quã bene omnia hic Christus expressit? Primi mortui loco, puellam nominauit dominus, peccatum per hoc uolens exprimere uoluntatis, eo quòd sexus puellaris multum imbecillis est, & facile labitur in peccata tum cogitationibus consensu prauo, interimq; tamen maiori ducitur uerecundia & pudore quàm adolescentes, dum non audent ita temere opus adgredi, ut illi qui impudentiores aliq̃nto sunt & leuiores. Prudenter itaq; dominus peccatũ cordis uoluit pudica illa duodenni puella significare, & peccatum operis exprimere paulo robustiore adolescente, q iam portatus erat extra mœnia ciuitatis. Portæ animæ ipsi sunt sensus externi, per quos anima à morte uulneratur, dicente propheta: Ascẽdit mors per fenestras uestras, ingressa est domos uestras. Vide parte 3. de martyri. Augustin. Ieremi. 9

¶ Tertij porro generis pctõres qui assueuerunt pctis, indurati in illis, p Lazarũ significantur iam in sepulchro re-

positum, obuoluto iam lapide consuetudinis prauæ, & fœtore inueterato mali exempli, ita ut iam inde offendā tur homines. isti nimirum ægre resuscitari possunt, sicut hic infremuit spiritu dominus, & fleuit, respiciensq; in cę lum, clamauit: Lazare, exi foras. Vsq; adeo difficulter qui in peccatis usq; ad utranq; aurē obsorduit, cuiusmodi homini dicit dominus per prophetam: Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Tales erant & adulteri illi duo, quorum alteri dixit Daniel: O inueterate dierum malorum, iam uenerunt peccata tua quę operabaris prius. Quàm ægre assueta relinquimus? quàm difficulter qui in peccatis inueterati sunt, ab eis discedunt? Sic enim & Sapiens ait: Adolescentem ambulantem secundū uias suas, ubi consenuerit, non recessurum ab illis, & propheta peccatorem centum annorum maledictum prædicat. Sepulchrum igitur peccatoris, ipsa perdita est consuetudo. Nos tamen hic de nemine desperare debemus, quoniam Christus etiam Lazarum adhuc potest de monumento resuscitare, fœtidum, iamq; quatriduanum.

Johan. 11.
Baruc. 3
Daniel. 13
Proue. 22.
Isaię. 65

4. ¶Cæterum in hunc sensum sancti patres historiā hanc totius euangelij exponunt etiam, ut est iter per symbola facilimum. Vidua hæc, ipsa sancta est ecclesia catholica, quæ hic peregrinatur quidem, sed tamen sponsus illius Christus dominus in cælis est etiam corporali conuictu, & huius unigenitus defunctus est. quamuis enim Christiani plurimi sint, ecclesiæ tamen sanctæ quilibet Christianus filius unus est, & is quidem per peccatum mortuus est, iamq; efferebatur extra portas, hoc est, peccatum q̄d in corde gestabat per uerba, opera effert in mundum, tāquam per portas suæ ciuitatis. siquidem mors ista animæ effertur per offendicula peccatorum, teste Isaia: Exclamauerunt peccata sua sicut Sodoma, & non occultarunt. Sed quis illum deportauit ad opus? quatuor passiones animi, gaudium, tristitia, spes & metus. de ijs ait Bernardus: Amant quod non decet, timent quod non oportet, dolēt uane, & gaudent uanius. pluribus adhuc modis exponi illud posset, adeoq; dilatari, ut per totā quadragesimam extenderetur, sed symbola facilima. Pheretrum in quo mortuus effertur, male secura desperati peccatoris conscien-

Ambrosius.
Beda.
Isaię. 1
Bernar.
Beda.

tia est, uel etiam male sibi constans pœnitentia. Ambrosius quatuor istos qui portauerunt, quatuor elemẽta intelligit, sed quando pheretrũ ligneum sit, sperat q̃ ubi primum Christus tetigerit lignũ crucis, qui mortuꝰ fuerat, resurrecturus sit uiuus. longe autem deportato peccatore à domino, nihilominus tamen hic appropinquat ad illum, & misericordia motus super uiduã ecclesiam suam, admodum perturbatã propter filium demortuũ in peccatis, accedit dominus, tangit loculum. & statim accedente dño, res melius habere incipit. pheretrũ autem ille tãgit flagello tribulationis, uerbo suæ prædicationis, & gratia suæ inspirationis. sic Iob ait in persona perturbatorum, Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, qa manus domini tetigit me. Hoc ipso uerbo tetigit dominꝰ Ieremiã, quando dixit ipse: Misit dominus manũ suã, & tetigit os meum. Sic Danielem q̃q; tetigit in labijs suis. Neque uero satis iam hoc est statim, si tangat dominus cõscientiam pctõris, nisi & qui gestabant illũ, sistant pedẽ gressusq; figant, putã cõcupiscentias, uoluptates, uanaq; gaudia mundi? Nisi .n. aliquẽ pœniteat ueteris uitæ, nouã ille non põt induere. Ait aũt dominus mortuo: Adolescens, tibi dico, surge. O uocẽ præclarã, ò uocẽ potẽtẽ, ò benignãtum & clementissimam Christi uocem, quæ excitat pctõrem, ut surgat, sedeatq; per pœnitẽtiã & contritionẽ, quã rectam erigit in corde suo, dicens cũ filio prodigo: Surgã & ibo ad patrẽ. Mox etiã confiteri incipit & loqui, nõ tacens pctã suã. ait .n. Pater, peccaui in cælũ & corã te, non sum dignus uocari filius tuꝰ, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Ad hanc confessionẽ susceptũ illũ dominus tradidit matri suæ ecclesiæ catholicæ, idq; in sacramẽto pœnitentiæ, dũ à sacerdote illi dicit absolutio ab oĩbus peccatis suis, ipseq; adeo restituitur sacramentis ecclesiæ, cui unitur. O igitur domine Iesu Christe, rogamus te per immensam misericordiã tuã, nostrum quoq; digneris tangere loculũ gratia sancta tua, q̃tenus resurgentes à peccatis, uiuamus iustitiæ per gratiã tuã, sicq; per absolutionẽ sacerdotis restituamur matri nostræ militãti ecclesiæ hic in ista uita, eaq; consummata, per angelos triumphanti q̃que sociemur in secula, Amen.

Ambrosi⁹.

Iob. 19

Ieremi. 1

Daniel. 10

Augustin.

DOMINICA XVIII.

A FERIIS PENTECOSTES,

Euangelium Lucæ. XIIII.



IN illo tempore Cũ introisset Iesus in domum cuiusdã principis Pharisæorum, sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicẽs: Si licet sab

Matth.12 Marci.3 Supra.6

bato curare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autẽ & ad inuitatos parabolam, in

Matth.23. Marci.12.

tendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouis

simo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria corã simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Matth. 23. Iacobi. 4.

HOMILIA VNICA.

INuidi homines mundi huius morem habent admodum pertinacem & absurdum, quod cum nemine uel manducare uolunt uel bibere, rati idipsum suis siue corporibus, siue bonis esse detrimentosum. Atqui hoc fieri nõ decet extra domum inter Christianos maxime, sicut Christus ipso facto docuit. Pharisæi nanq; & legisperiti quærebant occidere dominum, q̃ se filium profiteret sui patris, quod sæpe apud Iohannem meminit dominus. Et tamen nihilominus inuitatus ipse à quodam principe pharisæorum, comparuit, non ignarus se non amore aut animo bono esse uocatum. obseruabant enim eum, & quidem sabbatum id erat, quod iam antea sæpe exprobrauerant domino, quia non seruaret. Subornauerant quoq; infirmum, unde ansam adriperet dominus uiolandi sabbatum. Atq; hinc pãtet dominum nullo bono adfectu fuisse inuitatum, & tamen ille ad inimicos suos uenire dedignatus non est. Curæ enim ei erat animarum utilitas, & propterea etiam ad inimicos ingressus est, ex cuius doctrina, sermone & opere poterant utilitatis permultum suscipere, si uoluissent. Eaq; forte causa est, cur alio loco etiã inuitato ad pharisæos domino, hospitis nomen exprimitur Simon, hic autem non sic, quoniam cum malo animo inuitarãt dominum, indignus habebatur cui⁹ nomẽ in memoria hominum permaneret. sic enim ait Dauid, Non recordabor nominum eorum per labia mea. Fuit ergo ingressus dñs domũ principis pharisæorũ iam in ipso sabbato, quod tempus erat eorum quidẽ sententia aptissimum, quo occasionẽ haberẽt dño iniqtatis nõnihil exprobrare, maxime si qd in illo faceret aduersus legẽ, sicut apud Iohãnẽ dicebãt, hominẽ hũc nõ eẽ à deo q̃s sabbatũ nõ seruaret. Manducare debebat cum pharisæis dominus, Iohan. 5 Matth. 12 Theoph. Luc. 7. Matth. 15 Psalm. 15 Iohan. 9

quod hic euangelista simpliciter admodum exprimit, dicens: Vt manducaret panem. Quo innuitur, non curasse dominum, magnum apparatum ciborum, sed solo etiam pane fuisse contentum, nisi forte more Hebræorum, hæc quoq; locutio intelligenda est, ubi nomine lehem omnis cibus intelligendus uenit. Præsentē aūt dominū diligenter admodum obseruabant, qui mos est malorum & malignantium. inuitarant siquidem illum tanquam amicie⁹, & inimici interimerant pessimi, insidiantes etiam uitę ipius, sicut eos uere propriis descripsit dominus coloribus, inquiens: Veniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Huiusmodi homines summa cura cauendi sunt, iuxta illud Sapiētis: Ne contra faciem stes contumelioſi, ne sedeat quasi insidiator oris tuo. Qua ratione autem insidias struxerint pharisæi domino, deinceps euangelista ostendit, dum fuisse ante eum hydropicum commemorat. idipsum nanq; sic subornarant pharisæi, non bene tamē præmeditati super eo quod agebāt. siquidem hydropisis ex nimio prouenit humore, qui & inflat & anhelitum fœtidum reddit: unde hydropici quo magis imbibunt aquæ, eo plus sitiunt. ideoq; auari per eos designantur, qui ut semper egent, ita quo plus diuitiarum possident, eo magis illas appetunt. Quod autem corpore passus est hic infirmus, idem animo patiebātur pharisæi homines auariſſimi, quod sæpe eis obiecit domin⁹, & apud Matthæum præcipue. quamobrem plus ipsi indigebant ope Christi, quàm hic hydropicus.

Matth. 7

Ecci. 8

Beda.

2. ¶ Sequitur: Respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos. Quæris, Quinam respondit, à nemine interrogatus? Sane non respondit hic eorum interrogationi, simulq; præuenit & arguit ipsorum stultitiam, qui incusare eū uolebant de sabbato. Scit enim deus cogitationes hoim qm uanæ sunt. Et ait: Si licet sabbato curare? Quo uerbo nonne manifeste irridet eos ut insipientes? siquidē cum deus sabbatum benedixerit, ipsi benefacere prohibent in eo, & per hoc faciunt eū omnino maledictū. non enim benedictus est dies, in quo nihil boni fieri solet. Ideo q; tacuerunt Iudæi non ualentes ad hoc respondere quicquam, siquidem uidebant se captos quicquid omni-

Beda.

Psalm. 39.

Theoph.

Beda.

no responderent. Et si licet sabbato, quur observant dominum? si uero non licet, quur ipsi iumenta sua adiuuant in sabbato? Tacentibus iam porro pharisæis, curauit dominus hydropicum, & dimisit. Mos hic fuit pharisæorum. uel enim turpiter silebant, ut hic: uel impie irridebant uerba Christi, ut apud Lucam: uel certe inique interpretabantur ei, quemadmodum in Iohãne, quum iam ad lapides currerent, & sicut in templo per triduum reædificando. Christus autem etiam tacentibus Iudæis noluit magnũ & præclarum hoc opus misericordiæ intermittere, quin potius tetigit, suæq; mundissimæ carnis contactu curauit hydropicum (multa hic dici possent & debetẽ de eo quõ feriæ peragendæ essent, sed materiam hanc uide in homilijs de decem præceptis) dimisit eum, nec quicquam seruitutis ab eo exegit, tantum doctrinam suam uoluit opere consummare, sicut alibi dixerat: Gratis accepistis, gratis date. Fecit hoc idem & Eliseus propheta cum Naaman, quem liberum quoque dimisit, ita ut animo liberrimo confiteretur, & credens gratias ageret deo. Sic etiam paralytico dixit dominus: Ecce sanus factus es, uade, & amplius noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Quumq; iam ante noluissent quicquam respondere pharisæi, ipse nunc dominus proponit, sic tamen ut interim ipsos quoque redarguat auaritiæ suæ, & ait: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die sabbati? Si hoc uos facitis bruto, non idem ego faciam homini? nec poterant respondere quicquam. quod cui mirum uideatur quæso, si æterna dei sapientia illorum excessit stolidam & ignaram prudẽtiam, quando in Stephano quoq; non potuerunt contradicere sapientiæ & spiritui qui loquebatur in eo? (Si uis extendere sermonem hunc symbolicè, expone hydropisim de auaro aut luxurioso: in utroque est tumor corporis superbia, fœtor oris, infamia peccari, sitis indeficiens inexhaustæ libidinis aut appetitiõis, pigrities pedũ ad bona opera, spirituum & meatuum cõpressio per inuidiam, & cutis infectio externæ conuersationis. curre per symbola ut libet, habebis semper scripturas. fuit primus sermo meus 1508. Friburgi.

Luce. 16
Johan. 8
Matth. 10.
4. Reg. 5.
Johan. 5
Actu. 6.

3. ¶ Videns porro dominus insolentiam eorum, & quomodo ambiebant primos adcubitus, quod & apud Matthæum exprobrat illis, siquidem id ipsum etiam in synagogis faciebant, ut hic in cõuiuijs doctrinam ergo humilitatis proponit. Vides hic cœnas Christi, quales sunt: nempe in utilitatem animæ, & non in satietatem uentris uertuntur. Quoniam iam ante docuerat, licere etiam sabbato curare. curaro itaq; hydropico, nunc nitebatur dominus mederi etiam pharisæis in tetro isto & abominabili malo arrogantiæ atq; ambitionis. Estq; doctrina hæc in se facilis, nec multa indiget explicatione. Vtinam modo tam facile eam impleremus opere, quàm facilis est intellectu. Sed quoniam hanc euangelista non frustra parabolam uocat, breuiter intuendum est, quid etiam mystice signet. Inter Christum quoq; & ecclesiam nuptiæ quædam sunt, ad quas Christiani nos uelut unius corporis membra inuitamur. Nemo autem nostrũ primum ambire debet accubitum, hoc est, de suis operibus & meritis gloriari nemo debet. Vestem quidem quisq; habeat nuptialem, sed illam humilitatis splendor illustrer, non ambitionis fuligo obfuscet. (posset conuiuiũ hoc latissime deduci per symbola.) Nos hinc discamus peccatum quod præ oculis est, & in publico corrigere, quoniam & dominus hic, quia hora cœnæ & ambitionis morbus ante oculos saluatoris uersabatur, tempus erat admonitionis. decebat enim ut magister humilitatis, omnes tum superbiæ, tum arrogantiæ ramos præscinderet. Docemur hic quoque nos inter nos mutuo honore præuenire, ita ut ne quis semet ipsum præ alijs obseruandum reputet & uenerandum: quomodo Paulus nos iubet inuicem præuenire honore, quod ipse etiam fecit, qui minimum se dixit esse apostolorum. O quàm necessarium nũc foret, ut Christus in hæc quoq; reuersus secula ueniret ad nuptias, conuiuia, comitia, & reliquos conuentus, ubi ut quisq; ferè minimus est, ita pro maximo uult haberi: nemo humilitatem sectatur, omnes honorem quærunt & gloriam, arrogantes atq; primis reputari cupiunt, nemini uolunt subijci, nemini parere, siue ecclesiastici sint, siue seculares. utut quis etiam in cœnobijs sit homo nihili, tamen Abbas, Prior, Cel

Matth. 23

Theoph.

Beda.

Matth. 22

Theoph.

Roma. 12

1. Cor. 15

sarius esse cupit. Inter canonicos plerique omnes uicariatum, custodis officium, decanatum, præposituram, episcopatum desiderant, & sic in alijs etiam secularibus.

4. ¶Postremo iam doctrinam suam concludit dominus egregio epiphonemate, & ait: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Hoc certum sane est coram deo, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. idem quamuis hic non fiat, fiet tamen in illo futuro seculo, sicut in diuite & Lazaro satis patet. In hoc mundo multi in suo fastu elati superbiunt per omnem uitam, & ab hominibus hic quis sit maximi, interimq; clã reijcitur à deo. Est qui in honore uiuat, sed neq; usq; ad finem, nec apud omnes. sed quantum à quibusdam obseruatur, tantum ab alijs irridetur, & nõnunq; ab ijs à quibus honoratur. Quid q; multi dum summos ambiunt honores, non raro in summas incidunt ignominias? Lucifer dum se super angelos euehit, corruit, in ima inferni detrusus. Adam & Eua superbire cœperunt in paradiso, uolentes æquari deo in cognitione boni & mali, sed ex paradiso pulsi sunt cum omni posteritate sua. Aman uoluit inclinari sibi omes homines, quod cum nõ faceret Mardochæus, patibulum erigi ei iussit 50. pedum altitudine, ipseq; in illo suffixus, sceleratam euomuit animam. Dauid paulo altius animo suo elatus, iussit numerari populum suum omnem, neque in eo impune transgressus est præceptum domini, quod dederat: Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerũ dabunt singuli preciũ pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis cũ fuerint recensiti. Dauid non dedit hoc precium, & tamen populum numerauit, paulo arrogantius ipse de se sentiens. statimq; misit ad cũ dominus propheram Gad, qui dixit illi: Aut septem annis ueniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & isti te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera & elige unũ quod uolueris ex ijs, ut faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor undiq; nimis. sed melius ẽ ut incidã in manũ dñi, multæ enim misericordiæ eius sunt. Mortuiq; sunt ex populo septuaginta millia uiroꝝ. Percussus est, pter superbiã suã Sennacherib, & amisit cẽtũ & octoginta quinq;

Jacobi. 4
Luce. 18
Theophi
Isaiæ. 14
Gene. 3
Hester. 7
Exod. 30
2. Reg. vlt.
2. Par. 21
4. Reg. 19

millia uiroꝝ, ipseq; a deo deinceps in Niniue occisus est à
ꝓprijs filijs suis. Possem hoc mõ per totã scripturã discur-
Eccle.10. rere, qm̃ odibilis est deo & hominibus superbia. Deus q̃q;
memoriã perdit superboꝝ, eoꝝ aũt qui humiles sunt cor-
de, cõseruat recordationẽ. Vnde sępe fit ut confundantur
Proue.29. superbi, iuxta illud Sapiẽtis: Superbũ sequitur humilitas.
Vicissim aũt quisquis se humiliat, exaltabitur, sicut Chri-
Philip.2 stus ipse, qm̃ se exinaniuit, formã serui accipiens, exalta-
tus est à deo, dato sibi nomine super omne nomen &c.

¶ Quid multa? quicquid primus Adã per superbiã ami-
serat, id omne cælestis Adam Christus per humilitatẽ re-
parauit. Et q̃uis pręclara illa in utroq; testamento multũ
Iudit.9. cõmendatur humilitas (unde & Iudith dixit: Humiliũ &
mansuetoꝝ semp tibi placuit domine deprecatio: & Da-
Psal.17. uid cecinit: Tu domine populũ humilẽ saluũ facies, & ocu
Psal.33. los superboꝝ humiliabis. rursus deinde: Prope est domi-
nus ijs, q tribulato sunt corde, & humiles spũ saluabit. Cũ
Michol derideret Dauidẽ, eo ꝙ ante arcã domini cithara
2.Reg.6 canẽs saltaret, dixit: Ludã & uilior fiam plus q̃ factus sum,
& ero humilis in oculis meis. Didicit hoc ex optimo pa-
Proue.12. tre nõ imprudens filius Salomon, docuitq; ubi supbia sit,
ibi cõtumeliam esse: & ibi sapientiam, ubi humilitas. Sed
Iob.22. & Iob inqt: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & q in-
clinauerit oculos suos, ipse saluabit. Id genus loci innume
Psal.137. ri in ueteri testamẽto extant, qm̃ deus humiles respicit in
cælo & in terra. peculiarẽ tamẽ illa laudẽ meret in euan
gelio, unde & præ alijs uirtus appellat euãgelica, eo ꝙ per
illã euangeliũ cœpit in Maria, q̃d profitet ipsa in cantico
Lucę.1. suo, dicens: Magnificat anima mea dominũ, & exaltauit
spũs meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ
ancillæ suæ, ecce em̃ ex hoc beatam me dicent oẽs genera
tiones. Ecce q̃uis multis exornata fuit Maria uirtutibus,
uni tamen humilitati adscribit, & tribuit illud, ꝙ electa
sit mater dei, sicut & humiliter rñdit angelo: Ecce ancil-
Lucę.1 la domini, fiat mihi secundũ uerbũ tuum. Angelus illi de
nunciat, quoniam futuꝝ sit ut fiat mater dei, ipsa se ancil
lam domini tantũ profitet. Quid quòd Augustinus dicit,
Augustin. Quia castitas Mariæ non placuisset domino sine humili-
tate; Si humilitas non esset, filius dei homo factus non fu

ſſet, euãgelio & ſacramentis omnibus adhuc careremus. Humilitatẽ in omnibus amat dominus, nec ſine ea quenquam recipit, quum illa ianua ſit qua ingredi oportet in cælum. Ianua autem iſta humilis eſt, quum & Chriſtus mitis exiſtat & humilis corde: ideoq; per eam ſuperbi intrare non poſſunt, ſed confringunt capita ſua. Tu itaque ſi Chriſtiano uis gaudere nomine, fac ſis humilis ut Chriſtus: in cælum uenire ſi optas, eſto humilis. unde & Paulus ait, Obſecro uos fratres ego uinctus proprer dominum, ut digne ambuletis in uocatione, qua uocati eſtis in omni humilitate. Et nos igitur humiliemus animas noſtras coram domino, & corde contrito flentes, oremus illum ut ſecundum uoluntatem ſuam agat nobiſcũ. Quia cum humilibus operabitur miſericordiam. in eorum itaque numero nos etiam fac eſſe domine Ieſu, ut uitam meream æternam, Amen.

Iohan. 10. Matth. 11. Ephe. 4 Iudith. 8.

DOMINICA DECIMANONA A FERIIS PENtecoſtes, *euangelium* Matth. XXII.



IN illo tempore Accesſerunt ad Ieſum phariſęi, & interrogauit eum unus ex eis legiſdoctor, tentans eum: Magiſter, quod eſt mãdatũ magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota

Deute. 6.

Leuit.19 Marci.12 Roma.13 Supra.7. Lucę.10 Iacobi.2 mente tua. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eũ dominũ, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum, neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Marci.12. Lucę.10 Psalm.109 Marci.22 Lucę.20

HOMILIA .I.

RAtionem euangelicæ huius historiæ ipse quoq; aperit euangelista. dum enim exasperato erãt aduersus Christum animo Iudæi, amarulento odio erga eum concepto, quærebant quomodo occiderent eũ. Iamq; ipse propositum eorũ in denario impedierat, professus debere illos censum Cæsari. Saducæis silentium imposuerat, q aduersabantur pharisæis, negantes resurrectionem mortuorũ. Quodq; de Herode & Pontio Pilato legimus eos in domini nece fuisse concordes, hoc etiam nũc de Saducæis cernimus & pharisæis. Verũ maleuolentia & inuidia impudentes faciũt homines, ideoq; semoto pudore, surrexit unus ex doctis illis, nõ quod uellet doceri qcq̃, sed ut dominũ tentarer. Quod aũt unus interrogauit eũ, ideo factũ est, ut si uinceret ille, solus confunderet; sin autem superaret dominũ, omnes sibi honorẽ adrogarent. Omnis enim malitia cõfunditur qdem aliquoties ratione ueritatis, corrigitur autem nũquam, maxime eorũ qui proposito malo & nõ ignorantia peccant. frigidũ istud fuit ĩstitutum, quasi non daretur intelligi, si unus ipse uin-

Hieronym. Chrysost.

ceretur, omnes eos esse superatos, qui illũ adiuuerãt, sicut ipsi in conscientia sua profiteri cogebantur. Exigua etiam ista est consolatio in scipso confundi, quum interim id alij maxime ignorent. Chrysostomus hinc doctrinam colligit huiusmodi: Quãdo sæpe superati sunt pharisæi, & tamen non destiterunt tentare dominum, nec se fatebantur uictos, docemur nos, uinci quidem, sed non placari malitiam, sicut hic pharisæi aduersantes ueritati, ueritatem conabantur infringere. Quisquis nanq; pro ueritate pugnat, quàm primum illam cognouerit, in eam cõsentit: qui autem ueritati aduersatur, in eam quamuis cõmonstratam sibi non uult consentire. Attendant hic quicunq; aduersus hæreticos disputant, q; si pharisæi coerciti sunt ut taceant & conuicti de ueritate, utiq; fieri potest, ut qs etiam hæreticos cõpescat, ubi eos superauerit. Quãdo autem Christus ipse pharisæos superauit quidem, & tamen non compescuit, quod frenum injicies tu etiam superato hæretico? An ne Christo fortior es? Pẽsandum est hoc istis maxime temporibus, quum clamatur ab omnibus disputandum esse aduersus Lutherum & alios hæreticos. Id utiq; libenter facerent multi, ipseq; adeo ego cum Luthero Lipsiæ tribus septimanis, cum Oecolampadio in Baden superiori quatuor hebdomadibus disputaui. Sed frustra aduersus huiusmodi hæreticos disputatur, eo q; nõ quærunt ueritatem, sicut prætexunt, sed tantum suos defendere errores. Ideoq; ut maxime superentur, ut & factũ est per gratiam dei utrinq;, nihilo compescuntur inde, sed ferè magis sæuiunt, iuxta uerba Chrysostomi, cui peræ consentit Origenes, inquiens: Proprium est eorum, q mendacij sunt doctores, obmutescere quidem quantum ad rem, non autem tacere. sane enim cum etiam uix queunt mutire, adhuc tamen non tacent. Quæ etiam causa est, q̃d in hac re doctores omnes prohibent disputare cum hereticis, quoniam & Paulus de disputando loquens, ait: Noli contendere uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Hinc est quod hæretici perdici comparantur apud prophetam, sicut idipsum pulchre explicat Augustinus aduersus Faustum. Paulus quoq; eos nõ temere comparat duobus istis magis Pharaonis, qa sicut illi

Hæretici nolunt vinci.

Disputatio Lipsica.

Baden.

Chrysost. Origen.

2. Timo. 2

Jeremi. 17 Li. 13. c. 15.

2. Timo. 3

duo, Iannes & Mãbres restiterunt Moysi: ita & ij resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. In promptu eius rei causa est, quoniam iudicem ferre nolunt: quem quum non habeant, quid timent obsecro, quo
1. Cor. 14. modo causa aliqua excidant? ipsi se iniustos & falsos non iudicant, quum interim si regulam Pauli obseruarent, ut duobus aut tribus prophetantibus, reliqui iudicarent, iã dudum tot erroribus finis esset impositus. sed trãseo ista, & ad cætera pergo.

2. ¶ Quum iam ex ueritate dei obmutuissent Saducæi ad uerba Christi, accessit unus ex pharisæis. Porro sicut saluator uerbo doctrinæ suæ silentium imposuit Saducæis, sic facient & Christi imitatores exemplis scripturarum,
Orig. homilia 23. quibus oportet secundum sanam doctrinam omnem uocem obmutescere Pharaonis, hoc est, impiorum. Pharisæus autem iste accedens, tentat dominum, & ait: Magister,
Chrysost. quod est mandatum magnum in lege? Interrogatio sane præclara, nisi ex animo maligno profecta esset. dominũ ille uocat magistrum, cuius nolebat esse discipulus. simplicem se simulat interrogatorem, quum interim fraudulentus erat insidiator. De magno uel etiam maximo quærit mãdato, qui minimum non seruabat. siquidem ille demum iustitiam debet inquirere maiorem, qui minorem
Hiero. Orige. seruârit. Quicunq; nouit & interrogat non uoto discẽdi, non quasi discipulus, sed quasi tẽtator accedit. Imò & fratrem pharisæi huius æstimare debemus, quisquis non corde bono, & simplici uoluntate doctorem interrogat de locis scripturæ. Hi nimirum sunt pharisæi isti, de quibus Da
Psal 77 uid cecinit olim: Quia auerterunt se, & tentauerunt deũ, atq; sanctum Israel &c̃.

¶ Pharisæus tamen hic quamuis subdola mente Christum accesserat, ex responsione tamen ipsius sese emendauit. siquidem, testante Marco, dominus uidens eum prudenter respondisse, dixit eum non longe esse à regno dei. Ita inter nos quoque fieri conuenit, utut peccator sit aliquis, audire tamen debet uerbum dei. quis scit ubi tandem
Ambro. gratiam suam largiatur ei deus? siquidem nescit, ait Ambrosius, tarda molimina spiritus sancti gratia. idipsum in ministris uidemus Iudæorum, qui quum uenissent te-

nere dominum, audientes autem uerbum & doctrinã ipſi
us, reuerſi ad dominos ſuos, à quibus emiſſi erant, & in-
terrogati cur non adducerent Chriſtum, dixerunt nemi Johan. 7.
nem unquam ſic eſſe locutum, ut loqueretur ille. Sic Her-
mogenes ſancti Iacobi aduerſarius, conuerſus ab eo, diſci
pulus ipſius effectus eſt. In hunc modum ex Cypriano ma
go (quem Cyprianum Baſilius uult eundem eſſe, cuius ſcri
pris ſanctis utimur) ſancta Iuſtina fecit miniſtrum dei, &
Catharina quinq̃ginta ſapiẽtes cõuerſos ad fidem ex phi
loſophis fecit, ut eſſent martyres Chriſti. Ne deſperet ita-
que prædicator ex eo q̃ malos homines in grege ſuo ha-
beat. quis ſcit quib⁹ & quando gratiam ſuam effundat do
minus? Ita plane euenit huic legiſperito, qui ad dominũ
ueniens, magiſtrum eum profeſſus eſt, & de magno man
dato quæſiuit. Apoſtoli q̃q̃ magiſtrum appellârunt Chri
ſtum, ſed meliori adfectu quàm hic phariſæus, ſicut ipſe
teſtatur dominus, inquiens: Vocatis me, magiſter & domi-
ne, & bene dicitis, ſum etenim. ſic quiſquis animo bono Johan. 13
magiſtrum uocat dominum, recte facit. Sic hodie etiam Origc.
pleriq̃ faciũt Chriſtiani. Omnis enim qui dicit, Pater no-
ſter qui es in cælis, non debet habere ſpiritum ſeruitutis
in timore. quia qui non habet ſpiritum adoptionis filio-
rum, & dicit, Pater noſter, mentitur, cum nõ ſit filius dei,
deum patrem ſuum appellans, qui ſi pater eius eſt, cur nõ
diligit eum? Iam ante diximus interrogationem hanc in Malach. 1
ſe præclaram eſſe, planeq̃ talem, quam etiam Chriſtiani
omnes attento animo obſeruare, & corde percipere de-
bent. ſed cum dixit textus eum tentaſſe dominum, cogi-
tabis forſitan, qui fieri potuerit, ut in tam magnifica in-
terrogatione Chriſtum tentarit? Theophylactus reſpon Theoph.
det, & ait: Accedit tentans, ſi adponat aliquid mãdato pri
mo quaſi legem corrigens, unde occaſionem ſumeret ar-
guendi eum. Sunt tamen qui dicant phariſæum ratum eſ
ſe Chriſtum pro maximo mandato propoſiturum illud
Non habebis deos alienos, quod ex omnibus decem, locũ
primum obtinet. Id ſi feciſſet dominus, ſtatim obiectur⁹
fuerat phariſæus præceptum charitatis, quæ etiã (ex Pau
li ſententia) fide & ſpe potior eſt. In hac interrogatione 1. Corin. 13
id quoq̃ expendendum eſt, quod dum ille de magno quæ

rit mãdato, mandata dei æqualia non esse. ideoq; nec trãsgressionem peccati æqualem esse certum est, quia priuatio mensuratur secũdum habitum. Sequitur inde quàm immerito dixerit hæreticus Iouinianus, omnia peccata æqualia esse, quam sententiam D. Hieronymus fortiter quàm plurimis sacræ scripturæ argumentis impugnat. Sicut. n. boni non æque omnes sunt boni, ita mali nõ iuxta mali existunt omnes, quomodo & sancti non omnes æqualiter sunt sancti, iuxta illud Pauli: Alia claritas solis, alia lunæ, & alia stellarũ, sicuti nãq; stella à stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorũ. Origenes quoq; ait: Si tẽtanti pharisæo dominus non respõdisset, consequenter æstimabamus non esse mandatum alio maius: quando autem respondit, necessario sequitur mandatorum alia magna, mediocria alia, alia etiam esse minora.

Lib. 2

1. Cor. 15

Orige.

3. ¶ Respondit ergo dominus & dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Responsione hac dominus & pharisæũ ipsum & falsam eius arguit conscientiam. Dilige, inquiens, dominũ deum tuum. quasi diceret, Non sicut tu, qui deuotionem tantum exhibes ore, & dolos meditaris in pectore. Constat hinc, iam inde à tempore Moysi usq; ad Christi adnẽtum, quæri solitum inter Iudæos, quod esset magnum mãdatum: neque erat inuentum, donec ueniens Iesus docuit non solum, quod esset magnum, sed etiam primũ. Patet igitur ordinẽ & gradus quosdam esse mandatorum. Deinde certi iam sumus, quodnam sit mandatũ primum, quod proximum: deinceps autem ad tertium, quartum & reliqua procedendo, nihil nobis constat, sed Christus tantũ qui uirtus est & sapiẽtia patris; idipsum nouit. Esse autẽ & mandatorum aliquod minimũ, satis patet ex uerbis Christi, quando dixit: Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum. Cæterum omnis illa mandatorum magnitudo intelligenda est ratione dignitatis, non necessitatis, qua æque necessaria sunt omnia inter se inuicem connexa, & uelut concatenata. Sed & eadem mandatorum oũm um utilitas est, meritũ uitæ æternæ. Arq; interim in uno

Orige.

Chrysost.

Matth. 5

Chrysost.

tamen magis q̃ in alio exercere se, id plus utilitatis habet, sicuti uicissim plus peccat, qui in hoc q̃ alio p̃cepto delinquit: pura maior offensa est concupiscere uxorẽ, q̃ aliam quamcunq; rem proximi, & maius est adulterio homicidium. In uniuersum q̃q; loquendo, grauiora sunt pcta q̃ directe aduersantur deo, q̃ quæ cõtra proximũ fiũt. Odio igitur prosequitur maximũ pctm̃ deus, cuiusmodi est alienos deos colere, deũ blasphemare, neq; in eũ recte credere. Vtiq; grauiora hæc sunt pcta adulterio, homicidio, furto &c. Videant interim neochristiani, qui parui faciunt sua naufragia in fide. nõ exiguũ est in fide impingere aut aberrare, qm̃ eo ipso grauiter offenditur deus, imò & uehementius q̃ si latrocineris, fureris, adulteria cõmittas & homicidia. Neq; pàrui momẽti est, obseruare quæ qbus p̃ceptis sint maiora, ut hinc cõster nobis, quando grauiꝰ ad trã cõciliemꝰ excelsum. Hinc etiã sequit̃ aduersus neochristianos nõnihil, cũ dicunt, fidẽ supremã esse uirtutũ om̃ium. Contra sentit Paulus, cũ ait: Maior horũ charitas. Cui accedit & ille optimus p̃ceptor Christus dñs: Hoc est maximum, inquiẽs, & primũ mandatũ. Quod si mandatũ illud de charitate maximũ est, quõ nõ ipsa etiã charitas uirtus etit maxima? Vt interim errẽt turpiter explodendiq; sint, qui obganniũt, dicẽtes: Fides uirtꝰ maxima est, fides est quæ sola iustificat hominem, cũ similibus erroribus. 1. Corin. 13

4. ¶ Consequitur inde q̃q; cur dicat dominus, diliges dñm deũ tuũ, non cognosces, qm̃ cognoscere deũ nõ solum bonorũ est, sed & malorũ: quamobrẽ & dæmones credunt simul atq; contremiscunt. Verum diligere deum, proprie piorum est & bonorum hominum. Similiter nõ dicit ille, Metues dominum deũ tuum. siquidẽ diligere plus est q̃ timere. Hoc. n. est q̃d dicit Chrysostomus: Inchoatio culturæ dei, timorẽ habet, perfectio aũt dilectionẽ, si mõ uerũ ẽ q̃d ueritatis adsertor uere utiq; dixit: Perfecta charitas expellit timorem, qui quàm diu in homine seruiliter permanet, non diligit deum, cum timor seruorum, dilectio autem sit filiorum. Quisquis ergo bonum facit timore seruili, atq; adeo metu pœnæ, iustificatus nõdũ est. Et hic ipse deus noster misericors & miserator dominus est, q nõ uult à nobis timeri ut dñs, sed diligi tãq; pater, q Jacobi. 2 Chrysost. 1. Johã. 4.

omnibus nobis spiritum dedit filiorum adoptiõis. Id adeo in prima hominis creatione declarauit dominus, quando non dicit dominus: Faciam hominem, vel fiat homo, ut in cæteris, sed faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In domo autem non serui, sed filij similes sunt parentibus, ut ait Chrysostomus.

Gene. 2.

Chrysost.

¶ Dixeris autem: Qui fit tandem quòd mandatum illud ut est & primum & maximum, non æque in omnib⁹ scripturæ locis est descriptum? In Moyse nanq; legimus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, pro quo hic apud Matthæum habemus. Ex tota mente tua: in Luca uero q̃tuor ista colligũtur in hunc modum, Diliges deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus uiribus tuis, ex tota mente tua: idem quoq; apud Marcum in quatuor hæc membra diuisum legitur. Neq; interim est quod hic ullam suspiceris diuersitatem. siquidem quod Moyses nomine fortitudinis expressit, paulo significantius expoſuerunt euangelistæ, cum dixerunt: Ex cunctis uiribus tuis & ex tota mente tua. Quia tunc aliquid ex tota fortitudine diligitur, quando ex toto cordis adfectu, omniq; effectu amatur in opere. Qua de re plura in sequenti dicemus homilia, opitulante nobis gratia dei, quam nunc profusis precibus omnes dari petamus, non audiendi tantum, sed & opere implendi hæc saluraria fidei præcepta, ut diligere possimus deum ex toto corde nostro, ex tota anima et cunctis uiribus, tandemq; post hanc uitam illam conse qui mereamur æternam. Amen.

Deute. 6.

Matt. 22
Luce. 10

Marci. 12.

HOMILIA SECVNDA DOMINI cæ XIX. à ferijs pentecostes, de dilectione dei.

MAximum ac primum est mãdatum, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mente tua. Vt autem mãdatum hoc est maximum, ita est etiam intellectu omniũ difficilimum, multo tamen difficilius, operibus id adim-

plere. Cum autem præceptum hoc una cum alio de dilectione proximi mandato tam late se extendant, adeo ut omnis lex atq; prophetæ in his pendeant, certa huius mãdati cognitio nobis est necessaria, ut operibus id designare noscamus. Proinde mandatum hoc in præsentia, dei adiutorio, clarius declarare & interpretari uolo. Idq; principio facturus specialiter, ad sententiam quorundam sanctorum patrum atq; doctorum, deinde ad communẽ scripturæ sacræ intellectum. Principio omnium inuenio beatum Augustinum sic explicasse: Diliges dominum deum ex toto corde, tota anima, & tota mente, adeo ut omnes cogitatus, omnem uitam tuam atq; conatum, oẽm item sensum & intellectum tuum dirigas in deum, à quo hæc omnia à te in eum directa, recepisti. Cum enim dicit, ex toto corde, tota anima, tota mente; nullam uitæ nostræ partem reliquit ociosam, aut aliquam præstitit occasionem uel locum, quid aliud à se super omnia diligendi. Quinimo, quicquid diligendum nobis occurrit, hoc totũ eò uel referri, uel rapi debet, quò omnis motus dilectionis fluit, nimirum in deum. Hoc est; deum diligere debemus super omnia, cætera uero propter deum sunt diligenda. Quod alio in loco (restante hic Glossa) sic declarat, ut dominum diligamus ex toto corde, id est, ex sana dei cognitione absq; errore. sicq; cor nostrum in summam ueritatem absq; errore erigi debet. Diligere ex tota anima, est diligere ex bona uoluntate absq; rebellione, ne abstrahi se sinat uoluntas à bono, repugnante sibi malo. Ex tota mente diligere, ẽ sic diligere tota, absq; obliuione, memoria, ut perpetuo dei cognitionem memoria seruet, nec sui unquam obliuiscatur. (In summa, cor refertur ad intellectum, anima ad uoluntatem, mens ad memoriam) Proinde qui deum diligit ex toto corde, is intellectum suum in seruitutem CHRISTI debet captiuare, ut Paulus inquit, quod omnem diligentiam suã principaliter Christo tradat, & conetur ac toto feratur affectu in diuinitatis aut diuinæ essentiæ fruitionem. Præterea ex tota anima, ut nemo per nullum commodum uel incommodum temporale, nos abstrahat à charitate dei.

Matt. 22

Augu. de doctrina Christia. li. 1. ca. 22

Deum diligere ex toto corde &c.

2. Cor. 10.

¶ Ex toto corde diligere deum, diuus exponit Chry-

Chrysost. Cor. sostomus, ut cor tuum ad nullius rei dilectionem magis afficiatur q̃ dei, neque in alicuius creaturæ specie magis delectemur quàm in deo. Non in honore, nec auro uel argento, nullo precioso uestitu, uel ornatu, non pueris aut amicis: atque in uniuersum, quicquid diligit homo, semper debet magis diligere deum, Perinde atque uxor honesta, præ quocunq; etiam speciosissimo, sapientissimoq; uiro, suum diligit maritum &c. quamuis alius sit pulchrior illo, id tamen nesciat, nec oculis suis quisquam pulchrior suo appareat. Quod si intra semetipsam dixerit, siue maritum suum alteri pulchritudine fore similem optârit, iam ex corde eum non amat: quandoquidem diuisa ẽ, ex quo alterius pulchritudinis est cupida, consequens est amorem iam esse diuisum. Sic quælibet anima Christo fidelis, quæ est sponsa Christi, neminem à domino potius diligere debet. Quæcũq; etenim anima creaturam aliquã duxerit creatore meliorem, commodiorem, præstantiorem, gratiorem, magisue delectabilem, hæc deum ex toto corde non diligit.

Anima. Chrysost. ¶ Ex tota anima diligere, inquit Chrysostomus, est certissimum habere animum in ueritate, & firmum in fide, quo nobis innuit in corde quasi uiuam atq; sensibilem esse dilectionem, quæ mente cognoscatur. ut si fide cognoscas unum esse deum, à quo & per quem omnia sint facta, Si quis ergo de essentia diuina addubitare cœperit, is deum ex tota anima non diligeret.

Mens. Chrysost. ¶ Ex tota mente dilectio tunc fit, quando sensus nostri omnes ad mentem pertinentes, in deo sese exercent, ubi tota sua sapientia, scientia, cogitatus, memoria, deo seruiunt, quemadmodum de se testatur Paulus: Psallam spiritu, psallam & mente. Si quis igitur secundum deum non sapit, aut cuius cogitatus deo displicet, deum tota mente non diligit, quoniam & sapientia & cogitatus sui sunt tẽporales, carnales, uacui & inanes. Per cor, Origenes intelligit omnes cogitationes, operationes & memoriam, ut qui ex toto corde diligunt, apud se illam dilectionem recondant & operationes eius & cogitationes. Ex tota anima, id est, ut parati sint eam ponere pro pietate dei, quãdo utilitas exegerit uerbi. Et in tota mente nostra, nihil

1. Cor. 14

Orige.

aliud cogitantes uel proferentes, nisi ea quæ dei sunt. Ber nardus sic uult. Deum ex toto corde diligendũ rationabi liter scilicet ac sapienter, ut supra deum uel pariter cũ deo nihil diligamus. Ex tota anima, id est, animi iucunditate siue dulcore, absq; tristitia uel acerbitate, ita ut deo simꝰ grati, eius bonitatem & beneuolentiam agnoscentes. Ex tota mente, hoc est, fortiter diligamus, ne quis ex pusillanimitate uel pudore aut metu siue tædio laboris affectus, in dei seruitute deficiat. Bernar. de diligendo deo.

¶ Quanq; aũt sancti patres proculdubio causam hanc probe expenderint, & sint interpretati, atq; singula hæc scripturę testimonijs ornari atq; probari possent, ea tamẽ q; possum apertissime: ac ut uulgus facilime capiat, apertissime deo adiutore tradã. Ad q̃d animi mei propositũ faciat lius cõsequendũ, sequẽs pono fundamentũ: Quod alterũ altero plus diligere põt, intelligi q̃tuor modis. Primo, q; in unũ maiori feratur affectu amoris uel dilectiõis essentialiter & intensiue, quemadmodũ aq̃ calore ebullitẽs, calidior est aqua tepida. Deinde põt magnitudo amoris cõsiderari, rõne subiecti uel obiecti, qñ uni maius bonũ faueo q̃ alteri. Tertio in hæsiue, q; cũ naturaliꝰtũ firmiꝰ uni dilectio inhæret q̃ alteri. Vltimo æstimatiue, uł (ut dici solet) appreciatiue alterũ altero plus diliget, q̃d quãdoquidẽ retineri nõ põt, ꝑeligitur tamẽ unũ alteri, q; citius retinet alio amisso. Primũ ergo est ex parte actus, alterũ ex parte subiecti, tertium ex parte radicationis in subiecto, ultimum appreciatiue. Quæ licet aliquibus uideri possent obscuriora, infra tamen fient clara & liquida, ac sole manifestiora. Fundamento hoc, ut præfertur, supposito, primum dico: Deum super omnia & præ omnibus diligere, non est adeo necessarium, ut quis deum præ cæteris rebꝰ omnibus ardentius feruentiusq; diligat. Nam si deo gloriam summam atque honorem, summumq; bonum q̃d in me est impendere uolo, hunc super omnia diligo siue intensius, remissiusue aliud diligam. Neq; eo præceptum hoc se extendit. Etenim intensum atq; remissum non uariant speciem, quantuncunq; remisse diligam deũ, dũ tamen diligã deum super omnia; nõ dicor defeciss̃e à præcepto. Argumentum à simili: Si quis habeat uicinũ frequẽti & amica consuetudine sibi iunctum, habeat itẽ patriæ Alterum altero plus diligere.

t.

Deum diligere super omnia.

ſuæ,uel territorij principem aut ducem, cui ut domino ſuo in debita obedientia ſubiectus, omnem dignitatem fauet atq; honorem: is licet uicinum ſuum intenſius feruentius q; domino principe diligat, ob continuam conſuetudinem & frequens amoris exercitium. (Ex actibus enim frequentibus intenditur habitus) Principem tamen plus quàm uicinum diligit, quandoquidem illi plus honoris & dignitatis fauet quàm uicino ſuo. Potius quoq; uicini quã principis indignationem, ſi tempore & loco oporteret, incurreret. Vitæ quoq; diſcrimen ac mortis periculum citius pro principe quàm uicino ſubiret. Etſi alterius indignationem hunc ſibi incurrere oporteret, uicini magis q̃ principis præoptarer. Interim tamen ſi uicinum contingeret obire mortem, hic maiori animi mœſtitia afficeretur, acſi principem audiſſet obijſſe. Par eſt ratio propoſiti noſtri: Si quis hominum, alterum ardentiori feruentiori q; deo proſequatur amore, interim nõ peccat, dummodo ſummam gloriam, ſummum q; honorem, bonum itẽ, quod in ſe eſt, ſummum deo impendere curet & ſtudeat. Sequitur hinc ſecundum dictum.

2. ¶ Nos omnes ac ſinguli deum ſuper omnia diligere debemus atq; tenemur, ſic uidelicet, ut maius bonum præ cæteris omnibus creaturis illi uelimus & faueam⁹. qui.n. ſecus uellet, uellet deum nõ eſſe deum. Quemadmodũ dæmones omnes q; damnati deo inuident, ac deum non eſſe
3. cupiunt, ne poſſet ab eis ſumere ſupplicium. Deum diligere ſuper omnia, nemini noſtrum eſt adeo neceſſarium, ut amor dei naturalius magis q; anxie præ cæteris rebus omnibus nos angat afficiat q;, licet hoc hominem maxime addeceret. hoc enim amore, homo naturaliter ſuper oñia ſe diligit. Hæc eſt naturæ ac carnis noſtræ cæcitas, quæ nec uidere, nec eò attingere poteſt, ut deum ſuper omnia aliá atq; ſeipſam diligendum intelligat: ſed ſeſe reſpiciens, ſe plus cæteris omnibus ac deo ipſo amantiſſime amat. At gratia ueniente & docente naturam carnis reddidit meliorem, inſinuans maius quoddam eſſe bonum,
4. nimirum deum ſuper omnia diligendum. Et ſi ardenti feruenti q; amore in deum ferri, quemadmodum ſancti ac dei electi fecerunt, bonum, utile ac ſalutiferũ foret, quod

& Propheta Dauid dicit: Cor meum & caro mea exultaue runt in deum uiuum, non tamen est nobis id præceptum. Verum, ut antea est dictū, deum diligere debemus super omnia appreciatiue, ne ob quācunq; huius seculi rem dei dilectionē amittamus. Quod his uerbis Gerson restatur: Inter omnia quæ nobis proponuntur, nihil debemus diligere, per quod dilectionē dei amitteremus. Ex hoc igitur nunc apparet, qui fiat ut peccator dei charitatem & dilectionem amittat, unde seipsum super omnia diligat, ac supra deum (ut Augustinus dicit) se erigat. Quæ sic sunt accipienda, ut iam porro declarabimus.

Psalm. 83.

Gerson.

Augu. de doct. Christi. cap. 22.

¶ Quando peccatum nobis prohibuit deus sub interminatione mortis æternæ, & amissione salutis & uitæ cælestis, homo autem sic adficitur, ut nihil considerato præcepto dei, uelit suæ libidini & appetitui satisfacere cibo & potu, luxuria uel etiam cupiditate uindictæ, aut superbia uitæ & auaritia, sicq; statim peccet, is sane non diligit deum super omnia. siquidem qui uidet luxuriam sibi prohibitam à deo, et tamen mandatum diuinū transgreditur peccans, chariorem sibi habet uoluptatē, quàm deū ipsum. Rursus si is magis diligeret deū, faceret sane quod beneplacitum esset ei, neq; temere ipsum offenderet, exiguæ & momentaneæ uoluptatulæ causa, transgrediendo mandatum domini. Atq; hæc ipsa causa est, quòd homo creaturam aliquam magis q̄ deū diligens, ipso facto amittit gratiam & charitatem dei.

Augustin.

¶ Sicq; ille seipsum pro deo habet, quoniam dum propter unicam uoluptatem, quam uel ex bonis, uel honoribus, uel etiā ex carne sibi concipit, magis uult carere deo & gratia illius præ uoluptatis huius illecebris, nonne uoluptatem appetit propter seipsam, & sibimet eligit uelut magnum aliquod & summum bonum: unde sequitur, q̄ peccator dilectionē dei relinquens, incipit iā semetipsum amare sup oia. siquidē luxuriosus quispiā mulieres amat, non illis, sed sibimet in bonū. Auarus diuitias amat in suū commodum. Vino quoq; delectatur ebrius ob uoluptatē, quam ipse sibi inde concipit. Quando igitur sic peccator seipso fruitur super omnia, semet pro deo habet, saltem interpretatiue. uere enim deus bonum summum est, atq;

Peccator fruitur seipso.

hoc ſuper omnia maxime diligendum: & peccator, qa ſe-
met ſuper oīa diligit, quaſi ipſe bonum eſſet ſummum,
ſeip̄m uidetur facere deum, ſicut de inimicis crucis Chriſti
Philip.3 Paulus loqtur, dicēs: Quorum finis interitus. quorum de
us uenter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, q terrena
ſapiunt. Atq; hoc modo quilibet peccator dici poteſt ido
lolatra, eo q deum uerū relinqt, & ſemetipſum uelut ido
1.Reg.15 lum erigit, iuxta illud Samuelis: Quaſi ſcelus idololatriæ
q.30.99.83 eſt nolle acquieſcere. Atq; ea ferè omnis humana peruer
ſio eſt, iuxta Auguſtinum, quod etiam uitium uocatur,
fruendis uti uelle, atq; frui utendis, quod omnes commu
niter faciunt peccatores.

¶ Sequitur inde quàm omnino graue & uitioſum quid
Peccatū. ſit peccatum, eternaq; pœna dignißimum. Duo enim ſunt
in peccato, conuerſio cordis humani ad creaturam cadu
cam, alterum uero ipſa eſt auerſio à ſummo & immutabi
li bono: quoniam quum temporale nimis amatur, amitti
tur æternum. Dum ergo anima hominis ſe ad finitum &
perituru bonum cōuertit, peccat quidem, ſed ita tamē,
ut in ſe peccatum illud temporaliter tantum ſit punien
dum. In eo autē, quòd ſe à ſummo & infinito bono auer
tit, & ſeſe priuat æterna ſalute, peccatum fit malum infi
nitum, & ſine fine æternis ſupplicijs puniendum, planeq;
infinita pœna dignum. Errant itaq; & impie loquuntur
quotquot aduerſus iuſtitiam dei temere blaterāt, unde fi-
at, quòd deus peccatorem aliquem ob breuem delectatio
nem, tam duriter & ſine fine affligi ſinat, quum tamē nō
deceat pœnam peccato eſſe maiorem. Ad hoc enim aper
ta eſt reſponſio, quòd quamuis peccati uoluptas breuiu-
ſcula eſt & exigua, ſæpeq; ipſa ſibi pœna exiſtens, flagellū
ſecum fert in tergo, ut ſic in ſe exiguam tantum merea-
tur pœnam: quando tamen peccator breuem iſtam dele
ctationem pro æterno bono adſumit, illámque hoc ipſo
habet chariorem, fit ut merito æternis deputari debeat
ſupplicijs. Mitto ſcripturas quæ hic induci poſſent, eo q
ſic non poſſem materiam iſtam multis pertractare ſermo
nibus. Tu tamen concionator ſi omnino uis adferre ſcri-
pturas, hoc facito ex ſequenti ſermone.

¶ Cæterum, ut ad prima reuertamur, & maximum

& primum mandatum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. O utinam hoc, ut sancte præceptum est, ita pari pietate & diligentia obseruaretur ab omnibus, atque cum debito feruore & omnino (quod aiunt) intensiue. uerum tamē potest alicui homini dilectio uel charitas alterius magis esse cordi & adfectui, nullius autem amor creaturę maioris ponderis siue momenti esse debet quàm dei: non secus quàm si quis nepotem aut alium puerum secum foueat, qui quicquid ille uelit & optet facit, hunc ille sane ex quotidiano conuictu diligere potest familarius, quā proprium fratrem, quem uix semel aliquot annis uiderit. ęp si iam illi paruulus iste seu nepos moriatur præmaturius, nonne fieri potest, ut magis doleat & angatur animo mœroréque conficiatur ex ipsius quàm propriį fratris morte, & si aliâs essentialiter plus diligat fratrem, atq; plus suo nomine auderet, perferret & sustineret quàm propter puerum? Ita & hic in proposito modo se res habet, quæ etiam radix est illius dubiį, quomodo Christus magis dilexerit Petrum & feruentius quàm quemcunque alium apostolum: & tamen familiarius adhuc eo dilexit Iohannem sicut dicturi sumus fauentibus superis in festo Iohannis. In 3. par.

¶ Dices, Quo pacto seruare potero mandatum illud tātum? Respondeo hic quoque, quàm diu sumus in hoc mundo & in nobis habitat peccatum, tyrānúsque ille lex membrorum in nobis regnat, euolare non possumus utraque ala charitatis ad deum sine impedimento, quoniam corpus quod corrumpitur, adgrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, ut iam nō possimus libere euehi ad cęlestia, imperfectos nos reddēte fragilitate ista humana in corpore hoc mortali, adeo ut etiam Dauid recte dixerit: Imperfectum meum uiderunt oculi tui. & item Isaias, Omnes iustitię nostræ sunt ut pannus menstruatæ mulieris. Atque ideo præceptum hoc in hac uita perfecte non impletur, sed in illa demum patria, quando adsociabimur choris beatorum. tunc enim laudabimus & uidebimus eum citra omne impedimentum in secula, Amen. Roma. 7 Sapien. 9 Psalm. 138 Isaię. 64

HOMILIA TERTIA SVPER EVANgelio eiusdem decimæ nonæ dominicæ à festis Pentecostes.

QVandoquidem hic dominus dicit primum & maximum esse præceptum legis, de diligẽdo deo ex toto corde, anima & mente, atq; adeo ex hoc uno ꝓcepto charitatis dei & proximi uniuersa lex pẽdet & prophetæ, age paucula adhuc de charitate dei disseramus: primum omnium precantes ipsum, ut nobis quoq; per suam misericordiam donare dignetur charitatem & dilectionẽ illam, quatenus nihil in hoc mundo tantopere diligamus, unde charitatem dei amitteremus. Vere enim ex sentẽtia Augustini Augustini charitas uia illa est, qua homo tendit ad deum, quaq; deus hominibus appropinquat, ita ut sine ea nõ possit homo accedere & peruenire ad deum. Quamobrem illam toties & tam diligenter commendauit nobis & præcepit, ut hic apud Lucam, & alibi apud Matthæum, & fæpissime in ultimo suo sermone, quem Iohãnes descripsit, ubi dixit: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Deinde maiorem charitatem nemo habet, nisi ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Et rursus, Manete in dilectiõe mea. si mandata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Iterum quoq; postea, Ego præcipio uobis, ut diligatis inuicem. & antea, Mãdatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. In hoc nanq; cognoscent omnes, ꝙ mei estis discipuli, si dilexeritis inuicem. Omnis qui diligit me, mandata mea seruabit, & pater meus diliget eum &c. Neq; minorem adfectum & sanctæ charitatis commendationem habent plura alia scripturæ sacræ testimonia, quibus nos spũs sanctus ad dilectionem mutuam hortatur. Paulus enim sic ait, oñia opera uestra in charitate fiant. & paulo ante, sectamini charitatem, æmulamini spũalia, atq; in alio loco iubet nos ꝓ omnibus habere dilectionem, ꝙ ea sit uinculum perfectionis. præcipit etiam nobis, ut operemur ueritatem, crescẽtes in dilectione in eo, per quem omnia, qui & caput est dominus Christus. & deinceps sic ait, Estote imitatores

Luce. 10
Johan. 15
Johan. 13.
Johan. 14
Scriptura locupletes de charitate.
1. Cor. 16
1. Cor. 14
Col. 3
Ephe. 4
Ephe. 5

dei sicut filij charissimi,& ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit uos,& tradidit semetipsum pro uobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Ad eandē quoq; nos charitatem sectandam adhortatur Petrus,inquiens: Ante omnia mutuam in uobismetipsis charitatē habentes,quia illa operit multitudinem peccatorum. Dilectissimus porro Christi discipulus Iohannes,multis modis nos adhortatur ad charitatem mutuam, adeo ut dicat Augustinus,non esse librum aliquem ueteris & noui testamenti,in quo amplius commendetur charitas,ut in Canonica Iohannis, inter cætera nanq; ille sic ait, Charissimi, diligamus nos inuicem,quia charitas ex deo est. & omnis qui diligit fratrem suum,ex deo natus est,& cognoscit deum;qui non diligit,non nouit deum, quoniam deus charitas est.Charissimi, si sic deus dilexit nos,& nos debemus alterutrū diligere.Multa ibidem charitatis præconia habet Iohannes in canonica,& Augustinus quoq; super eandem scribens,ait: Charitatem commēdamus, charitatem commendat hæc epistola.& tractatu septimo, Semel breue præceptū tibi pcipit,dilige & fac quod uis. laudat charitas uobis.habete,possidete.& inde tractatu octauo, Dilectio dulce uerbum est,sed dulcius factum.Quid aliud post resurrectionem suam dominus ex Petro inquisiuit, nisi illud an diligeret ipsum?aut quid causæ fuit, quòd pro nobis mortuus est Christus,nisi hæc ipsa dilectio? Quid Stephanum compulit orare pro lapidātibus se? charitas. Sed nunquid etiā charitas in causa fuit, ut diceret Paulus, Ego libentissime impendam,& superimpēdar ipse pro animabus uestris, licet plus uos diligens, minus diligar. Quàm porro pulchrum est quod dicit ibidē Augustinus, Signēt se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes, Amē, cantent omnes Alleluia,baptizentur omnes, intrent oēs ecclesias,faciant parietes basilicarum,nō discernuntur filij dei à filijs diaboli,nisi charitate.Magnum indiciū, magna discretio.Et plenitudo legis charitas,puto istam margaritam esse inuentam à negociatore. Qui proximum diligit,ait Paulus,legem impleuit.Nos tamē dilectissimi nō solum uerbo diligamus & lingua, sed opere & ueritate: quia sic etiā Augustinus,ut supra induximus, nos ad cha-

1. Petri. 4.
Augustin.
1. Johā. 4.
Augustin.
Johan. 21
Actuū. 7.
2. Corin. 12.
Tract. 5
Matth. 13.
Roma. 13
1. Johan. 3
Tract. 7

ritatem exhortatur, quòd dulce uerbum sit dilectio, sed tamen longe dulcius factum.

Charitatis laus.

¶ O precioſum theſaurum, ò immenſum & incomparabile precium charitatis, nihil eo nobilius, nihil ſanctius, nihil in terra inueniri poteſt precioſius. Quid enim obſecro futurum de tota eccleſia, ſi charitas non ſit? nihil. Quid opera bona omnia, ſi charitas non ſit? nihil, aut ſi quid etiam uanius eſt nihilo. Quid ſancti omnes forent ante ipſum quoque conſpectum dei, ſi non ſit charitas? ni

1. Corin. 13 hil. Atque hoc eſt quod Paulus conſiderauit, dicens: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeã, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Et uos itaque in Chriſto domino dilectiſſimi, ſectemini charitatem dei, quoniam ſine illa fruſtr e expectabitis ſalutem animarum ueſtrarum.

2. ¶ Ad hæc charitas non tantum precioſum adeo eſt donum dei in ſeipſa, ſed etiam eo magni facienda eſt, q fructus ſecum adportat & maximos & præſtantiſſimos, quorum nunc aliquot uobis commemorabimus. Principio enim purgat & purificat hominem à peccatis, iuxta

Prone. 10 Iaco. vlt. illud Sapientis: Vniuerſa delicta operit charitas. & iſtud quoque Iacobi, Charitas operit multitudinem peccatorum. Id adeo ſuo nos docet exemplo Maria, cui ideo di-

Luc. 7 miſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas ſoli ſimilima eſt. ſol quum primum oritur, euaneſcũt tenebræ omnis q caligo noctis. Et in nobis quando oritur ſol charitatis diuinæ, profligantur tenebræ peccato-

1. Corin. 13 rum. Quod & Paulus non ignorauit quum dixit, Charitas non æmulat, non agit perperam, non inflat, non eſt ambitioſa, non quærit quę ſua ſunt, non irritat, non cogitat malũ, nõ gaudet ſup iniqtate. (Si uis, ex eo loco Pauli

Fructus charitatis fac elegantẽ ſermonẽ de charitate. habes ibidẽ affirmatiue ſeptẽ bona, q̃ opatur charitas: habes negatiue ſeptem

mala, à qbus tuet charitas hominẽ. & est materia uulgaris, & secundũ qualitatẽ auditorꝫ, pulcherrime applicabis monachis, clero, rusticis, ciuibus, nobilibꝰ, uirginibꝰ, mulieribus. experire, & fateberis me uerum dixisse.)

2. ¶Facit etiam charitas, ut homo bene placeat deo cũ opibus suis, ita ut ille in homine cohabitet. Quod uel inde maxime patet, qm̃ adeo displicet diabolo placere charitatem illam deo. sic Sapiẽs ait, Ego diligentes me diligo. Atq; id qdẽ merito fit, ut placeat deo dilectio, quãdo ipsi etiam tantopere & super omnia placet deus, ut ait in euãgelio dominꝰ: Qui diligit me, diliget à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Neq; homo tãtum acceptus sic̃ fit deo, sed & omnia opera eius quæ per se uana forent & inutilia, ea iam per charitatem deo placent & accepta fiunt simul ac meritoria uitæ æternæ, sicut ex superioribus Pauli uerbis satis manifeste patet. Virtutes oẽs opus colligũt meritoriũ, sine charitate tñ meritoriũ nullũ est, ipsa aũt plus cæteris oĩbus colligit, ut recte de ea dicatur istud Sapientis: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Inde iã patet intellectus uerborꝫ Augustini: Nõ numerositas operꝫ, nõ diuturnitas temporꝫ, sed maior dilectio auget meritũ. Vis hoc uidere? si quando proprer deũ missam audis, si sis in gratia dei, plus mereris quàm si missas audires sexcentas destitutus omni gratia & charitate dei.

¶Et q ieiunat unũ diẽ in dilectiõe dei, quãto plus meretur ad uitã æternã, q̃ si annũ totũ ieiunet extra charitatẽ dei? Amor em̃ est pondus animę & operꝫ, quæ charitas ardens facit opa multũ ponderosa. rursusq; si nulla adsit dilectio, nullius ponderis fiunt opera. Charitas ergo si semel mentẽ ceperit, ad innumerabilia opera eã extrudit. Testatur idem Hieronymus quoq;, quum ait: Charitas est secundũ quam opus mensurat & attendit. An qd aliud q̃tidianis à deo precibus efflagitamus nisi misericordiam? Atq; ille diligẽtibus se misericordiã facere, p̃fitetur. Sed & charitatẽ ille præcipue, p oĩbus, quæ nobis exhibuit, postulat, à nobis, dicens: Et nunc Israel quid dominus tuus petit à te, nisi ut diligas eum & ambules in uĩs eius? Salutaris itaque & sancta salutatio est, quam Paulus dat

Proue. 8

Johan. 14

1. Corin. 13

Proue. vlt.

Augustin.

Gerson.

Hugo de vict.

Gregorius.

Hieronym.

Exodi. 10.

Deut. 10

2.Thes.2 Thessalonicensibus, cum ait: Dominus dirigat corda & corpora uestra in charitate. Quid multa? sicut non habenti charitatē clauditur ianua regni cælestis, ita uicissim habentibus illam aperitur ianua paradisi, eo q̄ charitas animam & opera eius omnia facit bene placere deo, & multum mereri. sic Paulus, Scimus, inquit, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundū propositū uocati sunt sancti. sic & Hieronymus ait: Quisquis diligere incipit deum, iam incipit inhabitare cælū. Porro quàm grata deo charitas est, tam ingrata diabolo, qui nihil prius habet aut antiquius, quàm ut charitatem adimat homini. Idipsum pulchre testatur Gregorius: Antiquus hostis castitatem in nobis non timet, quia ipse carne non premitur, ut luxuria dissoluatur: abstinentiam nō timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur: eleemosynam nō timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidijs non eget. Humilem autem charitatem multum metuit, nosq̄ odio prosequitur illā seruantes in terra, quam quia ipse non seruauit in cælo, inde repulsus est.

Bernard.

Hieron.

Sup Iez.

3. ¶ Atq̄ id ex Paulo satis constat, qui cum multa scribere institueret Corinthijs de charitate, sicuti iam ex illis quædam citauimus, præmisit istud: Adhuc excellentiorē uiam uobis demonstro, & statim sequitur doctrina illa de charitate. Vere em̄ uia ista altissima est ad deū, hoīem ambulare in summa charitate. siquidē iuxta sublimitatē dilectiōis, quisq̄ etiā altius ambulat in uia felicitatis æternæ. Vinculū illud ueȝ ē dilectio dei, q̄ uincimur & unimur deo. funiculus hic est, quo subinde rapimur & attrahimur, iuxta illud domini dicentis per propheram: Traham eos in funiculis & uinculis charitatis. Sed quò nos ille trahit? ad seruanda mandata sua, abripiens & auocans nos à uanitate mundi huius, & trahens ad sublimia regni cælestis. neq̄ uero uinculum tantum animæ hominis est dilectio, sed & ea ipsa uincitur deus ex gratia. Quia quum charitas faciat manere & hominē in deo & ipsum in homine deū, quomodo non forte quid erit & beneplacitum deo? Vinculum illud ipsum dei filium ex sinu patris traxit in terrā, sub castum uirginei cordis domicilium. Imò & hoc uin-

2.Corin.12

Oseę.11

Johan.4

colum è cruce traxit Christum usq; ad inferos, amore sal uãdi tum patres in limbo, tum uniuersos homines in terris. Quis obsecro cruci defixit dominum Christum? quid ibi detinuit illum? non clauus utique, nec funis ipsum potuisset in illa retinere, nisi uinculis charitatis esset in illa detentus. Quàm enim lapis iste magnus obuolutus sepulchro, non potuit eum in sepulchro detinere, tam nõ constrictum cruci detinuissent claui, nisi tanta fuisset in illo generis humani dilectio. Atq; ideo in Cãticis legitur: Fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. Sed quid tandem morte fortius, ut quæ omnia uel fortissima suæ subijciat tyrannidi? hæc enim homines oẽs, omnes in aere uolucres, inuictissimas in terra feras, pisces maris maximos uincit, domat, perimit. Hoc nimirũ uinculo uinctus fuit ille qui dixit: Quis nos separabit à charitate dei? num tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neque uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Hugo de vict.

Cãtico. 8.

Roma. 8

Psalm. 43

¶ Quid multa? uinculum eiusmodi charitas est, quod Christianos omnes uno ueluti fasce constringit, & quasi uno corpore unit Christo simul & angelis in cælo & domino deo, iuxta illud: Conglutinaui mihi omnem domũ Israel. & istud Moysis, Patribus tuis conglutinatus est dominus, & amauit eos. Atq; hinc est quòd illam uinculum perfectionis uocauit Paulus. Vinculum siquidem istud & fortissimum & amplissimum est, quod ab ortu in occasum se extendit super omnes amicos & hostes, super diuites & pauperes: non ut iam clamitant neochristiani aduersus euangelium, nolentes mendicos peregrinos pro ꝓximis suis reputare, quasi tam angustum & strictum uinculum sit dilectio, ut nequeat extendere se amplius nisi ad mendicos suæ ciuitatis. omnes. n. qui aliunde adueniunt mendicos, peregrinos reputant, & quidẽ eiusmodi,

Johan. 13.

Matth. 5

Luce. 10

quibus non debeãt mutuã charitatẽ. unde nec quicq̃ eleemosynæ eis elargiunt, inique sane & (ut supra ostẽsum est) impie. Vos itaq; q̃q; dilectissimi deũ amate super omnia, & diliget uos, quoniã & honorifica & summe utilis & maxime salutaris est dilectio dei, ut recte dixerit Sapiẽs: In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius non derelinquas: Honora deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. Multa hic induci possent quæ mouere nos queant & debeant ad diligendum deũ super oẽia, quoniam ille nos creauit, redemit, sacramenta nobis maxima elargitus est: adhuc nos gubernat, regit, sustentat corpore & animo, glorificaturus tandem nos in æterna gloria. Mitto autem hæc & istiusmodi quædam alia de dilectione proximi, de qua nonnulla etiam superius diximus dominica 14. à feriis pentecostes.

Eccl. 7

4. ¶ Ad conclusionem huius euangelij iam porro ueniamus: Congregatis, inquit euangelista, pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Quoniam purum hominem Christum esse putabant, subuertit hic eorum opinionem loco illo Dauid dico. siquidem responderunt filium Dauid esse eum iuxta datum sibi promissum, De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. & illud propheticum, Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit. Neq; omnino nullum fuit hoc responsum, sed tamen non satis perfectum, eo quòd hominem tantum profitebatur esse Christum. satius fuerat respondisse eos huiusmodi quiddam, quale est istud Pauli, quoniam filius dei Iesus Christus factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. simulq; tã prædestinatus filius dei in uirtute secũdum spiritum sanctificationis, atq; secundum hanc generationem Christus erat cum nondum esset Abraam. Illam autem non agnouerũt Iudæi, quamobrem ita obiecit eis dominus, q̃modo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dexris meis? Dominus inquã pater dixit domino meo Christo, q̃ si filius eius est, quõ in spiritu dominũ uocat eum? quasi dicerer, sicut Dauid in spiritu cognouit Christum filium suum fore, ita in eodem præuidit ipsum sibi dñm futurum. nobis autẽ Chri

Theoph.

Psalm. 131.

Jeremi. 23

Roma. 1

Johan. 8

Psal. 109

stianis in promptu solutio est, quia filius eius fuit secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem dominus. Iudæos autem hic respexit Christus qui sibi aduersabant. sedebit enim ille ad dexteram patris, donec ponat inimicos suos scabellum pedum, iuxta illud Paulinum: Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. 1. Cori. 15 Et hoc est quod dicit Origenes: Dominus uidens pharisæos longe esse ab intellectu diuinitatis suæ, uoluit eos prouocare sermonibus suis eò, ut intelligerent psalmum illum totum de se scriptum esse, sicq; uiderēt statim quod sequitur: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Vnde cognoscere poterant generationem ipsius æternam ex uentre intellectus. Et nemo potuit ei respondere uerbum. Quid enim hoc mirum, si nō potuit humana stoliditas & stultitia diuinæ respondere ueritati ac sapientiæ? quod etiam in spiritu prænidit Isaias, dicens: Vidi, & non erat ex istis quisquam, qui iniret consilium & interrogatus responderet uerbum. Hæc aūt interrogat dominus, ut si dicant se nescire, int errogent atq; discant: sin dicant ueritatem, credant: si uero nil possint dicere, confundantur & secedant. Atq; interrogatio ista, autore Hieronymo, proficit nobis usq; in hodiernum diem contra Iudæos. Etenim qui confitētur eum uenturum, hominem simplicem & sanctum asserunt: ergo interrogemus eos edocti à domino, cur illum Dauid dominum uocârit. Multa proponit ille ibidem, quæ in prætextum sui erroris comminiscuntur Iudæi fabulosa & inepta, quoniā psalmus hic scriptus sit in persona pueri Abraæ, cuius filius extiterit Damasc⁹ Eliezer, postquam Abraam percussit reges illos quinq;. Sed quomodo tunc sequentia conuenient Abraæ, quòd genuerit illum in splēdoribus sanctorum ante luciferum? aut quo pacto competet illud Abraæ, quòd sacerdos ipse sit secundum ordinem Melchisedec, qui tamen decimas accepit ab Abraam, & pro eodem panem obtulit cum uino? Recte itaq; dicit hic euangelista, quia non potuit ei quisquam respondere uerbum, nec audebat aliquis interrogare ipsum amplius. At quis nihil ei rñdere potuerint, insidiari tñ illi nō desierūt, & ad mortē usq; persequi, sicuti & tertio ab hinc die ipsum

Origenes

Psalm. 109

Isaiæ. 41

Theoph.

Hieron.

Gene. 14 & 18.

Psalm. 109

Hieron. in crucem suffixerunt. Ex quo intelligimus uenena inuidiæ posse quidem superari. sed difficile conquiescere. Quomodo etiã hoc nostro seculo neochristiani multis disputationibus cõuicti & superati scriptis plurimorum, ita ut nequiuerint amplius respondere uerbum, latenter tamẽ non desinunt uirulentum suum prosequi institutum, aliosq; Christianos abducere à ueritate & implicare erroribus. Nos iam oremus dominum, ut custodire nos dignetur ab erroribus fidei, & impartiri gratiam suam sanctam simul & dilectionem dei & proximi, quatenus sic ipsum diligentes, laudemus cum electis omnibus, Amen.

¶ Si uis plura dicere de amore dei, & multiplici eius specie, uide Bernardum de amando deum, Anselmum in stimulo amoris, Kempis in soliloquio, Augustinũ in meditationibus, & aliâs in pluribus locis, Paraldum amplissime & locos sacræ scripturæ, & dicta sanctorum patrum colligentem. Pro deuotarijs & religiosis egregia dicendi materia. Verum seculares in mundo uersati, hanc spiritus dulcedinem non sentiunt.

DOMINICA XX.

A FESTO PENTECOSTES,

euangelium Matth. IX.

Marci. 2 Luce. 5 Johan. 5



IN illo tempore Ascẽdens Iesus in nauiculam, transfretauit & uenit in ciuitatem suam. & ecce offerebant ei paralyticum iacentẽ in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scri-

bis dixerũt intra se: Hic blasphemat. Et cũ uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tũc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuũ, & uade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deũ, qui dedit potestatẽ talem hominibus. Marci. 2 Lucę. 5 Johan. 5 Lucę. 13

HOMILIA PRIMA.

MVlta hic à domino exhibita sunt miracula. siquidem & leprosum mundauit, & centurionis seruum sanauit, sicut dominica tertia ab epiphania domini audistis dilectissimi in Christo, & febrientem Petri socrum curauit. moxq; cum transfretaret, solo uerbo imperij sui uentorum cohibuit impetus: deinde dæmoniacos duos à spiritibus immundis liberauit, qui & in porcos ingressi, furore correptos eos in stagnum præcipitarunt, ita ut perirent submersi, quo nomine & Gerasseni rogarunt dominum, ut discederet ab eis. Sicut in hodiernum usq; diem plurimi sunt qui malint carere domino, quàm exiguum pati rerum temporalium defectum. An tu adhuc ex me cupis commonstrari tibi Carasenum aliquem? Ecce ad proximum cauponem perge, & ex eo quære, cur patiatur hospites suos male loqui de sanctis dei, ad uersus missam & sacramenta dei inuehi turpiter. & respõdebit ille tibi: Est quod ex istiusmodi hominibus uictum mihi quæram. nolim eos à me abigi, quòd si temeritatem eorum corriperem, non uenirent ad me amplius, actum fuerit, periero. & erunt interim alij, qui ultro eos ad se recipiant, & ferant patienter. En Gerasenum hic tibi, qui Matth. 8 Gerasseni.

mgtuat porcellis suis, ne forte non satis impinguentur, unde mauult carere ipso domino, inique sane & impie.

Sequitur iam euangelium hodiernum, quando dominus à Gerasenis digressus, rediit in Galilæam: & ibi denuo omnipotentiam suam in anima & corpore paralytici huius manifestauit, quem à morbo liberauit simul & peccata ipsi sua remisit.

¶ Ita autem habet textus, Ascendens Iesus in naviculã.

Exodi.14. Non indigebat ille quidem naui, qui populo Israel profunda marisaperuit, ita ut siccis transirent pedibus, qui pedi-

Matth.14. bus Petri obedire fecit fluctus maris, nisi uoluisset eo ipso suam quoque declarare humanitatem, quòd naviculà uectus ipse, Petrum interim faciebat calcare aquas. Si enim mansisset Christus in potentia diuinitatis suæ, nihil commune haberet nobiscum, nec humani generis operatus

Hieron. esset redemptionem. Voluit itaque subiacere necessitati, ut humanam sustinens infirmitatem, se quoque uerum testaretur hominem: quoniam si uere dicere uoluerim⁹, non Christus naui, sed nauis indigebat Christo. & Christus quidem ascendit in nauim, ut nos ex mari mundi huius educeret in patriam regni cælorum, qui intellectus locihuius mysticus est.

¶ Quo adliteram autem transfretauit ille stagnum, &

Hieron. Chrysost. uenit in ciuitatem suam, quam Nazareth intelligit Hieronymus, eo quòd Nazaræus etiam appellatus est domin⁹. Chrysóstomus uero Capharnaum esse putat. siquidem Bethleem ipsum tulit, Nazareth educauit, sed Capharnaum perpetuum illi erat domicilium, eaq; fere communis est doctorum omniũ sententia, sicut hic Theophylactus

Theoph. Augustin. sentit, & Augustinus inquit: Nemo dubitat Christum hoc miraculum feciſſe in ciuitate sua Capharnaũ. (Tamen q̃ existimat ille Galilæã uniuersam fuisse ciuitatẽ domini, & ita singulas Galilææ ciuitates, id cõmuniter recipi nõ solet, qa nõ est simile q̃d adfert de ciuitate Romana, eo q̃ sit in imperio Romano. nam populus dicitur Romanus, quia gaudet iure Romano & priuilegijs. nõ sic in præsentia. tñ noli multũ disputare corã plebe, quia plus se inuoluunt, & non bene capiunt, quando in unam uel aliam par-

Capha. Marci. 2 tem colligantur argumẽta.) Atqui ex Marco etiam satis

liquet, ciuitatem hanc fuisse Capharnaum, qui & ipse historiam describens, ait eam factam esse post octiduum in ciuitate Capharnaum. Lucas, quando factum hoc refert, nullius loci meminit. Manet itaq; firmum q̃d ait Marcus aperte uenisse dñm in ciuitatẽ suã, hoc ẽ, in Capharnaũ. Luce.5

2. Et obtulerunt ei paralyticum decumbentem in lecto. Marcus ait eum deportatum esse à quatuor, tantamq; fuisse in ædibus & foribus ædium angustiam, ut coacti fuerint illum demittere per tectum, quod & Lucas commemorat. Nullus autem euangelista refert quid locuti sint cum domino, tantum meminerunt respexisse dominum fidem eorum, qui gestabant infirmum. Quoniam quamuis miracula in multis perierant, sicut alibi dixit dominus, Væ tibi Capharnaũ, quia usque ad cælũ exaltata nũc, usque ad infernum demergéris, erant tamen adhuc aliquot homines pij, in quorum cordibus operabantur miracula Christi, cuiusmodi fuerunt illi portatores, quorum fidem respexit dominus, nõ infirmi: cui tamen dixit, Cõfide fili, remittũtur tibi peccata. Beda ait hũc graui adeo morbo laborasse propter peccata sua. Quo nomine dominus, ut medicus optimus primum statim causam morbi sustulit, peccatum dum illi remisit, non secus quàm colonus primum radices euellit spinarum, deinde agrũ conserit, & medicus prius humores restituit peccantes & aufert, quàm morbum ipsum adgrediatur curare. ita plane hic dominus primum peccatum aufert, hinc tandem curat ægrotum, qui quàm diu in peccatis permansisset, curari non potuisset. Talis erat ille paralyticus apud Iohannem, quem ex peccato suo liberasse testatus est dominus, quando dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Marci.2 Luce.5 Luce.10 Hieron. Beda. Ioh.5

Respexit fidem illorum, ubi Augustinus dicit: Quantum ualet apud deum fides propria, si tantum ualuit paralytico fides aliena? Atque hic præclarum & eximium habemus fundamentum eius, quod pro confesso habemus, quod alter alteri quid promereri possit. siquidem portatores isti meruerunt paralytico huic non solum sanitatem corporis, sed & remissionem peccatorũ. Et q̃uis hoc uerum est, quod nemo possit alteri ꝓmereri uel uitã Augustin.

æternam, uel aliquam beatitudinis gradum, eo quòd cui libet recipiet prout gesserit in uita sua, siue bonum, siue malum, attamen alter alteri promereri potest gratiam
1. Cor. 15. pœnitentiæ & contritionis: alius quoq; pro alio satisfacere potest, illiq; gratiam sanitatis impetrare & bonæ felicitatis, longæ uitatis quoq; & aliorum bonorum temporalium. Quòd si itaq; respexit dominus fidem illorum qui portârunt infirmum, ideoq; curauit illum, ubi sunt iam neochristiani nostrates, qui nec uirgini matri, nec cuiquã sanctorum tantum honoris relinquere uolũt apud Christum, ut si quis illorum oret dominum pro infirmo aliq;, non sanet eum ad preces ipsius? An non tantũ facit apud Christum intercessio matris, quantum ualuit fides illorũ quatuor? sicut & mortuum suscitauit dominus tantũ ad
4. Reg. 13 contactum ossium Elisei. (induc, si uis, historiam totam, qa ualet pro populo hoc tempore) Vide homilias de intercessione sanctorum. Inter cætera hic quoq; obserua, quõ opus aliquod meritoriũ sit apud deum. dicit. n. euangelista: Respexit dominus fidem illorum, quam externo opere gestationis exhibebant, eaq; ipsa fide meruerunt sanitatem huius paralytici. Quid ergo obgannit neochristianus aduersus omnem tum rationem, tum scripturarũ autoritatẽ, nihil prodesse opera nostra? Nonne ad Cain dixit dñs, Qm̃ si bene egeris, recipies: sin autẽ male, statim
Gene. 4. in foribꝰ peccatũ tuũ aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius? En hæc tibi uerba dei ipsius, nõ papæ, nõ doctoris alicuius, non hominis. Et ubi interim latent temerarij isti neochristiani, qui aduersus uerbum dei conantur in nobis liberum auferre arbitrium? aut ubi in nobis dominium est super peccatum, quod tamen nobis dedit deus, utut eripere illud nobis conentur hæretici citra omnem rationem? An adhuc tu probationem requiris eius, q; opera nostra bona sint meritoria? ecce historiã tibi probatissimam de rege Achab, cuius uxor Iezabel occidi fecerat uirum bonum Naboth propter uineam, et tunc misit dominus ad eum Eliam, qui peccati huius ultionem denunciauit ei &c̃. dic historiam utut uoles. Achab
3. Reg. 21 autem audiens sermonem illum, discidit uestimenta sua, cilicium induit, ieiunauit, dormiuit in sacco, demisso ca-

pite ambulauit tristis, & factum est rursus uerbum domi-
ni ad Eliam, Nonne uidisti humiliatum Achab coram me?
quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducā malū in
diebus eius. Cętera require in homilia de fide & operibus.

¶ Quum iam respexisset dominus fidem portanti- Chrysost.
um, licet & infirmus fidem habebat, dixit ad eum domi-
nus: Confide fili. filium uocat, tāquam dei creaturam, uel
quia iam credentem. siquidem nisi credidisset, demitti de
tecto non uoluisset. Atqui ꝙ pie & clementer cōpellat eū Hieron.
dominus, fili, inquiens, confide. O mira humilitas, despe
ctum & debilem totiusq; membrorum compagibus disso-
lutum filium uocat, sed tamē uere filius ille Christi erat
per fidem, statimq; iam filius efficiebatur dei per gratiā,
remissis ei peccatis. Vsque adeo mitis & misericors est do- Joel. 2
minus deus. Fili, ait, confide. beatus enim uir qui confi- Jere. 17
dit in domino, & dominus erit consolatio atq; fiducia e-
ius. Confide fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua. quo
uerbo testatus est dominus infirmitatem illius ex pecca-
to ortam fuisse. Est hic Glossa quædam multum ponderā Glossa.
da, quæ rationes continet unde plerisque adueniant mor
bi, quæ quamuis non sit iam materia nostra, tantum indi Beda.
canda est paucis, neq; ita cursim transilienda. Et princi-
pio quidem grauibus sæpe morbis corripiuntur boni, ut
meritum eorum per patiētiam augeatur, sicut de sancto Thob. 1. 2.
Iob constat, & ex eo liquet quod Raphael dixit Thobiæ. Thob. 12
2. ¶ Ad uirtutum custodiam, ne quis in superbiam &
alia peccata incidat. sic Paulo datus est stimulus carnis, 2. Corin. 12
ne magnitudo reuelationum extolleret ipsum.

3. ¶ Veniunt morbi etiam in pœnam peccati, sicut Ma
ria Moysi soror, lepra infecta est, eo quod murmurauer- Nume. 12.
at contra Moysen, & hic de paralytico.

4. ¶ Ad manifestandam gloriam dei, sicut ipse testa- Joh. 9. 11
tur dominus de cæco nato & Lazaro.

5. ¶ Ad initium pœnæ æternæ, sicut Dathan, Chore Nume. 16.
& Abiron uiuētes sunt absorpti. & Herodem percussit an Actuū. 12.
gelus, unde à uermib⁹ absumptus perīt misere. De huius-
modi ægrotantibus ait propheta: Duplici contritione Jeremi. 17
contere eos. (extende ita ut placuerit, quia ut uulgare,
ita facile est, & secundum propositum adplicari potest ad

alias quoq; tribulationes, puta peſtis, famis, belli, inclemẽtiæ aeris &c̃.quamuis & naturaliter eueniant.)

4. ¶ Magnificum & multum conſolatorium hoc Chriſti uerbum audientes quidam de ſcribis, dixerũt intra ſe: Hic blaſphemat. Quo animo & adfectu, pulchre exprimit Marcus: Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? Lucas quoq; ipſum non tacuit, quoniam inauditum erat Iudæis, hominem dimittere peccata, & poteſtas illa oñibus retro ſeculis audita non fuerat, donec lex euangelica in terram demitteretur. Nôrant Iudæi illud dictum à domino per prophetam, Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Nôrant ſacerdotibus ſuis magna commiſſa data'q; eſſe priuilegia diuinitus, ſublimemq; poteſtatem traditam. Obtulerunt illi ſacrificia, & deprecati ſunt pro populo, confeſſionem apertam propoſuerunt, benedixerunt, conſecrârunt omnia, decimas & primitias receperunt, nullam autem poteſtatem dimittendi peccata habuerunt. nondum enim uenerat uerus ille clauiger & artifex, qui claues poſſidet ad regnum cælorum, quas in ardẽtiſſimo ſanguinis ſui feruore candẽtes parauit in ara crucis, eas'q; Petro & apoſtolis commendauit iam plane inſtauratas in die paſchæ, quando dixit diſcipulis ſuis: Accipite ſpiritum ſanctum. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. quæ maieſtas atq; poteſtas inaudita priſcis fuit ſeculis, nunc'q; primum à deo collata hominibus tempore gratiæ & nouæ legis. Quamuis hic quoq; ut in alijs, ingrati ſunt neochriſtiani deo, clamantes cum Iudæis, deum ſolum remittere poſſe peccata, ſacerdotem hic nihil facere. Hæc iſta ueterum eſt crocitatio coruorum, non agnoſcentium gratiã dei, meritum Chriſti & dignitatem noui teſtamenti legis noſtræ euangelicæ. Iudæi adhuc ſunt illi, dum non uidẽt Chriſtum hanc poteſtatem contuliſſe hominibus. Atque ideo ſancti patres differenter loquuntur de remiſſiõe peccatorum. primum enim de ea loqui poſſumus, ut de illo qui principaliter peccata dimittit, id'q; propria uirtute tan'q; ſummus ille & præcipuus, qui primã ſupremã'q; habeat dimittẽdi pctã poteſtatẽ, is'q; q pctõ offenditur, ẽ de'.

Marci. 2
Luce. 5

Iſaię. 43

Sacerdo. ve. leg.

Nume. 6
Leuit. 9.

Matth. 16
Johan. 20

Remiſſio peccatorũ

2. ¶ Peccata dimittit quispiam tanq̃ is, qui noxam seu culpam pro illo soluit, atq; ideo eminẽtius penes eum est potestas remittendi peccata. atq; is Christus ipse est. Quo facit illud dictũ Augustini, Nemo tollit pctũm nisi Christus, qui est agnus dei tollens pctã mundi. Neque dissentit hinc Ambrosius, quum ait: Solus ille remittit nobis pctã, qui pro peccatis nostris mortuus est. Augustinus Johan. 1 Ambrosius

3. ¶ Potest & adhuc dimittere aliquis peccata tanquã minister & uicarius, à uero domino in eam potestatem repositus. sic sacerdotes dimittunt peccata per sacramentum pœnitentiæ, quod efficaciam & uirtutem suam habet ex merito passionis Christi. Sic ait Augustinus, Confitẽtibus possunt ignoscere sacerdotes, quia qbuscunq; illi remittunt peccata, ijs & deus remittit. Siquidem & Lazarum iam à morte rediuiuum apostolis dedit soluendum, innuens potestatem soluendi presbyteris esse contraditam. in hoc enim alibi dixit, Quicquid solueris super terram, erit solutum & in cælis. hoc est, Ego deus cũ omni meo cælesti exercitu, sanctisq; meis oñibus in gloria mea ratum adprobo uobiscum, quicquid uos uel ligaueritis uel solueritis. (solet aliâs breuib⁹ dici, Triplex est clauis: autoritatis, & est dei: excellentiæ, & est Christi: & ministerij, quam habet sacerdos minister dei & ecclesiæ) Nos iam depreçemur dominum, ut nobis quoque gratiæ suæ consolationem impartiri dignetur, quatenus remissis nobis omnibus peccatis, post hanc uitam illam consequi mereamur æternam, Amen. Augustinus Johan. 20 Matth. 16

HOMILIA ALTERA EIVSDEM *dominicæ XX.*

OBlato sibi paralytico, dixit dominus: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Id audientes scribæ, CHRISTVM insimulârunt blasphemiæ, rati ipm hominem esse purum, neque illius agnoscentes diuinitatem. Ipse uero cõprobare uoluit æqualem esse se deo patri, & non blasphemum, quamuis dixerit se deum esse. blasphemia enim iuxta Ambrosium, est impositio falsi criminis in deum, aut attribuendo ei quod non cõuenit, Ambros.

aut auferendo quod ad eum pertinet, aut attribuēdo cr̃aturæ quod solius dei est.

¶ Atq; hac ratione dominum blasphemum hic putabant esse Iudæi. Sed ille uicissim superiorem suum sermonem cōfirmauit hic alio nouo signo, quoniam sit ipse æqualis deo patri. Quis enim inter homines scit quid sit in homine, nisi spiritus qui in eo est? Solus siquidē deus scrutatur renes & corda. At Christus animaduersis eorum cogitationibus, dixit illis: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid facilius est dicere, Remittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? uidit utiq; cogitationes eorum dominus, iuxta illud Sapientis: Oculi dñi multo plus lucidiores super solem, circunspicientes omnes uias hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Ita hic respexit dominus cogitationes Iudæorum, & ait: Quid cogitatis malum? Vere enim malum cogitabant, dum illum deum non credebant, qui diuina tamen sibi opera adrogabat, cuiusmodi est remissio peccatorum, nisi suspicabantur ipsum esse blasphemum. Dominus autem qui uidebat cogitationes eorum, ueluti sic dicere eis uoluit: Eadem tum uirtute, tum maiestate, qua uestras intueor cogitationes, possum etiam dimittere peccata. Idipsum alio adhuc probat argumento, dicens: Quid facilius est dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? Eadem hæc utiq; est potestas soli deo concessa, licet altera sit maior existat, ut anima corpore dignior est. Quando igitur ita sanare corpus uerbo unico, tantum uirtutis est diuinæ, nunquid & cura & salus animæ solius erit diuinæ potestatis? facilius siquidem est curare corpus quàm animam, eo quòd illud non resistit, sicut anima diuinæ bonitati ponit obicē. Et quid multa? noluit hic auferri sibi dominus potestatem suam curandi animas hominum, sicut de eo prædixerat angelus, Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

¶ Obiiciet autem aliquis: Quum maius sit curare animā quàm corpus, quō hic dominus probare conatur ex eo, q̃ infirmum sanabat, se etiam illud posse quod maius erat, quando etiam illi sancti ueteris testamenti miracula quidem operati sunt, peccata autem non dimiserunt? Respō

Psalm. 7
1 Corin. 2
1. Para. 28
Roma. 5
Eccl. 13
Beda.
Augustin.
Matth. 1

detur: Etsi uere hoc minus sit sanare corpus quàm animam, tamen coram oculis nostris difficilius uidetur uerbo unico sanare corpus: ideo hic testatus est suam diuinã uirtutem, quæ quando hic præsens extitit, procul abfuit omnis blasphemia. Quasi igitur in hæc uerba dicere uoluit dominus: Ego ex corporis cura fidem uobis facio, q̃ animam sanem, per rem minorem quidem, sed quæ difficilior uideatur, confirmans sic etiam peccatorum remissionem, quæ magna quidem est, sed facilior uobis uidetur. Theoph.

2. Etsi dominus non aperte potestatem suam manifestauerat superiori sermone, eo quòd non dixerat, dimitto, sed dimittuntur tibi peccata, inimicis tamen urgentibus, manifestius iam suam potestatem ostendit, & ait: Vt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Inter dicere (inquit Hieronymus) & facere, multa distantia est, utrum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat qui dimittebat, surgere autẽ & ambulare eum tam ipse, quàm alij uidentes adprobabant. factũ itaq; est signũ illud corporale, ut crederetur spirituale, remissio scilicet peccatorum. Chrysost. Hierony.

¶ Quur autẽ factum hoc tam diligenter sit à tribus descriptum euangelistis, ipseq; adeo dominus tanta euidentia probare uoluerit potestatem esse sibi dimittendi peccata, sancti patres rationem adferunt ex ipso fundamento scripturæ: quoniam propter hanc potestatem manifestandam totum omnino scriptum est euãgelium, & si hic aliquod exoriretur dubium super illa potestate, tam grauiter eam confirmare uoluit dominus, tamq; diligenter factum id totum descripserunt tres euangelistæ, quomodo & quartus ille testis miraculorum Christi, Iohannes dicit: Scripta sunt hæc, ut credatis quia Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Et ecce quàm pulchre conueniunt illa, quæ hic dicit, omnia. primum ait, ut sciatis quia filius hominis, en primum hoc, quod & obseruauit Petrus cum dixit: Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, recipere peccatorum remissionem in nomine ipsius, ijs qui credunt in eum. Deinde potestatem suam cõmemorat in cælo & in Iohan. 20. Actuũ. 10.

Matt. vlt. terra, locum quoq; subindicans & dicens, peccata se dimittere in terra non minus quàm in cælo. Quando igitur potestatē hāc dimittēdi pctā habuit Christus filius hominis hic in terra, ne indignentur neochristiani illum potestatem hanc etiam communicasse apostolis, tanquam ministris & uicarijs suis, quibus antequam potestatem illam traderet, dixit: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Missus
Johan. 20 ille fuerat in hunc mundū ad remittenda hominibus peccata sua. Itaq; & apostolos dum ablegauit potestatem illis dedit dimittendi peccata. Atq; hoc forsitan illud est, qd eodem penè filo prædicationem suam exorsi sunt, Iohā-
Matth. 3 nes Baptista, Christus & apostoli, in hunc modum: Pœni-
Matth. 4 tentiam agite, adpropinquabit enim regnum cælorum, quibus uerbis & Christus & apostoli principio sui sermo-
Actuū. 2 nis usi sunt. ita enim Petrus cœpit dicere, Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum, atq; sic recipietis donum spiritus sancti. O uere immensam & superaffluentem dei misericordiam, qui potestatem tātam dedit hominibus, signum elargitus certissimum, sacramētum illud pœnitētiæ, unde certi fiamus de remissione peccatorum, modo ne sacramento tanto obicem ipsi ponamus. Atq; ideo tam efficaciter probauit hic dominus potestatem illam remittēdi peccata. utinam modo neochristiani plus tribuerent huic potestati clauium, quàm faciūt homines temerarij & impudentes, qui tantis audēt detrahere mysterijs.

3. ¶ Porro iam ualidius diuinitatem suam confirmat dominus per miraculum tantum, & imperiose dicit: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. In hunc modum operari miracula solius dei est, sic propria imperare uirtute. Operantur nanq; & sancti quidem miracula, sed quicquid est quod faciunt illi ab oratione seu deprecatione parum differt, quam conentur tantum precibus suis quod uolunt impetrare apud deum, sicut Elias, Eliseus & alij fecerunt. Atq; ut maxime etiam sancti nonnunquam operantes miracula, usi sint uerbis imperatiuis, idipsum tamen quoq; non propria fecerunt uirtute, sed tantū po-
Actuū. 5. testate Christi: quomodo Petrus Ananiam & Sapphiram

uerbis tantum occidit, multiq; alij sæpe dæmonijs imperarunt, ut secedant ab obsessis in nomine Christi domini sui. Christus autem quia propria sua potestate hic præcipit paralytico, ut surgat, suã professus est diuinitatẽ: neque multo aliter q̃ aliquis institutũ suum sigillo proprio aut literis proponit, sic Christus potestatẽ suã miraculis uelut signo suę cõprobauit diuinitatis, diuineq; uolũtatis, quoniam deus uoluntate sua non ferret subsidium errori alicui ad quicquam supernaturaliter operandum, sed hic solo uerbo paralytici anima priores adsequuta est uires, ut iam ille suum portaret lectum, in quo paulo antea iacuerat dissolutus. Sic, sic inquam lectus illi argumẽto & probationi fuit suæ sanitatis, qui sibi antea signũ fuerat infirmitatis. Ideo aũt iniunxit ei ut lectũ gestaret in domũ suam, partim ne multi non signũ uerũ, sed phantasma factũ dicere auderent, partim ut uideret populus ciuitatis illius magnitudinem miraculorum dei, qui magna utiq; hinc tenebatur admiratione, dum oñibus notum uidebat sub lecto incedere, qui antea in illo fuerat portatus, quiq; iam ut ille canit, Vectorẽ ipse suũ grata mercede reuexit. Atq; faciebat hoc plurimum ad honorem & gloriam dei, ut sic plurimis hominibus manifestaret. Et ecce quàm idẽ plane & unum in deo est, dicere & facere, iuxta illud Dauidis: Ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Oñia quæcunq; uoluit dominus, fecit. Statim igit ad illud Christi uerbũ surrexit & abijt in domum suam, obediens ei q ipsum curauerat medico. Cæterum mittit ille eũ, cũ sanasset in domũ suã, partim ut humilitatẽ ostenderet, q; eum nõ retinuerit, partim ne multi nõ signũ uerũ, seu phantasma factum dicere auderent. Nullum unq̃ uel cæcum uł paralyticum, uel dæmoniacum curatum, uel resuscitatum à se mortuum discipulum adsumpsit dominus. Multa quidem corã discipulis suis operatus est ille miracula, in corporibus tñ eorum nullũ exhibuit ratiõe alicuius ægritudinis, sed in anima bñ, sicut miraculose sibi attraxit Matthęum: in amicis eorũ, ut in socru Petri, quã sanauit à febribus. Petrũ q̃q; ipsum fecit capere pisces, calcare aquas maris, cuius etiã uẽtos & fluctus uerbo cõpescuit, sed in corporibus eorũ nullum unquã curauit morbum, sed magna

Hieron.

Theoph.

Sedulius.

Psal. 148

Chrysost.

Matt. 9. 8
Luc. 5
Matt. 14
Matth. 8

humilitate quotquot sanauit, à se statim amandauit, sicut hunc ipsum paralyticum.

4. Videntes autem turbæ (quæ in ædibus illis erant tantæ, ut non liceret paralyticum hunc per fores, sed per tectum solum inferre, demissum) timuerunt, admirabundæ scilicet & merito quidē, aduersarijs Christi iam ex miraculo tanto confusis, laudauit populus deum, ex cuius uerbo & imperio solo infirmus iste sanitatē recepit. Quis enim non obstupescat attonitus ex tam magnifico facto, quādo etiā propheta exclamat, Quis nō timebit te ō rex gentiū? Et bene notandū est quod ait euāgelista, quia glorificauerunt deū, qui potestatē talē dedit hominibus. Qui sic? inquies, quoniā uolebant scribæ nullum hominem habere potestatem dimittendi peccata. Iam uero quādo probauerat hoc Christus uirtute propria potestatem habere se dimittendi peccata. siquidem & potestatē habeat uerbo curandi paralyticū, idq; ipsum facto præstiterat, cœperūt laudare dominum deū, qui potestatem tantā remittendi pctā, & infirmos curādi dederat Christo, quē pus adhuc credebant esse hominē. Quod si rem melius expendissent, uidissent eum quoq; filium esse dei: tunc tamen temporis satis erat illos plus aliquāto sentire de Christo, quàm quolibet alio homine, quodq; profitebātur aliquid diuinum de eo quem à deo esse dicebant. sic enim & Nicodemus primulum non plus tribuit Christo, nisi quia dixit: Scimus quia à deo uenisti magister ita illi cognoscentes miraculum tantum non posse nō à deo esse, glorificauerunt deum, iuxta illud Sapientis: Glorificātes dominū quantum cuiq; potueritis, superualebit adhuc & admirabilis magnificentia eius. sic Dauid, Laudem inquit, loquet os meū, & bñdicat omis caro nomini sancto eius. Docet idipsum nos quoq; euangelicus propheta Isaias, inquiens: Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & super altitudinē bonorum domus Israel, quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Beda historiam hanc mystice quoq; exponit, in hūc modū: Aegrotū ex lecto surgere, est animā sese abdicare à uoluptatū carnaliū illecebris & sordib⁹ peccatoꝝ. Quāobrē & Paul⁹ pctōri loquens, dicit: Surge q

Jeremi. 10

Johan. 3

Eccl. 43

Psal. 144

Isaiæ. 63.

Beda.

Ephe. 5

dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Lectum autē gestare non aliud est, quàm carnem per abstinentiam restringere, atq; in spe remunerationis cælestis corpus segregare à uoluptatibus carnis. Redire uero in domum quid est nisi in paradisum reuerti, quem perfidia diaboli amisimus? neq; enim hic ullam habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. (facilimum est iter per symbola) Aegrotantem peccatorem iubet deus per pœnitentiam resurgere, suumq; gestare lectulum, hoc est, carnem domare peccatricem. Quò respiciens etiam Dauid, dixit: Vniuersum lectum eius uersasti in infirmitate eius. Quilibet peccator carne sua tantopere sibi deum concilier, in illa tantum deo seruiat, quantum antea seruierat per eam peccatis, ingrediatur domum suam per contemplationem piam, meditetur quàm contemptum, sordidum, lutulentum & caducum corpus habeat, cibum & escam uermium. Atq; omnino, iuxta illud Nahum: Intret in lutum & calcet, subigens teneat laterem. Si uis huiusmodi complura alia inferre, uide Hugonem in additionibus de 4. dieris. Si uis, fac sermonem de naui ecclesiæ, quæ magnis quatitur fluctibus à tyrannis, ab hæreticis, ab hypocritis, persecutione, errore, prauo opere. In ista naui secure nauigat ecclesia gubernaculo fidei, ancora spei, uelo liberi arbitrij, flante uento spiritus sancti, remigantibus angelis, Christo nauclero, erecto malo sanctæ crucis, deferuntur chori iustorum ad portum tranquillū paradisi. Extende sicut placet, in symbolis iter facilimū. Aut per nauem intellige nauem pœnitentiæ, ad quam inducuntur peccatores: per nautas, sacerdotes. aut qui iam in mari fluctuant peccatorum, in hanc nauem conscendāt pœnitentiæ per gradus contritionis, confessionis & satisfactionis, cibentur pane nauali eucharistiæ, contra malos uentos tentationum, ancora fiducie in deum se firment, uelum mentis aperiant inspirationibus & flatibus spiritus sancti. Erigant uexillum sanctę crucis cum crucifixo, & huic robur nauis credant, cū omnia bona opera ex passione Christi habeant efficaciam. implorent angelos custodes nauis, inspiciant compassum fidei, nauticum cantent laudem domini, dirigant nauem temone discretio-

Hebręi. 13.

Psalm. 40.

Nahū vl.

nis, remos trahant præceptorum dei, opere illa implendo, caueant monstra marina & Sirenes cantus dulces, uoluptatis illecebras, ne antiqua peccatorum aquæ nauem ingrediatur, obstruenda sunt foramina prauæ consuetudinis, & occasiones peccatorum excidendæ, eijcienda omnia quæ nauem onerando dimergunt, uelut iniuste acquisita & possessa restituenda &c. Vide Keyserspergium, & libellum nostrum.

DOMINICA XXI.

A FERIIS PENTECOSTES, *euangelium Matth.* XXII.



Luce.14. Apo.19

IN illo tempore dixit Iesus turbis: Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterũ misit alios seruos, dicẽs: Dicite inuitatis: Ecce prãdium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autẽ neglexerunt, & abierũt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationẽ suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderũt. Rex autem cum audisset, iratus est. & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ

Supra. 21.

sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, cō gregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi autem sunt uocati, pauci uero electi.

HOMILIA PRIMA.

Sequentem hanc homiliam habui Monaci, ubi est regia ducum Bauariæ, Anno M. D. XXII. Dominica proxima ante festū sancti Martini, ideoq; de uerbo ad uerbum huic loco inserta est.

In nomine tuo dulcis Iesu.
Aue Maria.

NOn satis est charissimi, euangelium secundum literam tantum audire: siquidem quantulum foret quod hinc fidei tuæ accessurum fuerit roboris, & operibus bonis profectus in charitate dei & proximi? Ac proinde oportet claram & dilucidam habere sancti euangelij interpretationem & intellectum, ad emēdationē uitæ uniuscuiusq;. Profecto em̄ nō sine magno spūs sancti cōsilio & peculiari ratiōe scriptura sancta sub aliq̄ uelamine occultata & prodita est uerbis absconditis, nec

Augustin. cuiuis uel erutu uel intellectu ita facilib⁹, ficut multis declarat Augustin. in lib. de doctri. Christiana. Siquidem non Iudæi, imò nec apostoli semper Christum intellexere loChrysost. quentem, quod hinc inde contextus nobis declarat euansup Matt. gelicus. Quicquid igitur uelatũ est, deregi oportet, sicut Christus ipse allegoriam nobis exposuit de semine, cui
Johan. 2 omnes intelligentiæ suæ uires deinceps intenderunt san-
Matth. 13. cti patres, ut absconditum illum sancti spiritus sensum eru-
Johan. 12. erent, quo labore uitam ipsi meruerunt æternam, iuxta
Eccl. 14 promissum illud: Qui me elucidant, uitam æternam habebunt. quamuis ea sibi sapientia nunc uidentur esse Lutherani, ut cæra illius operam intelligant quicquid us-
Isaiæ. 40 quam scriptum est. Sed miseri fallent seipsos, & insolens ipsorum temeritas perdet eos corpore & animo. Quapropter principio allegoriæ hui⁹ breuẽ ꝓponem⁹ expositionẽ, deinde aliq̃t illi⁹ uerba introspiciem⁹ & explicabimus.

Isaiæ. 32 ¶ Atq; ut negocium hoc breuiter adgrediamur, ex sen-
Psalm. 18 tentia sanctorum patrum rex ille deus pater est, qui filio
Apoca. 19 suo in diuinis nuptias parauit in carne, cum ecclesia san-
Jere. 44 cta: & misit seruos suos patriarchas, sed noluit mũdus uenire ad ueram fidem, cõtaminatus totus in peccatis & ido-
1. Corin. 3 lolatria. Iis itaque nihil proficientibus, misit alios seruos prophetas, Iohannem & apostolos, sed ne illos quidem recepit mũdus, quin & homines mali, inhiantes honoribus & bonis magnis, quosdam ex eis occiderunt, Zachariam, Isaiam, Iohannem, Stephanum, Iacobũ apostolũ, ipsum'q; adeo regem Christum. Indignatus hinc rex dominus deus, cum exercitu suo misit Titum & Vespasianum, qui Iudæos quos nõ occiderant uendiderunt, Ierusalẽ & alias Iudææ ciuitates deuastârunt, tandem'q; rex dñs seruos suos apostolos, discipulos, alios'q; prædicatores in uicos misit
Matth. 13. gentium per uniuersum orbem, & ingressi sunt per fidem in ecclesiam boni & mali. Intrans autem & dominus per iudicium, inuenit in ecclesia nõ habentem uestem nuptialem, hoc est, charitatem & gratiam dei, eum per ministros suos angelos eiecit in tenebras exteriores inferni. Atq; hic breuiter omnis est sensus parabolæ.

DE REGNO CAELORVM.

¶ Nunc iam aliquot euangelij huius uerba melius excutiamus, idq; ex consuetudine sanctorum patrum, Augustini, Chrysostomi, Cyrilli, Gregorij, & aliorũ, primumq; statim exordiamur à principio, quando dicitur: Simile factum est regnum cælorum homini regi, Matth. 22. Nomine regni cælorum non intelligitur hic locus beatorum, sed ecclesia hic militans in terris. Et ne hoc mirum tibi uideatur, fac memineris illi⁹ quod iam paulo ante præmonui, multa inuoluta & obscura esse in sacris literis, adeo ut non qs quis in manus illas sumit, statim intelligat, quod nũc incepte præsumunt Lutherani. Atqui manifeste hoc adfirmat & probat Gregorius in quadam homilia super euangelio de decem uirginibus, quarum quinq; erant fatuæ, & quinq; prudentes. Gregor⁹. Matth. 25. ait enim: Dum regnum cælorum constat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis uirginibus quur simile esse perhibetur? sed sæpe in sacro eloquio regnum cælorum præsentis temporis ecclesia dicitur, in qua fideles omnes instar uirginum Christo domino sunt desponsati, testante etiam Apostolo. Virginum autem quædam sunt fatuæ, quædam prudentes, & ex fidelibus boni alij, alij mali, quod ex hoc quoq; liquet euangelio, quoniam serui quosdam in uicis inuenerunt bonos, quosdam malos. Cõstat autem quòd nihil coinquinatum ingrediatur in regnum cælorum. Et quamuis interdum ecclesiam intelligimus congregationem iustorũ ab Abel usq; ad ultimum iustum, sicut pulchre docet Augustinus in libro 10. de ciuitate dei, & Gregorius super euangelium Matthæi 20. attamen peculiariter ecclesia regnum dicitur cælorum tempore gratiæ iam post aduentum Christi, atq; hinc est q⁹ & in quinq; libris Moysi & oñibus scriptis prophetarum, in psalmis & alijs ueteris testamenti libris ecclesia quidem non semel exprimitur, sed illa nũquam regnum uocatur cælorum. usq; adeo appellatio illa & nomenclatura reseruata est ad ortum euangelicę legis, ubi primum Iohannes, inde & Christus regnum cęlorum adnunciauit, multisq; parabolis dominus loquẽs plebi, ecclesiam uocauit regnum cælorum, ut Matthęi 13. 20. 22. & 25. siquidem in ecclesia regnat Christus per gratiã & sacramẽta, ita ut extra illã nemini sit sperãda salus.

2. Cor. 11. Apoca. 21. Augustin. Gregor⁹. Matth. 3.

DOCTRINA EX PRAEDICTIS *collecta.*

¶ Age nunc tibi constat regnum cælorum dici ecclesiã. Videamus porro quid hinc discas atq; in mores & uitam tuam accommodes. Hoc inquam discę ex his, ecclesiam ibi regnum esse cælorum, ubi ueritas dei regnat, non fraus, non falsi errores, non hæreses tyrannidem obtinent. Ne ergo somniet & opinetur quis ecclesiã hactenus mille & aliquot annis errasse usq; ad Lutherum, quod quidam turpiter errantes persuasum habent, adeo ut etiam superiori septimana dixerit quidam, Male se pœnitere, non suos quoq; parentes ad Lutheri tẽpora peruenisse, sicq; misere in erroribus demersos periisse, sicut cæteri sui seculi homines interierunt. O uesaniam, ò furorem & amentiam hominis, confitentis parentes suos aberrasse procul à fide, atq; proinde æternum damnatos. O cæcitatem obstinatam. Ob unum ne perfidum monachum parentes tuos ipse ad inferos detrudis? Sed tu mihi hic oculos mẽtis tuæ paulisper adcommoda & aperi, uidebisq; non parentes tuos, sed te, te inquam ipsum in medio errorum luto hærere demersum, dum non credis ecclesiam esse regnum cęlorum, sed illam facis regnum inferorũ, ubi errores, hęreses, & omnia mala dominantur. Nihil errat ecclesia in iis quæ sunt fidei, sed tuus ecce Lutherus & hæretici in erroꝛ cœno ut sues prouoluuntur. Apostolis dixit Christus: Ecce
Matt. vlt. ego uobiscum sum usq; ad cõsummationem seculi. Quod si itaq; semper prẽsto adest ecclesiæ suę dominus, sicut hęc
Epist. 80 uerba Augustinꝰ ad Esitium intelligit, qua fronte ecclesiam infimulabis errorum? Ego pro te rogaui, inquit alibi dominus, Petre, ut non deficiat fides tua. Tu itaq; eccle-
Luc. 22 siam sequere, cuius fides non deficit, sicut Lutheri tui utroque claudicat pede.

DE NVPTIIS FILII REGIS.

¶ Mitto hic breuitatis gratia, quid sibi uelit expositio regis, eo quòd homo dicitur. Sequitur, Rex ille fecit nuptias filio suo. Triplices inuenio in sacris literis nuptias filij dei. desponsatus enim ille est primum humanitati, deinde

tuiusque boni hominis animæ, mox & ecclesiæ sanctæ. Nos autem quando iamiam ecclesiam hic intelligi diximus per regnum cælorum, de illis tantum nuptijs dicemus, quas contraxit Christus cum ecclesia: quoniam & de ijs solum dicit euangelium, & loquitur Paulus ad Ephesios. Quod ut intelligatis melius, scitote quia sicut Apostolus illum carnalem Adam uocat primum hominem in paradiso, & Christum cælestem appellat Adamum, ita etiam coniunctio primi Adæ cum Eua in paradiso, matrimonium significat illud magnum & sublime sacramentum Christi & ecclesiæ. Ecce autem Adam primus cælestis, hic terrenus, ille pater omnium nostrum extitit secundum generationem, hic parens noster est secundum regenerationem baptismi. Adam & Eua parentes nobis fuerunt omnibus, Christus & ecclesia fidelibus tantum: quia extra ecclesiam nemo cum fructu renascitur, nisi per baptismum Christi, quamuis illum etiam hæretici præstant. Sicut autem Eua illa prima desumpta est ex latere Adæ dormientis, ita altera hæc nostra Eua ex latere Christi in cruce sopiti exædificata est, profluentibus inde fluentis sanguinis & aquæ. Præterea quemadmodum Eua ex costa Adæ sumpta est, costa autem ossea est & robusta, sed in illius locum carne latus impleuit dominus deus, caro autem flexilis & debilis est: sic quoque altera Eua, ecclesia sancta, facta est ex costa, hoc est, fortitudine Christi, ex cuius plenitudine oēs accepimus. & sacramenta oīa & oīa opera bona quæ fiunt in ecclesia, cūcta hæc uirtutem, efficaciam & meritum habent ex merito passionis & mortis CHRISTI. siquidem omnis sufficientia nostra ex deo est, nec sine eo possumus facere quicquam. uicissim à nobis CHRISTVS habet carnem, in qua passus & mortuus est.

Ephe. 5. 1. Cor. 15. Ephe. 5 1. Cor. 15. Gene. 2 Johan. 19 Gene. 2 Johan. 1 2. Cor. 3. Johan. 15

¶Sed uis ne uidere robur & fortitudinē nostri Adæ? Ecce in principio erat ỳbū, & ỳbū erat apud deū, & deus erat ỳbū. Vis adhuc aliud sue fortitudinis argumentū? Omnia per ipm facta sunt, & sine ipso factū est nihil? q̄d q̄ factum est in ipso, uita erat. Vis insuper illius cognoscere infirmitatem? audi q̄d Iohānes ait: Verbū caro factū est. Atq; ea ferè de causa se dominus gallinæ comparat, quū

Johan. 1

Matth. 23 inquit: O Ierusalem Ierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Gallina inter omnia uolatilia infirmatur, non quum oua ponit, sed dum pullos fouet, tum grauiter laborat, debilitatur, mutat uocem tantisper dum educat pullos, idq; nulli aliarum auium contingit. Sic Christus quũ nos uiuificaret gratia sua & sacramentis, debilitatus est instar gallinæ in supplicijs suis tãtis, dum nos subduxit alis suæ crucis, in qua expansis pendebat brachijs. Atq; hoc modo iam intellectus nuptiarum istarum patet, & sensus illoꝝ verboꝝ: Regnum cæloꝝ simile factum est homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

QVID INDE NOBIS SIT *discendum.*

¶ Docemur hinc nos manere cum sponso nostro Christo, quem non est quòd uel penes Wuicklephum, uel apud Lutherum quæras, sed cum sua sanctissima sponsa ecclesia catholica, extra quam ubicunq; illum quæsieris, inani labore consumeris. Monuit hoc idem nos dominus diligen

Matth. 24 ter apud Matthæũ: Si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. surgent eñ pseudochristi & pseudoprophetæ. Tãtum igitur penes ecclesiam sanctam fac quæras Christum in ijs quæ sunt fidei. ipse te seduces, si ad Lutherum uel aliorum hæreticorum conciliabula curras, quæsiturus ibi dominum.

DE SERVIS A REGE MISSIS.

¶ Et misit rex ille seruos suos qui uocarẽt inuitatos ad

Matth. 22 nuptias, idq; hic ter commemoratur ob triplicem legem, naturæ, Moysi & gratiæ. Paucis tamen comprehendẽdo plurima, serui illi sunt patriarchæ, prophetæ, apostoli, & omnes prædicatores ueræ ac Christianæ doctrinæ, non ij q̃ seducunt simplices, ut sunt Lutherus & sui similes. Seruos autem eos hic uocat dominus, ut & alibi in multis locis, quum ait: Euge serue bone & fidelis. Aliâs amicos di-

Matth. 25 xit, ut apud Iohannem: Iam non dico uos seruos, quia ser-

Johan. 15 uus nescit qd faciat dominus suus. Vos autem dixi amicos, qa omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis. Inter-

dñi etiã fratres appellauit, ut cũ mulieribus ad se ueniẽtibus diceret: Ite & adnũciate fratribus meis, ut eant in Galilæã, ibi me uidebunt. Simile fuit q̃d dixit Mariæ Magdalenæ. Inuenias porro ubi filios dei eos uociter, & cohæredes. dicit eñ eis, inqt Iohãnes, ptãtem filios dei fieri. & Paulus ait, q̃ si filij dei sumus, etiã hęredes. hęredes q̃dẽ dei, cohęredes aũt Christi. Atq; hic seruos eos uocat, qñ seruiãt ipsi in v̄bo dei, ab initio mũdi usq; ad finẽ, donec impleat numerus bonor̄ fratrum. Tantumq; de hac ipsa euangelij parte. Supereſſet adhuc nonnihil dicere de triplicibus illis seruis, atq; de singulis speciatim, sed nõ licet p tẽporis angustiã, ꝓinde ad uitæ nostrę emẽdationẽ progrediamur.

Matth. 28
Johan. 20
Johan. 1 Romas.
Apoc. 6.

QVID NOBIS HINC SIT DOctrinæ colligendum.

¶Discamus hic, nunq̃ defuisse neq; defectũ aliquẽ fuisse in ministris dei ad uocãdos inuitatos, sed in uocatis tãtũ. Omni tpe cuiuscunq; legis, fuerunt qui uiam ueritatis docuerint, omniumq; maxime in lege euangelica ad prædicandũ euangeliũ gratiæ dei. Pudeat itaq; Lutheranos turpiter adeo nõ prædicatores tñ bonos, sed & ecclesiã, & ipm ecclesiæ sanctæ spõsum Christũ cõuitijs & cõtumelijs proscindere, dũ ganniũt plus quadringẽtis annis nõ prædicatũ esse euangeliũ: q̃d si esset, ubinã dormitasset tãto tẽporis spatio dominus, q̃ nõ emiserit seruos, q Christianos bonos inuitarẽt ad nuptias, nisi scurras istiusmodi, quales fuere, Wuicklephus, Huss, Luther, & alij consimiles? Quin tu potius crede deũ ex sua summa tũ bonitate, tũ misericordia semper uocasse hoies, neq; passum ut aliqs penes illos eẽt defectus in ijs quę sunt salutis & fidei, cuiusmodi ferẽ præcipuũ ẽ, mittere p̃dicatores ueręq; diuinęq; ueritatis. Disce hinc ministros dei in officio p̃dicationis nõ cõtẽnere, neq; illis insidiari mortẽmue intẽtare. Illi etiã q à deo in id muneris sunt uocati, uideãt ne, sicut Mercuriales statuæ, dũ alijs uiã quã ingrediant, ostẽdũt, ipsæ suo loco manẽt immotę: ita ipsi cũ alios ad nuptias inuitẽt, excludant interim. Nosq; sic coniuncti oẽs oremus dominũ pro gratia, ut ex sua misericordia nobis donet, q̃tenus simul oẽs & serui & inuitati cum gaudio ueniamus ad nuptias feli

citatis æternæ, quam uobis unà mecum concedat Iesus Christus dominus noster, Amen.

HOMILIA II. DOMINICAE XXI. *post festum Pentecostes.*

Hieron. PHarisæi, inqt Hieronymus, intelligētes de se dici parabolas, quærebant tenere Iesum & occidere, atque tamē metuebāt plebē, quæ illū credebāt esse prophetā. Rursus aūt eis dominus bonū pro malo repēdit, ipsosq; multis parabolis erudiuit, ex quibus hæc quoq; est una, in cuius nunc expositione laboramus. Ait enim ille: Simile est regnū cælorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Gregori⁹. Luce.14 Quærit hic Gregori⁹, eadém ne sit & una historia de inuitatiōe ad nuptias hic & ad cœnā apud Lucā, tandēq; cōcludit nō esse unā, eo q hic prandiū, illic commemoretur cœna: hic, q uestē nō habebat nuptialē, eiicit in tenebras, illic nihil hmōi habeť. per cœnā igiť uita significať ęterna: hic aūt ecclesia p̄sens designatur in hac uita, quā etiā qui

Chrysost. eiicitur intrat. Simile est regnū cælorū homini regi. Qua parabola dominus docere ꝓposuit, quantā prouidentiam

Gregori⁹. & curā habuerit ergo Iudæos, significare etiā uoluit eorundem tum ingratitudinem, tum electionē, & gentium uocationem, quamuis ne hæ quidē oēs sunt saluatæ, siquidem illū qui uestē caret nuptiali, eiici oportet: quotquot autem perseuerant in uocatione & gratia dei, ii sunt qui saluabuntur, ad nuptialia gaudia peruenturi. Quō autem

Gregori⁹. præsens ecclesia regnum possit dici cælorū, Gregori⁹ aperit, cum ait: Congregatio iustorum, regnum cælorum dicitur. Quandoquidem enim dicit dominus per prophetā,

Isaię.66 cælum sibi thronum, & terrā scabellum esse pedum suorum. Sapiens quoque profitetur animam iusti sedem esse

Sapien.7 & 2.Cori.1 sapientiæ. Et Paulus Christum uirtutem ait & sapientiam esse dei. Sequitur sane ex iis tribus locis, quòd quia cælum thronus dei, & anima sedes est sapientiæ, quæ deus ipse est, anima quoq; cælum illud fit, quod propheta dicit esse dei thronum, quando non diuerso admodum sensu apostoli quoque cæli appellantur à Dauide, teste Ambro-

Psalm.18 Ambrosi⁹. sio: Cæli enarrant gloriam dei. Si itaque anima cælum est, nemo miretur congregationem iustorum regnū dici

cælorꝫ, qñ quum corda eorꝫ in hac terra aliud nec appetant, necꝫ desiderent, nisi cælestia, uticꝫ in ijs regnat dominus, non secus atcꝫ in cælestibus. Atcꝫ hoc illud regnum est, de quo Paulus ait: Deinde finis cum tradiderit regnũ deo & patri. Aut quodnam tradet Christus regnum patri in fine mundi, nisi hanc præsentem ecclesiam in terris, quam ubi tradiderit deo, officia omnia, potestates & magistratus illius desinent, sicut egregie exponit Augustinus? Regnum em̃ dei sunt illi, in qbus ipse regnat per fidem. & hoc est q̃d ait dominus, Simile est regnũ cælorum homini regi. Rex ille citra dubiũ deꝰ pater existit, de quo simul & filio suo dicit Dauid: Deus iudiciũ tuum regi da, & iustitiã tuã filio regis. Quæri aũt hic posset, quo pacto illa sibi cõstaret similitudo, cum deus pater nõ sit aliquando homo factus. Aut cur hic dominus regnũ cælorꝫ confert homini, cum pater homo nõ sit? Aut cur tandem nõ prætermisit illud, homini, ut sic melius sibi constaret parabola? Respondet ad hæc Theophylactus, & ait: Non apparet ut est, sed qualem decet, ut nobis se uidendum exhibeat. Nam quando ut homines morimur, ut homo apparet nobis deus: quando autem ambulamus ut dij, tunc stat deus in synagoga deorum. Sin uero uiuimus ut feræ & beluæ immanes, etiam sic nobis deus leo efficitur, ursus aut panthera. Eandem dubitationẽ inducit hic etiã Origenes, q q̃uis admodum sit antiquus, meminit tñ cuiusdã antiqoris se, q hoc idẽ sic sit interpretatus. Ait aũt in hũc modum: Quemadmodum proprietates hominum tribuunt deo ratione operationum, nõ qꝺ illas ipse proprie habeat in se, sed quia in hunc modum ille nostrã passibilem corripit naturam, ita in eo manus sunt & pedes, ira, pœnitentia &c. Crediderim eqdem Theophylactũ præ manibus habuisse scripta Origenis, eo quòd tria hæc quæ ipse nominat animalia, etiã Origenes expressit in Osea dicente: Ero domui Israel q̃si leœna, sicut pardꝰ in uia Assyrioꝝ. Occurrã eis quasi ursa raptis catulis. Quando igit̃ hõ creatura mitis & placida est, & in hoc euãgelio dei nobis immensa commendat̃ bonitas, nõ immerito deus pater homini comparat̃, siquidẽ & ipse benignus, misericors, multæ misericordiæ & præstabilis est super malitia.

1. Cor. 15.

83. q. 67.

Psalm. 71.

Theophy.

Psalm. 81.

Origenes.

Osee. 13.

Joel. 2.

¶Hominē dici deū, iā explicauimus. Eundē q̄q; regē re
cte appellari, uel propheta testat̄, cū ait. Dominus legisla-
Isaię.32 tor noster, dominus rex noster. & antea, Ecce in iudicio
Isaię.13 iudicabit rex, & principes p̄erūt in iudicio. quò facit etiā
illud Apostoli, Regi seculi, immortali, inuisibili, soli deo
1.Timo.1 honor & gloria in secula seculoꝝ, Amē. Fecit hic rex nu
ptias filio suo. Nuptiæ domini cū plurimæ reperiāt̄ in scri
Nuptię diuinę. pturis, è quibus tres huic nostro negocio maxime deserui
unt: ideoq; eas breuiter recēsebimus, partim ob emēdatio
nē uitæ nostræ & exhibitionē bonoꝝ operꝝ, partim pro
pter cōtemplandā immēsam illā diuinæ bonitatis miseri
cordiā. Et principio quidē despōsauit deus pater filiū suū
Johan.3 cū humanitate, quādo magna quadā naturæ humanæ di-
Gene.2 lectiōe, ut eā redimeret, ipsam illi sociauit, ut eēnt duo in
carne una, deus & hō, naturæ duæ in una Christi persona.
De hac desponsatiōe dici multa possent. siquidē ea per nu
Hester.2 ptias significata est Assueri cū regina Hester. Quid em̄ ali
ud est Assuerus, si etymologiā uocabuli spectes, nisi beat⁹?
aut qs ille uere beatus ē, nisi filius dei, beatus inquā essen
tialiter & bonus? Hic ipse nuptias anno tertio celebrauit,
hoc ē, tertio tēpore mūdi, qm̄ nec primo illo sub lege na-
turæ, neq; secūdo sub lege scripta incarnatus est, sed ter-
tio demū tēpore gratię, quādo iā uenit plenitudo tēporis,
misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege, ut eos
Gala.4 qui sub lege erāt redimeret. Recte igit̄ humanitas Christi
designat̄ per Hester, cuius appellatio significat præparatā
in tēpore, siue exaltatā ex plebe. Vere em̄ præparata illa
fuit diuina prouidētia ab æterno p̄destinata: & tamē tem
poraliter tm̄ in opere cōpleta, sicut in persona sua dicit Sa
piēs: Ego primogenita ante oēm creaturā, ab initio & an
Ecci.24 te secula creata sum. q̄ oīa intelligēda ueniūt secundū di-
uinā prædestinationē. Sed & eo q̄q; nō male Hester dicit̄,
ꝙ sit exaltata ex plebe oīm hoīm super choros angeloꝝ.
In cuius rei figurā Isaac præcepit filio suo Iacob, ne duce
ret uxorē Chananæā, sed ut proficisceret̄ in Mesopotami
am. ita nāq; etiā deus pater noluit filiū suū coniugē adsu-
Gene.28. mere Chananæā, sed patriæ suæ, hoc est, de cælo, ubi cho
Heb.2. ri erāt angeloꝝ. quod intelligēs Paul⁹, ait: Qm̄ nō appre
hēdit angelos, sed semē Abraæ. Atq; hoc ē, ꝙ oportuit eū

ex sublimibus cælorꝫ demitti in terrã, quæ recte Mesopotamia dicit, (ne quid interim curemus hic Græcum, ubi à medio fluuiorꝫ sibi nomen usurpat) hoc est, exaltatio uocationis, quoniam uere humanitas Christi tum exaltata, tum uocata est ad unitatem diuinarꝫ personarꝫ. Tunc ita q̃ deus pater fecit nuptias deo filio, quando deum ante secula fieri uoluit hominem in fine seculorꝫ: tunc uterus illi uirgineus thalamus fuit, iuxta illud propheticum: In sole (hoc est, Maria) posuit tabernaculum suũ, & ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendam uiam suam, à summo cælo egressio eius. Gregorius. Psalm. 18

¶ Inique hoc sane uidebitur comparatũ, & est illa quoq; in se inæqualis admodum desponsatio, regẽ tam & diuitem & omnipotẽtem, filium suũ dare infirmæ adeo & egenti ancillulæ. Verum in hoc magnã illius agnoscimus bonitatẽ. Nanq; inde nouimus iam gratiã dei & domini nostri Iesu Christi, qui cũ diues esset, propter nos pauper factus est, quod & admiratur propheta: Quare quasi colonus factus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Et uiator erat ille mœrendo, & quia simul fuit in Ierusalem, uiator non fuit notitia intuitiua carendo. Sed quid obsecro potentissimum illum ditissimi regis filiũ cõpulit ad ducendam ancillulam istam? nonne maxima humani generis charitas, iuxta illud prophetę, Aeterna charitate dilexi te, & ideo attraxi te miserans? Dicere quoq; possumus in ijs nuptijs feciſſe dominũ ex aqua uinũ. siquidem ex durissima lege Moysi & ex figuris, perfectã nobis fecit legẽ euangelicã, ipsamq; pro figuris dedit ueritatẽ. patribus eñ omnia contingebãt in figuris. Et quid multa? Quicũq; antea ex timore implebãt legẽ, nũc q̃ euangelij sunt, faciũt ex charitate, eo q; manus Christi nõ ita graues sunt, ut illæ Moysi. Sed de ijs nuptijs hic nihil agit. 2. Corin. 8. Jeremi. 14. Jeremi. 31. 1. Corin. 10. Exodi. 17

3. ¶ Aliæ adhuc sunt nuptiæ Christi cum anima fideli, easq; ille quotidie celebrat in conuersione peccatorꝫ, & de ijs dicit dñs per prophetã, Sponsabo te mihi in sempiternũ, & spõsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus. ita & Paulus ait, Desponsi uos uni uiro uirginem castam Christo. Has quoq; nuptias do Osee. 2. 2. Corin. 11

minus peragit magna animarũ piarũ dilectione, quamob
Exodi.20 rem zelotem se uocat, dicens: Ego dominus deus tuus, fortis zelotes nimis. Per omnia quoq; omnium propheta-
rũ scripta testatur ille zelotypiam hanc. sic enim ait per os
Zacha.1. Zachariæ: Zelatus sum Ieruſalem & Sion zelo magno, &
Isaiæ.57 item per Isaiam, iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus.
Iezech.16 rursus quoq; per alium prophetam, Fornicata es cum filijs Aegypti uicinis tuis magnarum carnium, & multipli
casti fornicationem tuam ad irritandum me. Et hoc est
Bernard. quod dicit Bernardus: Anima ipsa quæ peccat, adulteratur in deum. Neque de ijs nuptijs credo quicquam hic locutum esse dominũ. Tertiæ porro nuptiæ sunt inter Chri
stum filium dei & ecclesiam, atq; de ijs sensit in hac para-
Ephe.5 bola dominus. sic Paulus ait: Viri, diligite uxores uestras, sicut Chris dilexit ecclesiã. Et ad finẽ loquẽs ille de sacramẽ
to matrimonij, subdit: Sacramentũ hoc magnũ est, ego au
Cant.4 tem dico in Christo & ecclesia. Ita Christus ipse sponsam
Apoca.21. illam suã uocat in Canticis. Ita & Ioannes in spũ uidit Ie
ruſalem nouam descendentem de cælo, sicut sponsam ornatam uiro suo. Atq; de ijs nuptijs hæc narrat parabola iu
xta cõmunẽ doctorũ expositionẽ. Multa de illis dici possent, sed quia bona pars materiæ huius partim ad scholas releganda est, partim ad homines contemplatiuos pertinet, nõ discutiemus latius. Sed tamẽ cõstat ecclesiã cœpis-
Luc.13 se in Abel primũ, non ita q̃ sit illi etiã desponsata, uerũ
Gene.17 sic cœpit in Abraam, à quo peruenit ad Moysen, tandem
Exodi.24 post multa colloquia mutua desponsatio hæc perfecta est in Christo. Et hoc cæteri doctores paucis sic colligũt: Nu
ptiæ fiunt in natura, spũ & gloria. In natura quidẽ, quan
do filius dei naturã adsumpsit humanam. In spiritu autẽ, cum sibi spiritum hominis uniuit. Atq; in gloria, hoc est, in occulto illo diuinæ maiestatis intuitu. De his nuptijs
Apo.19 ait Iohannes: Venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendẽ
ti & candido. Præcipue autem desponsantur deo personæ religiosæ, quæ se totas deo dedũt, suæ uoluntati abrenun
ciãt, per uota spũalia peculiariter se addicẽtes Christo in
seruitutẽ. Quapropter dum inuestiunt, dici uel cãtari po

test illud: Iamiã ecce rex magnus nuptias fecit filio suo. Sic sancta Agnes exclamauit: Illi sum desponsata, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. ei soli seruo fidem, illi me tota deuotione commẽdo. Et nos iã charissimi rogemus dominum, ut ipse sibi per gratiã dignet despõsare animas nostras in hoc tẽpore, quatenus ab illo nõ separemur in æuum, q̃d omnib⁹ nobis cõcedat deus pater, de⁹ filius, & deus spũs sanctus, Amen.

HOMILIA III. DOMINICAE XXI.
post festum Pentecostes.

PArauit ecce deus omnipotẽs, dilectissimi in Christo fratres, nuptias filio suo cum natura humana & ecclesia sancta sua, misitq; seruos suos, q inuitatos ad nuptias uocarẽt, per q̃s Moysen & ꝓphetas intelligimus. (Hieronymus dicit, ꝙ si legatur seruum, referẽdum sit ad Moysen: sin autẽ seruos, ad prophetas) Et obseruate uos hic bis misisse dominum illum seruos suos, quoniã incarnationis dominicæ prædicatores adhuc futuræ prophetas, & iam transactæ fecit apostolos. Prophetas autem misisse dominum, tota undiq; plena est scriptura. Ecce enim per Ieremiã dicit: Misi ad uos oẽs seruos meos ꝓphetas, de nocte cõsurgẽs misi eos. Sic ergo Iudæi nõ crediderũt missis à deo, sed exasperauerũt eũ in deserto 40. annis, nec ỷbum dei, nec charitatẽ uolẽtes recipere, adeo ut etiã conqueratur Sapiẽs: Vocaui uos, & noluistis: extẽdi man⁹ meas, & nemo fuit q respiceret. & ꝑ Iob dicit dominus, Seruum meũ uocaui, & nõ respondit, ore proprio deprecabar eum. Post hæc alios emisit seruos apl'os. peculiariter enim Christus & apostoli ad Iudæos sunt missi, iuxta illud: In uias gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini, sed tantum ad oues quæ perierunt domus Israel. & de seipso ait dominus alibi, Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

Hieron. 7.
Gregori⁹.
Iere. 44.
Theoph.
Proue. 1.
Iob. 19.
Matth. 10.
Matth. 15.

¶ Seqtur: Dicite inuitatis, ecce prãdium meũ paraui. tauri mei & altilia occisa sunt, & oĩa parata, uenite ad nuptias. In talib⁹ (inqt Origenes) nuptijs, intellige prãdium q̃d parat, eẽ eloqum dei, ut fortia quæq; eloqorum dei, tauri intelligãt, suauia autẽ eoꝝ sunt saginata. Vt si conciona-

Matth. 22.
Origenes

tor de uirginitate p̄dicet, en turturem tibi. quod si ad eam rem inducat ueluti condimentorū loco sacræ scripturæ testimonia, ecce turturē iam saginatum. Discant hinc prædicatores conciones & homilias suas sacris literis cōdire, & uelut impinguare, illasq; populo prædicare non ex sensu tm̄, sed & uerbatim recitare, quantū memoria suppetit. nanq; si ille sua tm̄ adferat uerba, quantumuis bona sint ea, attamen adhuc arida, ieiuna & succo ac sanguine carētia sunt, nihilq; carnosæ habent pinguedinis, nihil medullæ, q̄ ex ipsis scripturæ uerbis accedit. plus semper in corde hominis operatur uiuū illud & efficax uerbū dei quàm
Hebræ. 4 hominis, attestante idipsum etiā Apostolo, cū ait: Viuus ē sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionē animæ ac spūs, cōpagū quoq; ac medullarum, & discretor cogitationū & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Gregorius porro super hac re ita sentit, ut p̄ tauros & altilia utriusq; testamenti patres accipiat. illi. n. ueteris testamenti patres, quādo poterant hostes suos & odisse & persequi, tauri fuerunt, qm̄ inimicos suos cornib⁹ impetere potuerunt humanæ fortitudinis. per altilia autem patres noui testamenti intelliguntur, eo quòd receperint hi iā internæ dulcedinis gratiā simul & pinguedinem spiritus, ita ut cōfisi de æterno illo desiderio, eleuentur alis piæ contemplationis in sublimia cælorum. Vere enim deuotio uiræ contemplatiuæ spiritualiter impinguat hominē, teste Dauide: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meū. Quia aūt & prophetæ & apostoli occisi sunt, bene dicit: Tauri mei & altilia occisa sunt. & quòd tauri homines graues atq; maturos significent, testatur nobis propheta: Tauri tui & pulli asinorum qui operantur terram, cōmixtum migma comedent, sicut in area uentilatum est. Hoc modo pinguis fuit Monica mater Augustini, quæ fumens sacramētum, tantā persensit spiritus dulcedinem, ut etiam ex terra eleuata clamaret: Eia eia euolemus in cælum. Ita nimirum homines pij, leues, agiles, & tamen pingues reddūtur intuitu diuinæ ueritatis, iuxta q̄d petijt Dauid: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, & uolabo & requiescam?
Psalm. 62.
Psalm. 54
Gregorius.
Leuit. 19

Hieronymusquoq; non discedit hic à sententia Origenis, uolens per tauros & altilia accipi debere dogmatum magnitudinem & doctrinam lege dei plenissimam. Hierony.

2. ¶ Cum uocasset iam dominus inuitatos ad nuptias per prophetas, illiq; tamen abnuerent uenire ad fidem ueram & operationem uirtutũ, uenit tandem ipse, & uocauit illos per apostolos suos atq; per semetipsum, dicẽs: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Atqui hanc ꝙq; uocationẽ mitissimã spreuerũt isti & abierunt, alius quidem in uillam suam, alius uero ad negociationem suam, reliqui autem tenuerunt seruos eius, & contumelijs adfectos occiderunt. At tu hic mihi magna uide discrimina eorum qui uenire noluerunt. sunt quidã qui cum mali non sint adeo ut cęteri, attamen ob carnalem uoluptatem minus ueniunt. siquidem suus cuiq; homini ager proprius, corpus suũ est. Sunt qui præ auaritiæ studio uenire nequeant, negociatores lucro ita insistentes, ut uultures cadaueri. Ita duo hominũ genera hic Christus ostendit, qui ad nuptias etiam inuitati nõ ueniunt, ij qui in uoluptate carnis uiuunt, & qui auaritiæ student. Neq; dissimile est quod ait Gregorius: In uillam ire, est labori terreno immoderate incumbere: in negociationem uero abire, est actionum secularium lucris inhærere. Vtrisque autem ijs deteriores sunt, qui non tantum uocatiõis gratiam excludunt, sed & uocantes se seruos persequunt. ij nimirum contempto inuitantis adfectu, humanitatem uertunt in crudelitatem & tyrannidem, occidentes illos, qui se ad tanti regis nuptias inuitârãt. Sic Isaiam, Zachariam, & alios plerosq; prophetas occiderunt, Ieremiam quoq; in speluncam seu foueam abiecerunt, atque hoc est quod Elias dixit orans ad dominum: Altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. sic Dauid inquit, Effuderunt sanguinem sicut aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. Tyrannus iste potius quam rex, Manasses Ierusalẽ impleuit sanguine innocentum usq; ad os. Et hic quoq; proprie loquitur dominus de Iudæis, deinceps tandem dicturus de gentibus. Atq; hoc ipsum est quod alibi dixit ille Iudæis: Mit- Theoph. Gregor. Hiero ny 2. Par. 24 Matth. 23 Jerem. 38 2. Reg. 19. Psalm. 73. 2. Par. vlt.

Lucę.11 Actuũ.7 tam ad uos prophetas & apoſtolos, ex ijs quoſdã occidetis & perſequemini. Stephanus quoq; dixit ad illos: Quẽ prophetarũ nõ ſunt perſequuti patres ueſtri? & occiderũt eos qui prænunciabãt de aduẽtu iuſti, cuius uos nũc proditores & homicidę fuiſtis, qui accepiſtis legẽ &c. Sic lapidãrũt Stephanũ, Paulũ uirgis & flagris ceciderũt, alios alijs ſupplicijs adfecerũt, tãtiſper dũ Ieruſalem deuaſtaretur, ipſiq; in exilium mitterẽtur, uenditis alijs, alijs occiſis. Et hoc eſt quod Paulus dicit: Maledicimur, & benedicimus: perſequutionẽ patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus: tanq; purgamẽta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema uſq; adhuc. & deinceps, Quotidie morior propter ueſtrã gloriã fratres. atq; ideo Dauid ingt, Facti ſumus ut oues occiſionis. Dices, qñ hic cõmemorat dñs illos, qui ſeruos erãt occiſuri, cur eos reticet qui ipſum occiderunt dominum? reſpõdet ad hoc Hierony. & dicit, quia in hac parabola ſpõſi ſiletur occiſio, & per ſeruorum mortes cõtemptus oſtenditur nuptiarum. Ad hæc paulo ante iã dixerat dñs parabolam, quõ coloni filium qui uerus erat hæres, occiſum è uinea proiecerint: ideoq; cõſulto hic nõ meminit occiſionis ſpõſi, autore Chryſoſtomo.

1. Cozin.11 Psalm.43. Hierony. Matth. 21 Chryſoſt. Theoph.

3. ¶ Iratus rex, ingt Theoph. mittit exercitus ſuos Romanos, qui inobediẽtes Iudæos perdiderũt, & ciuitatẽ eorũ Ieruſalẽ ſuccẽderũt. Porro ſuperius qñ inuitabat ad nuptias, & agebat opa clemẽtiæ, hominis nomẽ appoſitũ è: nunc quando ad ultionem uenit, hõ ſiletur, & rex tm̃ dicitur. Præterea obſerua illud quãdo dicit audiſſe regẽ, q̃d addixit Gloſſa, uocẽ ſanguinis. ſanguis .n. occiſorum clamat ad dominum, ſicut ille ſanguis Abel iuſti clamauit ſuper Cain. ſic Machabæus deprecatus eſt dominum, ut audiret uocẽ ſanguinis clamãtis ad ipſum. Sic ſancti illi occiſi clamarunt pro uindicta, dicẽtes: Vſq; quo ſanctus & uerus nõ uindicas ſanguinem noſtrum de ijs qui habitant in terra? Gaudent nanq; ſancti de uindicta & ultione impiorum, teſte Dauide cum ait: Lætabitur iuſtus cũ uindictã uiderit, ſicut angeli magnis tubis laudârũt dominũ, dicẽtes: Laus, gloria & uirtus deo noſtro eſt. quia uera & iuſta iudicia ſunt eius, & uindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum. Docentur hic iudices & qui in magiſtratu poſiti ſunt, pecc-

Gene.4 2.Mac.4 Apoca.6 Psalm. 57 Apoca. 19

ta publica & manifesta per se punire citra omnem adcu
sationem. Gregorius exponēs hæc uerba, Ciuitatem illo Gregori⁹.
rum succendit, ait id eo fieri, quoniam illorum nō solum
animæ, sed & caro in qua habitauerant, æternæ gehen-
næ flamma cruciatur. Sed quid hoc est quod exercitum su
um misit, nisi quia dominus omne iudicium suum per an
gelos conficit? Quorum chori quid aliud sunt, quàm no-
stri regis exercitus, unde & ipse deus Sabaoth, hoc est, uir Isaię.6
tutum siue exercituum dicitur? Atq; hoc est q̊d exercitū
uum mittit domin⁹ ad perdendos aduersarios. Potestatē
uindictæ hui⁹ ueteribus audire tātum licuit, nobis autem
iam uidere etiam licet. Vbi enim sunt stolidi isti tyranni,
qui sanctos dei martyres occiderunt? nonne perierunt
misere, & ultra hoc iā cruciātur, suppliciis deputati æter-
nis? Vbi iā sunt q cordis sui ceruicem extulerūt aduersus
conditorem redemptoremq; suum? interciderunt ut flam
ma ignis, & in flammas gehennæ coniecti sunt. Ecce au-
tem mortes martyrum in fide florent, uigentq; in memo
ria totius ecclesiæ, quiq; contra eos sæuierunt in crude-
litate & tyrannide, non ueniunt in memoriam nostram,
nisi ut mortui & damnati, sicut etiānū Iudæos cernimus
dispersos miserrime & uix uiuere, sine gloria, sine dignita
te, sine magistratibus & ciuili politia, per uniuersum ter-
rarum orbem. Et sic in alio loco dixit domin⁹: Inimicos Lucę.19
meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite
huc, & interficite ante me.

¶ Origenes ad hæreticos referens illud: Puto, inquit,
ciuitas impiorum est secundum unumquodque dogma Origenes
congregatio eorum, qui conueniunt in sapientia princi-
pum huius seculi. eam nimirum ciuitatem illorum suc-
cendit rex, tanquam ex praua ædificatione extructam.
Quotiescunque igitur uides falsum aliquod scientiæ no-
men euelli, uel eos qui ueritatem uerbis tantum profi-
tentur, dic factum esse per exercitum dei deuastātem ciui
tatem eorum, qui aduersabantur ueritati. Sic diruta &
succensa est ciuitas Iudaicæ infidelitatis, de qua Ieremias
ait: Succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis Threno.2.
in gyro. Isaias quoque in spiritu præuidit illud, dicens:

Isaię.1 succendetur utrunq; simul, & non erit qui extinguat.

4. ¶ Ait autem dominus: Nuptiæ quidē paratæ sunt, sed qui inuitati sunt, non fuerunt digni. Paratæ inquam sunt nuptiæ præparatione æternæ prouidentiæ & diuinæ electionis, condonatione etiam gratiæ dei & sacramēto incarnationis Christi, & in summa cum omnibus iis q̄ ad salutem nostram erant necessaria. usq; adeo enim bene instructa fuerunt omia in iis nuptiis, hic per gratiam,

Isaię.5 illic in gloria, ut etiam dicat per prophetā domin⁹: Quid ultra debui facere quod non feci? Sed inuitati, non fuerūt

Chrysost. digni, Iudæi. s. teste Chrysostomo, qui dicit: Illud profecto dicere possum⁹, quia & ante crucem & post crucem ad

Matth.10 Iudæos primum misit. Ante crucem enim ad oues ire iussit quæ perierant domus Israel, post crucem autem iussit

veritatem Iudæis attestari, siquidem q̄is in orbem uniuersum apostolos ire iussit prædicatur os euangelium, ta-

Matt.vlt. Actuū.1 men ante ascensionem suam peculiariter testes illos constituit esse sibi in Iudæa, Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Hinc Paulus ait: Qui operatus est Petro in apostolatū

Gala.2 circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Primum itaq; prædicauerunt Iudæis apostoli, diuque permanse-

Actuū.5 7.12 runt in Iudæa, cæsi uirgis, & sæpe inclusi carceribus, lapidato iam Stephano, Iacobo decollato, capto Petro.

¶ Sed quid hoc quod dicit dominus? Iudæi qui inuitati erant, non fuerunt digni? nōne simile est q̄d dixit ad eos

Actuū.13. Paul⁹, Vobis oportebat primū loq; uerbū dei, sed qa reiicitis illud, iudicatis uosmet indignos uita æterna, ecce trāsimus ad gentes, quoniam sic præcepit nobis dominus?

Cum igitur indignos se fecerunt Iudæi fide Christiana et ueritate euangelica, merito eos dominus lutum uocat & feces. sic enim ait per prophetam: Parum est ut sis mihi

Isaię.49 seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. O domine Iesu Christe, quamuis nos q̄que ex multitudine peccatorum nostrorum indigni sumus qui ueniamus ad nuptias, te tamen suppliciter obse-

Apoca.19 cramus, ut per gratiam & misericordiam tuam dignos nos efficias in hoc tempore nuptiis ecclesiæ tuæ sanctæ, et post hanc uitam nuptiis agni in æterna patria. Amen.

HOMILIA QVARTA ET VLTIma eiusdem dominicæ XXI.

INuitati ad nuptias Iudæi non uenerunt, eo q; indigni essent, unde aliud quiddam cõmisit seruis suis dominus, dicens: Ite in exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Fecerũt hoc ipsum serui ut iussi fuerant, uocaruntq; bonos & malos. Qui autẽ sint uiarũ exitus, interpretatur Gregorius & ait: Si in sacra scriptura uias accipimus actiones, exitus uiarum intelligimus defectus actionũ: quia illi plerunq; facile ad deum ueniunt, qs in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Origines per exitus uiarũ uarias intelligit doctrinas & errores gentiliũ, qui deuiabant à uera semita, omnes uias suas educentes à ueritate in perditionẽ & interitũ. Theophylactus quoq;, apli, inquit, uocârunt gentiles in uia uera, sed alios alio diuisos, in uijs pluribus & dogmatis discordes, imo existentes iuxta exitus uiarum, hoc est, in errore & inæqualitate multa, multis in erroribus omniumq; flagitiorum genere uersantes, alijs alia sibi cõminiscentibus, erant. n. qui ut suæ libidini fucũ prætexerent, Venerẽ credebant luxuriæ & amoris deã, unde per idolũ istud multa hominibus mala conciliauit diabolus. Auari præsidem sibi quæsiuere Plutonem, alij Iunonem, ebrij Bacchum, bellatores Martem, alij alios. Serui ita ut iussi erant, fecerunt. exierunt è Iudæa apostoli, cæteriq; discipuli Christi uenerunt ad gentiles in uias, atq; ut Salomon in plateis ait clamare sapientiam ad filios hominũ, ita & illi palam cœperunt prædicare Christũ & ipsos inuitare ad nuptias, neminem prætermittentes. iuuenes cũ senioribus, magnos paruosq;, diuites simul inuitârunt & pauperes, qm̃ sicut diabolus adduxerat ethnicos per uiam libidinis ad inferos, ita rursus apli eos per semitã iustitiæ & pudicitiæ duxerunt ad Christũ. Quæri põt autẽ hoc loco, quo tandem mõ apostoli bonos & malos uocârint ad nuptias, cũ ethnici simul omnes fuerint mali? Dissoluit hoc Hieronymus per uerba apli, qm̃ gentes naturaliter facientes ea q̃ legis sunt, cõdemnant Iudæos, inter ipsos q̃q; ethnicos infinita est diuersitas, cum sciamus alios fuisse proclives ad

Gregorius.

Origenes.

Theophylactus.

Sapien. 7

Hieronymus.

Roma. 2

uitia & ruentes ad mala, alios ob honestatē morum uir-
turibus deditos. Theophylactus arbitratur q̄sdam dici ma
Theoph. los, qui uere mali erant: alios uocari bonos, q̄ illis paulo
meliores fuerant: sic̄q; cōparati istis uere malis, boni pote
Iouinia. rant haberi. Atq; hoc eo lubentiꝰ induco, quod error ma
gnus est eoꝝ, qui dicunt infideles oēs æqualiter puniri,
cum interim hinc cōtrariū ex utraq; parte probetur. Ma-
Gregoriꝰ. gis hic mihi adridet sententia Gregorij, q̄ & ab alijs do-
ctoribus pro receptiori habetur, per nuptias illas regis p̄-
sentem designari ecclesiā, in q̄ boni & mali cōueniunt. il
lic autem apud inferos soli sunt mali, in cælo tm̄ boni re-
periuntur. hic mixta sunt omnia, instar piscium bo-
Matth. 13. norum & malorū in sagena; tantisper dū uenientes ange
li segregent malos de medio iustorum. Ita finit pater fa-
miliās ille triticū crescere cū zizania usq; ad tempus mes-
Matt. 25. sis. Quo nomine etiā regnū cælorū decē uirginibus cōpa
rat, q̄rum 5. fatuæ & 5. erāt prudentes. Sed q̄d aliud ē istud
regnū cælorū, nisi ecclesia præsens, cū non sit in illa sum
ma felicitate aliqua uirgo fatua? Valeāt igitur neochristi
ani, qui neminem malū ferre uolūt in ecclesia, & quēuis p
p̄ctūm mortale cōtendunt amittere tū fidē, tū charitatē
dei, neq; amplius esse in ecclesia. Manifesto scripturæ testi
monio hic eorum error falsitatis conuincitur.

2. ¶ Ministri dei in uia, hoc est, ap̄li ex gentilibus con
gregârunt q̄scunq; inuenerunt. cōgregare. n. opꝰ dei est,
uicissim dispergere diaboli. Sic sic ergo ap̄li alios̄q; discipu
Johan. 10. li Chr̄i gratia spūsancti adiuti per diuersitatē linguarum
cōgregarunt gentes in unitatē fidei. Lupi igitur sunt, q̄-
cunq; per fidei sectarum q̄q; multitudinē, ecclesiasticā scin-
dunt unitatē. Venturos aūt gentiles adeo multos in eccle
siam p̄uidit iam olim Dauid in spū, cum diceret: Memor
ero Raab & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ &
Psalm. 86 Tyrus & populus Aethiopum, ij fuerunt illic. sic̄q; imple-
tæ sunt nuptiæ eorū, q adcubuerunt ad mēsam, implebū-
turq; deinceps semper usq; ad finē seculi. Grego. hic pul-
chre inducit q̄dam super illud, boni & mali, cum ait: Si bo
Gregoriꝰ. ni estis, q̄diu in hac uita subsistitis, æquanimiter malos to
lerare debetis. nā q̄s malos nō tolerat, ipse sibi per into
lerantiā testis est, qa bonus nō est. Abel. n. esse esse renuit,

quem Cain malitia nō exercet. Ita nimirum in area cum
crituratur, triticum purū iacet sub paleis, flores inter spi-
nas crescunt, simulq; cū spina, q̄ pungit, crescit rosa opti-
mi odoris. Addit ijs exempla scripturæ Grego. Adā ecce Gene. 4
primus homo filios duos habuit, quorum alter electus, al
ter est damnatus. Arca tres Noę filios seruauit, & ex ijs q̄q; Gene. 9.
unus à deo relictus est. Abraam filios duos habuit, & non Gene. 17
ne ex ijs Ismael à deo proiectus est: Isaac geminos suscepit Malach. 1
filios, & hunc quoq; Iacob dilexit deus, Esau uero odio ha Gene. 39
buit. Iacob ille alter filios 12. habuit, è quibus Ioseph in-
noxius propter malitiam aliorum decē. fratrum uenun
datus est. Apostolos Christus elegit 12. & ex ijs unus erat Johan. 6
diabolus. Apostoli rursus diaconos septem elegerunt, q̄-
rum sex in fide uera perseuerantibus, septimus iste Nico- Apoca. 2
laus autor factus est hæresis. Hinc iam omnes homines
admonet ille, & exhortatur ad sustinendos malos. siqui-
dem si filij esse uoluerimus sanctorum & electorum, opor
tet nos per eorundem exempla quoq; ingredi. semper e-
nim bonus sustinere malum debet. Quod attendens etiā Job. 30.
Iob, dixit, Frater fui draconum & socius struthionum.
sic & sponsus ecclesiæ suæ sanctæ ait: Sicut lilium inter Cantico. 2
spinas, sic amica mea inter filias. & dominus ad prophetā
Fili hominis, inq̄t, increduli & subuersores sunt tecū, & Iezech. 2
cum scorpionib⁹ habitas. Sed & ex eo Petrus ipsum Loth 2. Petri. 2
commendat amplius, quòd inter pessimos habitârit in
Sodoma. & Paulus Philippenses suos laudat, quod sine
reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ ha Philip. 2
bitarent, inter quos lucerent, sicut luminaria in mundo.
Quid multa? etiamsi per omnia omnium sanctorum dis-
curramus exempla, uidebimus illum bonum non esse,
quem nō iniquitas exercet malorum, Hæc eo magis libu
it inducere, ut ipsi quoque qui in hæc nouissima tempora
incidimus, discamus etiam malos tolerare patienter. siqui
dem & nos à deo sub hæreticis peruersis q̄; hominibus p-
bamur. Potest quispiam ex zelo bono & amore iustitiæ
indignari atq; succensere malis, dicendo cum Paulo: Vti- Gala. 4
nam abscindantur qui uos conturbant. Quiq; in magistra
tu positi sunt, debent ex officio huiusmodi homines pœ-
na condigna adficere, parati existentes ulcisci omnem 2. Cor. 10.

inobedientiã: alij aũt tolerent eos, orent pro ipſis, ut ad ſi
dẽ rectã perueniãt: qm̃ cũ patiẽter eoꝝ toleramus malitiã,
multum ſane meremur, eo ꝙ oportet hæreſes eſſe: quibus
1. Corin. 11 qui probati ſunt, manifeſti fiant. Et uos itaq; iſtos tolera
te neochriſtianos, patiẽtiæ ueſtræ mercedẽ expectãtes à
Theoph. domino. Ingreſſus (ait Theophylactus) ad nuptias, ſine di
iudicatione fit: at uita eoꝝ qui ingreſſi ſunt, poſthac non
indiſquiſita erit, ſed examẽ ualde magnũ faciet rex eorũ,
qui poſt ingreſſum in ſordido habitu inuenient. Horrea-
mus igitur cogitantes, qa niſi quis habeat uitã purã, nihil
ei proderit nuda fides. (audis Lutherane? ſola & nuda fi-
des te nõ ſaluabit, ſicut tu perditiſſime miſerã ſeducis ple
Hieron. beculã) Atqui unus iſte oẽs qui ſociati ſunt malitia, intelli
gunt; ingreſſus aũt ille in nouiſſimo die fiet, uel quãdocũ
Origenes ꝙ dominus iudicaturus eſt aliquẽ. Et Chriſtiani quidẽ di-
cunt ad menſam recumbere in nuptijs, eo quod in fide &
cultu diuino conqueſcunt. Porro de ueſte nuptiali ſic ait
Gregor⁹. Gregorius: Si ueſtẽ nuptialẽ baptiſma uel fidẽ dicimus, qs
ſine baptiſmate & fide has nuptias intrauit? Quid ergo
debemus intelligere per ueſtẽ nuptialẽ, niſi charitatẽ? in-
trat enim ad nuptias, ſed cũ ueſte nuptiali non intrat, qui
in ſancta eccleſia fidẽ habet, ſed charitatẽ nõ habet. Veſtẽ
Johan. 3. hãc Chriſtus quoq; induit ipſe ad illas nuptias. ſiquidẽ ex
ſola charitate facta ẽ tũ incarnatio Chriſti, tũ exædifica
tio eccleſiæ. Sic enim deus dilexit mundũ, ut filiũ ſuũ uni
genitũ daret pro nobis. Et nos itaq; dilectiſſimi in Chri-
ſto, meminerimus nos oẽs inuitatos eſſe ad has nuptias,
mõ dilectionẽ ſuemus mutuã, ne reñciamur. Si quis ad nu
ptias mundi huius inuitatus acceſſurus eſt, nonne q̃ habet
ſplẽdidiſſima induit ueſtimẽta? & nos ad nuptias dei pro
peramus in ueſte ſordida, habitũ iſtũ nihil immutarunt?
Hieron. Hieronymus quoq; hoc loco ſic ait: Veſtis nuptialis præce
pta ſunt domini & opera q̃ cõplentur ex lege & euãgelio,
nouiq; hominis efficiũt ueſtimentũ. Pannis aũt ueteribus
& laceris quicũq; ſunt obſiti, quos ex illo ueteri Adã uelut
hæreditarios habẽt, ñs dicit dñs illud quod & huic in eu-
angelio: Amice, quõ huc intraſti, non habẽs ueſtẽ nuptia
lẽ? En hic corruũt, pſtratæ hæreſes uariæ Lutheri & Zuin
glij. Nã primo aberrãt, quòd tã pertinaciter negãt malos

esse in ecclesia, cū hic in nuptijs fuerit malus, & ideo ejectꝰ. Deinde & iste error cōcidit, qꝫ astruūt fidē solā & nudā sufficere: hic ille ingressus est nuptias, & nō nisi cum fide, nā infideles sunt foris, Paulo testante. & tamen nuda fides nō bene eum uestiuit. porro & in hoc à uero plurimū deuiant, quòd asserunt amittentē charitatem, & fidē perdere, nisi is in nuptijs recumbens, uestem charitatis amiserit, incolumi fide. at de his aliâs prolixius.

¶ Mirandum (inquit Gregorius) est ualde, qꝫ hunc amicū, uocat dominus & reprobat, acsi apertius dicat, Amice, & non amice. Amice per fidem, & non amice per operationem seu charitatem. atque hinc statim dissolutio patet. amicus enim ille erat, eo quòd ad mēsam residebat: & idem non amicus, quoniam operibus charitatis carebat: cuiusmodi hominē amicum solo nomine uocat sapiens, in quē sensum dūs Iudā quoqꝫ sic compellauit, Amice, ad quid uenisti? Gregorius.

¶ Neqꝫ habuit ille miser quod respondere commode potuisset, obmutuit ergo. Quia (quod dici sine gemitu non potest) in illa districtione ultimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis. Quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiæ intus animum accusat: & in illo tempore non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cum omnes angeli & mundus ipse testes sint pctōrum. (uide supra parte prima de aduētu.) Eccl. 37. Gregorius.

3. ¶ Tunc dicit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Commemorat hic dūs membra corporalia, inquit Hieronymus, ad comprobandā resurrectionis ueritatē aduersus Saducæos. At cur tandem manus illi ligantur & pedes? qm̄ nō possunt amplius currere ad malum, sicut in hoc mūdo fecerunt, sed & bonum tunc facere nequeunt, quod hic intermiserāt, iuxta illud, Lignum ubi ceciderit, ibi manet. Vel etiam manus, ut inquit Gregorius, & pedes ligantur per districtionem sententiæ, qui mō prauis operibus ligari noluerunt per melioratione uitæ, aut illic manus & pedes supplicijs ligantur, qui hic ligabantur peccatis. Quisquis igitur pedes suos noluit hic adhibere ad cultū dei, & manus extendere ad eleemosynas pauperū, huic Hieronymus. Hieronymus. Eccle. 11. Gregorius.

merito ligãtur in gehenna. Qui sunt aũt serui illi, quibus hic præcepit dominus eiscere istũ male uestitũ? Angeli nã
Theoph. mirũ ñ sunt tortores, diaboli, iuxta illud: Immisit in eos
Psalm. 77 irã indignationis suæ, immissiões per angelos malos. Cõmittit etiã ministris dñs illũ ligare manib⁹ & pedib⁹ eisce re in tenebras exteriores, qm̃ conuenit eos q intrinsecus obcæcati sunt in cordibus suis per pctũm in hoc mũdo, illic proisci in tenebras exteriores. Theoph. stridorẽ dentium putat intelligi uanã peccatorũ pœnitentiã, quę quid faciat ibi, ubi nec meritis nec pœnitẽtiæ locus ullus erit? Tu iraq; quisquis prouidã animæ tuæ curam gerere uis, ut in hac uita uestẽ nuptialẽ sanctissimæ charitatis acquiras, ne differ in illud tẽpus, quo & manus ligabunt & pedes. Nullum ibi inuenies sartorẽ, qui uestẽ hãc nuptialẽ scissam cõsuat, uel si nullũ habeas, paret nouã. Omnino quicũq; hic
2. Corin. 9 nõ seminat, nõ habebit illic quod metat. Hic q se ligat & obstringit peccatis, eũ ist hic angelus tortor supplicijs alligabit æternis: qm̃ iniquitates capiunt impium, & funibus
Prou. 2. 2. par. 36 peccatorũ constringitur. sic Manasses dicebat, Incuruatus sum multis uinculis ferri, & nõ possum attrahere spiritũ. Væ homini huiusmodi misero & infelici, quisquis sic manibus & pedibus ligatus est, ut nequeat euadere tenebras exteriores. Itaq; de peccatore ait Dauid: Ingredietur in pro-
Psal. 148 genies patrũ, & usq; in æternũ non uidebit lumẽ. & Isaias
Isaię. 22 precatur auferri impiũ, ne uideat gloriã dei. Tremendum
Gregor⁹ ualde est q̃ sequitur fratres charissimi. Multi quidem sunt uocati, sed pauci electi. Ecce nos oẽs per uniuersum Christianismũ uocati sumus ad nuptias regis cælestis, oẽs etiã uenimus per fidẽ, iam̃q; uescimur pane nuptiali, participãtes uenerabile sacramentũ in die aũt nouissimo ueniet rex nuptiarũ. ibi sibi caueat quisq;, ne audiat illud horrẽdum, Amice, ut qd intrasti, nõ habẽs uestẽ nuptialẽ? Cæterum uocati ne simus, an nõ, incertũ est nobis. usq; adeo instabilis est hæc uita nostra. is cũ bene sit exorsꝰ, male desinit: est alius q semp pseueret in malo: rursus alij huc illuc uelut uẽto impulsi agitanť. Et ò beatũ uereq; felicẽ, qui in bono fine deprehẽdit, sic ut nõ uocatus tm̃, sed etiã sit electus in hoc, ut post hãc uitã illã cõsequatur æternã, quam largiatur nobis oibus Iesus Christus dñs noster. Amen.

Induc hic, si uis, exemplum Gregorij de tribus amicis suis.

DOMINICA VIGESIMASECVNDA A FESTO Pentecostes, Euangelium Iohan. IIII.



IN illo tempore erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. hic cum audisset quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquã moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit hõ sermoni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Iam aũt eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horã in q̃ melius habuerit, & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat qua dixit Iesus, filius tuus uiuit. & credidit ipse, & domus eius tota.

Matth. 8 Lucę. 7

Matth. 9 Marci. 5 Lucę. 8.

HOMILIA PRIMA.

Gregori°. Quando euangelica hæc lectio historia mera est, qã dominus suam tum diuinitatem tum omnipotentiã declarauit, minus longa indiget enarratione: ne tamen illã omnino transgrediamur intactam, paræneticè eam saltem percurremus. Erat quidã regulus, regulus inquã, siue ꝙ regio esset genere, siue alia principatus dignitate fungeretur. Eius filius infirmabatur Capharnaum, qui morbus filij patrem sanauit in mente: quoniã cũ audisset magnum miraculum à Christo exhibitum in facto ex aqua uino, multum quidem Christo tribuit: sed tamen minus adhuc, si diuinam Christi maiestatem respicias, sicut deinceps dicturi sumus. Capharnaũ autem tantũdem est, acsi dicas, uilla cõsolationis. Audiens ergo ille dominum uenire ex Iudæa in Galilæam, adijt eum & rogauit, ut descendens sanaret filiũ eius. unde cõstat, ꝙ is quia ignorabat Christũ natura esse deum, illum ut hominem adijt: & tamen dominum uocat, de cuius magnifica pa[illegible] sentiebat dignitate. Quoniam si credidisset posse Christũ solo uerbo sanare filium suum, nõ opus fuerat rogare eũ ut descenderet ad illũ. Constat etiam hinc, quanto perfectior fuerit centurio ille hoc regulo: qm̃ iste non tantum non petijt, ut ueniret dñs ad seruum suum: sed & ipsum per se uenire uolentẽ admittere noluit, indignũ ratus esse se, sub cuius tectum ille ingrederet: multo autẽ debiliorẽ fidem habuit hic regulus, dum putabat non posse Christũ nisi coram sanare filium suum. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, nõ creditis. ubi Gregorius ait: Qui filio suo sanitatem quærit, etiã credidit: credidit igitur etiam prius q̃ signũ in filio suo uideret. Si autẽ petitionem illius recte aspicimus, uidemus eũ in fide dubitasse, dum corporalem domini præsentiã desiderauit, qui spiritu ubiq; est. perfectus enim nouisset nullũ locum esse in quo deus nõ esset. Et hic quidẽ reguli error fuit, ꝙ putauit Christũ corpore absentem sanare non posse filiũ suum. In eadem consimilis erroris naui fuit & Naamã Syrus, qui indignabundus dixit, Putabam quòd Eliseus egrederetur ad me, & stãs inuocaret nomẽ dñi dei sui, & tãge-

Chrysost. Theoph. Johan. 2 Cyrillus. Chrysost. Theoph. Matth. 8 Gregori°. Augustin. 4. Reg. 8

ret manu sua locum lepræ, & curaret me. Neq; multum ab hoc errore abfuit Martha, cũ diceret: Domine, si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus. Johan. 11

¶ Possent hic iam porro multa quæri. Primum, quando constat signis hominem adduci ad credendum, cur tandẽ hic regulus eo reprehẽditur, quòd signum petierat, iuxta illud quod Christus ipse ait: Si non opera fecissem, quæ alius nemo facit, peccatum non haberent? Respondetur q̃ hic iam audierat de grandi illo miraculo transmutati uini in Chana, cum hæc loqueretur domino, & quis dubitet ipsum quoq; fuisse Hierosolymis in festo paschæ, quando multa miracula fecerat dominus? quamobrem honestius etiam ipsum exceperant Galilæi. Atq; super hæc omnia non perfecte credidit regulus iste diuinitatem Christi & omnipotẽtiam, ut sic merito eũ reprehenderit dominus. Johan. 15

2. ¶ Suspicetur adhuc quispiam, unde infidelitatis in simulet Christus regulum istum, qui si non credidisset, sequutus eum non fuisset à Galilæa usq; in Chanam. Credidit ille sane, ut iam diximus, & plurimum Christo tribuit, sed quæcunq; ea fides erat, inconstans certe & multũ uaria erat, dum non credebat dominum esse ubiq;, & ibi operari posse, ubi etiam corporaliter nõ esset præsto: q̃dq; uirtute propria curare posset filium suũ, sed per intercessionem tantum, & contactum infirmi, sicut de Elia & Eliseo legitur. Id omne quicquid erat, superstitio certe magis q̃ fides erat, unde & reprehensionem merebat. Iterum cogitet quispiã apud se: non admodũ dehonestârat regulus hic dominum, quòniam quod centurio per mediũ petijt ab illo, hoc iste sine medio rogauit ab eo personaliter sibi præstari. Ad hoc quoq; prompta nobis responsio est, quoniam omniũ potentissima uirtus est & fortitudo, quæ ubiq; operatur ipsa sine medio: quo quæcunq; utitur, minus tum perfecta tum potens esse cognoscitur. Credidit igitur centurio posse dominum sine medio omnia operari, omnesq; illius imperio subditas esse creaturas, magis quàm sui sibi parerent serui. Dominum igitur maxima dignitate adfecit, illiusq; uirtutem potentissime confessus est, quæ citra mediũ operatur ubiq;, quod hic regulus nõ cognouit, atq; ideo centurio laudem, regulus autem me- Johan. 4 Matth. 8

ruit reprehensionem. Sequitur inde, nō eo redargutum à domino regulum, ꝙ sanitatem filij sui pereret, sed ob fidei suæ imbecillitatem. unde & nos monemur in necessitatibus nostris cōfugere ad dominum, & ab eo opem petere, iuxta illud: Ad dominum cum tribularer, clamaui. & iridem istud Iosaphar, Quum quid agamus nescimus, hoc unum habemus, ut oculos nostros ad te dirigamus ō deus, Clamātes autem ad dominum, oremus cum fiducia maxima, spe robusta, integra & infracta fide, docēte idipsum nos Iacobo: Si qs ex uobis indiget sapiētia, postulet à deo qui dat omnibus affluēter, nec cuiq exprobrat, & dabitur illi. oret autem in fide, nihil hæsitās. Magna igitur & forti fiducia clamemus semper ad dominum, nihil cum hoc regulo hæsitantes in fide. Multum durus est huic regulo beatus Aug. aitq hominem eum fuisse in fide tepidum aut frigidum aut omnino nullum, sed quia audierat undiq signa & miracula Christi prædicari, uoluisse iam ipsum fama huius periculum facere in filio suo, an rumori respōderent opera eius, quantumq posset ille præstare. quod si ita esset, quid mirum si tam duriter sit à domino reprehēsus? Eius rei argumentum hoc quoq est, quoniam compertō iam illo ex sermone domini, ꝙ filius suus uiueret, seruū sibi obuiantem statim de hora interrogauit, qua reliquisset eum febris, probaturus hoc modo an aliās quocunq pacto uel etiā fortuito aut ex præcepto & imperio Christi sanatus fuerit.

Psalm. 119 — 2. Parg. 20 — Iacobi. 1. — Augustin. — Chrysost.

¶ Sunt alij qui mitius tractent hunc regulum, excusantes eum, dicentesq loquutum hic esse Christum nō de persona reguli, sed de ipsis in uniuersum Capharnaitis, ex quorum ciuitate & hic regulus extitit. Vel sic, ꝙ hoc sermōe Iudæos uoluerit conferre gentibus, eo quod Samaritani uerbis Christi sine miraculorum exhibitiōe crediderint, qđ paulo ań hoc euangelium Iohannes ostendit. Putant ergo generaliter loqui dominum, Nisi signa uideritis. Quicquid aūt sit hoc, & ut maxime Iudæos in uniuersum oēs reprehenderit hic dns, cōstat regulum hunc ex eoq qđq fuisse numero, qs Christus ad fidem cōuertere nō potuit, nisi miraculis, sicut Paulus Iudæos signa, Græcos autem sapientiā ait appetere. (ideo nō assentior Lyræ, ꝙ fu

Iohan. 4 — 1. Corin. 1.

erit gentilis) Quo pacto autem signa data sint infidelib⁹, quo⁹q; mō confirmēt uerbū dei, audietis in festo ascēsionis domini.

3. ¶ Paulo melius age tu mihi iam hæc exige uerba. Regulus rogat dominum, ut sanet sibi filium suum: cōtrā dominus illi infidelitatem obiicit, quasi diceret, Aegrot⁹ quidē est filius tu⁹ & graui morbo decumbit, sed tu adhuc durius laboras. tu⁹q; filiū tui petis sanitatem, ego etiam te magis sanum uellem, ut crederes. Manens autē & perseuerās in sua exigua illa fiducia regulus, dixit ad dominum: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Reprehenderat eum dominus, sed ipse se non emendârat, nimium festinans, & ueritus ne si moreretur filius, actum esset, nunq; resurgeret etiam à domino resuscitatus, cum tamen Christus ille ipse sit, de quo Paulus ait: Posui te ante deum cui credidisti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt tāquam ea quæ sunt. Sed quid est hoc quòd dicit ad eum dominus, Vade, filius tuus uiuit, nisi quia humana superbia hic retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginem dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramur: dum⁹q; pēsamus quæ circa eos sunt, negligimus pensare ipsos. Aliter longe redemptor noster, qui ut ostenderet cōtemnendum esse bonis omnibus, q⁹quid mundanis pro bono habetur, renuit uenire ad filiū reguli, & ultro se obtulit descendere ad seruū cēturionis. Nō facit hoc humana superbia, lōge insolētior q̄ ut se demittat ad mancipiū & abiectū seruulū, cum interim filius dei ex sublimibus cælorū demiserit se ad occurrēdū seruo ægrotanti: & nos qua sumus insolētia, ex luto terræ cōpacti, nolumus nos mutuo humiliare in terris. Atq; hoc est q̄ pharisæos redarguit dñs, eo q̄d se coram hominibus iustificarēt, agnoscēte interim deo corda eor⁹: qm̄ quod sublime & excelsum est hominib⁹, abominatio est coram deo. Vade, inquit dominus, filius tuus uiuit. Non semper iniquam dispositionem nostram respicit dominus, sed ipse tanq̄ deus uerus auxiliat etiam peccatoribus. unde & Chr̄s hic ipso opere docet ignorātē, dās ei q̄d petierat citra omne meritū suū. Nā cū ait, Vade, uolebat ei psuadere fidē: cū subdit, filius tuus uiuit, largitur q̄d optauerat, &

Roma. 4.

Gregor⁹.

utrunq; quidem maiestate magna. quasi diceret, Vade, nõ credis tu dum mecũ es. agnosce me deum, uiuit ecce iam filius tuus. quanto inferior centurione est hic regulus? ille tantam tum fidem, tum humilitatẽ, tum deuotionem habebat, ut etiam nolentẽ eum dñs corporali sua præsentia cohonestaret: huius aũt infidelitatẽ dũ erudiuit, simul ad fidem erexit. Ad hæc inducit Augustin⁹ illum Pauli locum: Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cũ oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Radix in patriarchis est, manetq; sancta. rami autẽ Iudæi, q infideles & superbi cõfringunt: quiq; de oleastro sunt gentiles, inseruntur ecclesiæ dei. ita fit, ut naturali ramo Iudęo exciso, q de oleastro fuerat, gentilis iste cẽturio insereretur, adeo ut diceret dñs, tãtã fidẽ nõ inuenisse se in Israel.

Augustin. Roma. 11

¶ Sequitur in euãgelio, Credidit homo sermoni, quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Sic duos ille ijsdẽ uerbis curauit, nã & reguli aĩm ad fidẽ induxit, & à corporis morbo adolescẽtẽ eripuit. Atq; hinc patet, quõ crescat fides. (licet hæretici derideãt intẽsiones formaꝝ spiritualiũ) parũ em̃ credidit hic regulus, nõ uẽturus ad dñm, nisi credidisset. credidit amplius, qñ ad ẏba Christi regredit in Capharnaũ, tãdem credidit in integrum, quando comperit filiũ suũ sanatũ esse ea hora, qua dixerat ei domin⁹, filius tuus uiuit.

Cyrillus.

4. ¶ Quantũ porro antea regulus hic institerat, ut ipse ueniret dñs, tam parũ iã curauit, totaq; illa opiniõe excidit, credẽs etiã absentẽ posse curare dominũ filiũ suũ, per efficax illud & omnipotẽs uerbũ suũ, iuxta illud Sapiẽtis: Neq; herba neq; malagma sanauit eos, sed tuus dñe sermo qui sanat omnia. q̃d etiã agnoscẽs Dauid, dixit: Misit uerbum suũ & sanauit eos. Ita ille iã credidit uerbis Christi, atq; reuertẽti ex Chana in Galilæã, occurrerunt serui sui, allaturi ei nunciũ bonũ, ꝙ uiueret iã filius suus. Serui aũt fortassis nõ ut nũciaturi tm̃, sed ut superfluũ fore Christi aduentũ dicerẽt, obuiã ierant. Theophylactus putat obstupefactos repentina morbi mutatione seruos occurrisse domino, qm̃ nõ cõmuni febricitantiũ more sanatus ẽ, sed subito omnino & repente: unde cõstaret esse hoc Christi, nõ naturæ opus. Cyrillus, Serui, inquit, ocurrerũt, ueloci-

Sapi. 16

Psalm. 106

Chrysost.

Theoph.

Cyrillus.

tatem & uim uerborum Christi adnunciantes, domino sic dispensante, ut ab euentu rerum regulꝰ fides cõfirmaretur. sequit. n. Interrogauit horã ab eis in q̃ melius habuerat. & dixerũt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris, connumerando horas more Iudæorum simul cũ die. Et hoc p̃cipue obserua, q̃ dicunt serui, filius tuus uiuit, sicut antea dominus dixerat, uel dispone nte sic uoluntate diuina, uel qa illi iã de uita sua desperauerant, & pro mortuo eũ habebãt: sicut & pater dño prædixerat, incipere eũ iã mori. Aiunt ergo, filius tuus uiuit. q̃ si dicerent. Iam mortuus erat, & rursus uiuit. & addũt, reliquit eũ febris, quo poterant & ipsi ad fidem serui adduci.

¶ Nunc tandem agnouit regulus eam ipsam esse horam, qua Christus ei dixerat, filius tuus uiuit: unde colligebat uerba Christi in causa fuisse sanitatis filij sui. credidit q̃ ipse & domus eius tota, at q̃ hoc ẽ, q̃ tam perfecte credidit pater, uere etiã sanatus in anima. Chrysost.

¶ Hoc iterum secundũ signum fecit Iesus, cum uenisset à Iudæa in Galilæam. Ideo cõmemorat euãgelista, ut manifestaret laus Samaritanorũ, qui sine miraculo illo plus credebant q̃ Galilæi iam post alterũ signum. illic nanq̃ ad sermonem Christi credidit mulier Samaritana cũ tota ciuitate sua Sichar, hic ad miraculũ tm̃ solus credidit cũ familia sua regulus, ut recte exprobrarit illud Iudæis Stephanus, Dura ceruice & incircuncisicordibus, uos semper spiritui sancto restitistis. Iohan. 4. Actuũ. 7

¶ Quis porro dubitet omnia hæc ita iuxta historiã contigisse ut enarrat euangelista? sed tamen qa opera Christi etiam signa sunt, patres illud etiam mystice exponunt. (posses hic facere sextuplices expositiões, adeo abundant symbola.) facile nanq̃ per regulũ ipsum nostrum intelliges animum: qui qa exiguꝰ est potestatis, bene regulus dicitur, cuius filius spũs est in carne, febris autẽ feruor & æstus est peruersæ cõcupiscentiæ, iuxta illud Sapientis, Anima calida sicut ignis exardescens. Istũ ergo per gratiã suã sanat dñs. Septem horæ multis modis exponi possunt. una. n. & prima hora in contritione cordis est, tres in cõfessione, eo quòd illã Roma. 7 Ecci. 14

uerace, integrã & simplicem esse oportet: & tres rursus in satisfactiõe, ieiuniũ, oratio & eleemosyna. possunt etiã illę referri ad septẽ illuminatiões solis iustitiæ in incarnatione, natiuitate, circũcisione, baptismo, ieiunio, ꝓdicatione & miraculis, passiõe & morte. Possunt & exponi secundũ septem articulos passionis dominicæ, uel etiã referantur ad septem illa, quibus hõ liberatur à pctis, quoꝝ primum est peccati grauitas. 2. amaritudo eiusdem. 3. tædium exilio conceptum. 4. horror peccãdi. 5. ignominia. 6. abominatio hominum & contemptus corã mundo. 7. aduersitas quæ alicui ex peccato accidit. Aut si mauis, refer has septem horas ad septem gradus, quibus homo ad uerã animi contritionem ascendit & pœnitentiã. ex ijs primus ẽ, pœnitentiæ necessitas, eo ꝙ sine illa nemo intrare potest regnum cælorum. 2. facilitas eiusdem. 3. insignis fructus & immensa pœnitentiæ utilitas, concludit enim illa infernum, aperit cælum, recõciliat nos deo, uirtutes & opera bona reuocat. 4. æquitas pœnitendi, quoniã cũ Christus pro nobis passus sit amarissime, non & nos aliquid patiemur pro peccatis nostris? 5. ingens peccati incommodũ, (dic latissime ex summa Paraldi) 6. magnitudo & acerbitas pœnæ peccati. 7. incertitudo horæ mortis. quamobrẽ & dominus dixit, Vigilate, qa nescitis quando dñs domus uenturus sit. possent id genus plures aliæ uiæ ostendi, sed trãseo. Theophy. hic breuiter ingr: Quis hõ est regulus qdã, nõ solũ qa cognatus ꝓpter animã regi oim, sed & ꝙ ipse regiã dignitatẽ super oẽs accepit creaturas: & is quidẽ sentit spũm suũ elãguescere, uoluptatũ urgẽte cõcupiscentia. Cũ aũt ad dñm currit, orãs illũ ut desẽdat, hoc ẽ, miam sibi exhibeat & pctã dimittat, prius ꝙ moriatur in ægritudine uoluptatũ. sicdẽ ubi nõ misertus nostri dominus, iniqtates nobis nostras obseruaret ad uindictã, quis obsecro sustineret? Sin ꝙo ad dominũ ueniẽs ueniã postulet, tũc animus suus & sanitatẽ recipiet, dicẽte sibi domino: Vade, filius tuꝰ uiuit. hoc ẽ, ne desistas à bono, sed pergẽs adcumula bona opa, & uiuet filius tuus. quisquis eñ nõ pergit & ꝓcedit semper cõtinuo gradu indefessus, eiꝰ anima salua nõ fiet, iuxta illud Bernardi: Stare in uia dei, est retrocedere. Oremus iam dominum deum &c.

Pulchra sunt hęc de septenario.

Septẽ gradus ad pœnitentiam.

Marci. 13

Theophy.

Gene. 2

Psalm. 129

DOMINICA XXIII.

IAM INDE A FERIIS PENTE

costes, euangelium Matth. XVIII.



IN illo tẽpore dixit Ie sus discipulis suis parabolam hanc: Assimilatum est regnum cælo rum homini regi, qui uoluit ratiõem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus ẽ ei unus, qui debebat ei decẽ mil lia talenta. Cum autem nõ haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenundari, & uxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, adorabat eum, dicens: Domine, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitũ dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centũ denarios, & tenens suffocabat eum, dicens. Redde *mihi* quod debes. Et procidens conseruus eius ad pedes eius, rogauit eum, dicens: Patientiãha be in me, & oĩa reddã tibi. ille aũt noluit, sed abi it & misit eũ in carcerẽ, donec redderet debitũ.

Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, con triſtati ſunt ualde, & uenerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc uocauit illū dominus ſuus, & ait illi: Serue nequā, omne debitum illud dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet uniuerſum debitū ei. Sic & pater meus cæleſtis faciet uobis, ſi nō remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris.

Sup. 5 Lucę. 12

HOMILIA I.

Saepe multūq;, fratres in Chriſto chariſſimi, nos docuit dominus, q̄ pacto recōciliari debeamus deo, quē præ omnibus & ſuper omnia nobis proponamus diligendum. Nunc autem docemur ab eo fruſtra nos meditari reconciliationem cum deo, niſi etiam proximo noſtro noxam remittamus, quæ ſumma ſentētia & quidam quaſi ſcopus eſt huius euangelij. Cauete igitur uobis ab inuidia & odio, ne cum iſto immiti & immiſericordi ſeruo tradamini tortoribus, perpetuis ſupplicijs cruciandi. Sed nos iam ſaluberrima hæc ſancti euangelij uerba in manū ſumamus, eademq; ex ſentētia ſanctorum patrum interpretemur. Aſſimilatum eſt regnū cælorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Nō ſemel iā admonuimus pœnitentem hanc eccleſiam, quam & militantem dicimus, regnum appellari cælorum, ex multis rationibus ibidem indicatis. nunc breuiter 4. tātum libet commemorare. primum, quōd ſicut per gloriā in cęlis habitat deus, ita per gratiā ſuā in eccleſia, cui ſe promiſit p̄ſto affuturum uſq; ad conſummationem ſeculi.

Eccleſia regnū cęlorum.

Matt. vlt.

2. ¶ Sicut regnū cælorū exaltatū & eleuatū ē ſup oīa alia terrena, ita eccleſia iuſtorū ſublata ē ſup contēptum rerū tēporalium, ſiquidem & noſtra cōuerſatio in cælis eſt.

Philip. 3

3. ¶ Quēadmodum in cælo alia alijs ſunt lucidiora, alia

etiam obscuriora, semperq; ab alijs alia lumen ueluti fœnerantur, sic & in ecclesia alij maioris sunt meriti alijs, & nonnulli doctrina sua illuminãt alios, iuxta illud Danielis, Qui docti fuerint, fulgebũt sicut splendor firmamẽti. Daniel. 12

4. ¶Sicut uniuersa uirtus corporalis exit à deo in hæc inferiora super terrã, & per stellas quoq; cæli lumen, motus & influentia, ita etiã omnis diuina uirtus exit à deo per ecclesiã iustoꝝ in oẽs homines, eo q; extra illã saluari nemo põt, sicut extra arcã Noe nõ mãsit aliq̃d animal uiuũ. Gene. 7

Quãdo igit̃ dominus cõparat regnũ cælorũ, ecclesiã hanc præsentẽ regi domino, q; positurus sit rõnem cum seruis suis, uult ille hoc inde colligere. Magis debitores sumus deo, iꝑmq; plus incitamus & prouocamus peccãdo, q̃ si delinquamus aduersus pximum nostrum: ga tãta est offensa, quantus ille qui offenditur. Quod si dominus infinitus est, ita ut est, aliquo modo etiam peccatum redditur infinitum, sicut ob id illud dominus in infinitum punit. Quãuis aũt ex parte nostra offensa magna est, tã misericors tamen & propitius est deus, ut paratus sit dimittere, quotiescunq; ueraciter pœnitẽti, quõ interrogãti Petro, quoties dimittere deberet fratri aduersum se peccanti, respõdit, nõ tantum septies, sed septuagies septies. Quum itaq; misericors adeo sit dominus in remittendo nobis pctã, quid nos facere æquum est erga proximos nostros, quando sic etiam ille orare nos docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, sicut deinceps latius dicturi sumus? Et ideo cum paulo ante hoc euãgelium docuisset, quoties suo quisq; dimittere deberet proximo, ut idipsum meliꝰ animis eorum infigeret, parabolam subiunxit, quoniã moris est apud Syros & Palæstinos per similitudines pleraq; proponere. Matth. 18 Matth. 6. Hieron.

2. ¶Rex positurus erat rõnem cum seruis suis, ubi illiꝰ primũ prudẽtia diligẽtiaq; cõsiderãda uenit. paterfamilias enim prouidus & etiã princeps circunspectus, nisi cum subditis suis & familia rationes bene supputet, sæpe male agitur, quando & in prouerbiũ uersum est illud, Sæpe supputata ratio cõseruat amicitiã. & apud dominos ferè ita fit, ut ex eiusmodi sæpe subductis rationibꝰ ministri sint diligẽtiores, q; aliãs nimia heri indulgentia insolescerẽt.

quod q̄ malum sit, experimur quotidie. Decet enim domi
num prudēter & pulchro rex omniū ordine singula tum
Sapien.12 agere tū administrare, iuxta illud q̄d de sup̄mo dominato
re dixit Sapiēs: Tu dominator uirtutis cū trāquillitate iu
dicas, & cū magna reuerētia disponis nos. Ita Chr̄s q̄q fa
cit tāq̄ prudētissimus oīm administrator, sæpe nos uocās
ad reddēdā rōnem, dicēsq̄ nobis illud quod dixit uillico:
Luc.16 Redde rōnem uillicatiōis tuæ, qa iā amplius nō poteris
uillicare. Quo pacto aūt rōnem ē nobis exigat, p scriptu
ras, p̄dicatores, cōfessores, & nostraꝝ cōscientiaꝝ illumi
nationē, nimis longū eēt dicere, satis sit hic nobis certum
eē, q̄de omnibus cogitatiōibus, locutiōibus, cōsensu, uisu
& operibus reddēda nobis ratio est coram iustissimo iu
Matth.12 dice Christo, qui & dixit: Dico uobis, qm̄ omne ỹbū ocio
sum quod locuti fuerint homines, reddēt rōnem de eo in
die iudicij. Memēto igit̄ ō homo, uide quid agas, quid ue
loquaris, quia de omnibus redditurus es rōnem. Tuq̄ ad
eo princeps, comes, nobilis, p̄tor, quisquis es, quid agis? ut
maxime hic reuerearis neminē, nec sit qui tibi audeat di
cere, Cur hoc ita facis? quid opprimis pauperē innoxiū?
Sapien. 6 Memēto iusti iudicij, acerrimæ rōnis, qū manifestabūtur
omnia, ubi potētes potēter tormēta patient. O hō quicū
q̄ putas clām te facere omnia, clām peccare, clām bona re
tinere aliena, neque esse qui sciat illud. Caues is cogites il
Matth.5 lud, omnia propalabunt etiā usq̄ ad extremū quadrante.
Theoph. Ltiā hic iustitiā domini cōsidera, qui neminē punit, nisi
id rōne exigēte. intrat enim in iudicū cū suo, crudelis alī
q̄s fururus & immanis, nisi id ita faceret. sic Salomon in
Prou.20. quit, Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum
intuitu suo. Quo docentur prælati & omnes qui in magi
Prou.27. stratu positi sunt, non negligenter agere quicq̄ cū subdi
tis suis, sed diligenter uultum attendere gregis.

3. ¶ Cum iā cœpisset rōnem ponere, oblatus ē ei unus,
Hieron. q debebat ei decē millia talēta. Scio, inquit Hieronymus,
quosdā istū qui debebat decē millia talēta, diabolū inter
pretari, sed minus recte, qm̄ huic seruo remisit dn̄s debitū
omne. diaboli aūt superbia semper ascēdit aduersus deū.
Psalm.73 seq̄mur itaq̄ & nos expositionē cōmunem, & uidebimus
iad hos seruos oēs intelligi homines, quibus gratiā suam

tribuit deus, ut cum ea bonum operent. omnis enim actus bonus lucrum, malus uero dispendium dicitur. Tempus quoq; futuri iudicij non magno opus habebit spatio temporis, sed sicut resurrectio dicitur futura in momento, in ictu oculi, sic puto, inquit Origenes, & iudicium fore, quicquid ab initio ad finem mūdi factum fuerit, id omne uno momēto patefiet, sicut in homilijs de nouissimo iudicio iā supra dixim⁹. Sed quid sibi uult ille seruus, qui decem millia talentorū debebat? hoc ipsum ait Augustinus, qa lex decem præceptis commendat: & ille debebat decē millia talentorū, per quod omnia peccata significat, quæ contra legem fiunt. decies nanq; decem, centum conficiunt, quo significatur peccatum erga proximum. ideoq; & alter ille seruus huic debere dicitur centum denarios. Theophylactus sic ait, Decem mille talentorum debitores sunt, & qui populi præfecturam susceperunt (unusquisq; enim homo magnum talentum est) & deinde non bene fungūtur principatu, iuxta illud propheticum, Subditus in iniquitate sua captus est, sanguinē autem eius de manu speculatoris requiram. Sic nimirum debuit rex Manasses, cum quereretur apud dominum peccasse se super numerum arenæ maris, & multiplicatas esse iniquitates suas: quandoquidem ex sententia Iacobi etiā nos in multis offendimus oēs. Aut nōne putas decē millia talenta debuisse domino illos de quibus ait Isaias, Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis, derelinquerūt dām, blasphemauerūt sctūm Israel & c̄. Origenes

¶ At forte, inquit Origenes, ideo multorū talentorū factus est debitor, qm̄ secutus est mulierē super talentū plūbi sedentem, cuius nomē iniqtas, iuxta illud angeli ad Zachariā, Ecce talentū plūbi portabat, & ecce mulier una sedēs in medio amphoræ. Vnde colligitur q̄dlibet magnum pctm̄ merito dici talētū amissiōis domini, cuiusmodi sunt adulteriū, idololatria, perfidia, latrociniū, furtū & c̄. sicut & hic seruus fecit, quāobrē tot talēta debebat. Vicissim autē boni eo ditiores fiunt, sicut Dauid & alius qsq; hō pius, tot ditat⁹ est talentis auri & argēti. At tu scire forte cupis opera bona, talēta dici. ecce parabolā illā tibi, cū dns seruo suo talēta q̄nq; tradidit, q̄bus ille lucrat⁹ est alia q̄nq;.

Origenes 1. Cor. 15.

Parte. 1

De verbis domini.

Exodi. 22

Theoph.

Ezech. 33

2. Par. vlt.

Iacobi. 5

Isaiæ. 1

Origenes

Zach. 5

Matth. 25

1. Corin. 3. Quapropter etiã Paulus opera bona aurum & argẽtum uocat, ingens: Si qs superædificat sup fundamẽtũ hoc aurum, argentũ, lapides pcioſos, dies domini declarabit.

4. ¶ De serui debito iã cõstabat, & tamẽ ille non habebat unde solueret. uere enim non habet pctõr unde resoluat dominũ. ex se quidẽ ipso peccat hõ, sed sine gratia & auxilio dei à pctõrũ sordibus resurgere nõ põt, secũdum quod dominus dixit p prophetã: Perditio tua ex te ẽ Isra

Oseę. 13. el, tm̃modo ex me auxiliũ. Et hoc ẽ quod idẽ in se deprehendẽs Paulus ait: Velle adiacet mihi, perficere aũt bonũ

Roma. 7 nõ inuenio. idip̃m quoq; respiciẽs dominus, dicit apud Iohãnem: Sine me nihil potestis facere. peccare sine deo facile possumus, sed nõ itẽ facere bonũ, eo q; omnis sufficiẽ

Johan. 15 tia nostra ex deo est. hoc adeo tibi certo cõstet, qm̃ nõ tãtũ nõ boni quippiã facere potes sine peculiari gratia dei,

2. Corin. 3. sed ne cogitare quidẽ, quo tamẽ nõ excludit libeꝝ hominis arbitriũ, de quo uide in homilijs peculiarib⁹ articulorum. Sic alibi dixit dominus: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eũ. & Paulus, Quia nõ est neq; currẽtis

Johan. 6 neq; uolẽtis, sed miserẽtis dei. Nõ potuisset unꝰ debitũ tã

Roma. 9 tũ resoluere seruus, nisi dominus ex misericordia remisiſ set ei. usq; adeo & miser & impotens est pctõr, ut sit etiã indignus eo q̃ uesciat pane, iuxta illud angeli: Miser tu es,

Apoca. 3 miserabilis, paup, cæcus & nudus. Non habẽte igit seruo unde tm̃ resolueret debitũ, iussus est uxorẽ, liberos & oia sua uẽdere. Quilibet sub pctõ uendit pctõr, testante de se

Roma. 7 Paulo & dicẽte: Ego carnalis uẽditus sum sub pctõ. qsqs

Johan. 8 enim peccat, seruus peccati efficit. Ita Iudæi q̃q; pueri,

2. Mach. 1 uẽditi sunt ijs cũ facerẽt malum. Quilibet pctõr eo p talis est, uẽditus iãiã est diabolo, & adhuc quæris q̃ sit conuẽtio, qd'q; inde det ille, p pcios sane nil aliud, q̃ uanã, sceleratã & turpẽ uoluptatẽ. Quo nomine dicit dominus p

Isaię. 52 ꝓpheta: Gratis uenundati estis, & sine argẽto redimemini. Nõ autẽ hic de ea uẽditione loquit dominus, quoniam seruus iste iã peccatis uẽditus erat, domino suo decies mille talẽta debẽs. Alia adhuc uẽditio ẽ ad pœnã, de q̃ hic agitur, dum iste tortorib⁹ tradẽdus relinquit, neq; ipse solus, sed & uxor, liberi bona q; omnia uẽdi iubent. Sed quæ nã

Theoph. hęc uxor est? caro, q̃ cõiunx ẽ animæ, & pueri, opa q̃ male

fiunt à corpore & anima. Iubet igit̃ ip̃m & uxorẽ uẽdi do min⁹, hoc est, corpus & animã torqueri, atq; utriusq; ope ra & uirtutes. Sũt qui per uxorẽ cõcupiscentiã intelligũt carnalẽ, id utrunq; in idẽ recidit. Quid multa? pœnis ille addicit, eo ꝙ preciũ uenditi, est suppliciũ dãnati. Cæterꝝ Origenes per carnẽ intelligit ciuitates impiorꝝ. sicut em̃ Ierusalem ciuitas est iustorꝝ, ita Babylon, Tyrus & Sidon cõiuges & matres sunt pctõrꝝ. Nos iã rogemus & suppliciter dominum deprecemur, ut quãuis magno multorum peccatorum uelut ęre alieno & debito simus constricti, tamen deus illa nobis misericorditer cõdonet & remittat, neq; sinat animã, corpus operaq; nostra uendi in perpetuum & æternis deputari supplicijs. Amen. Augustin. Origenes.

¶ Etiã secundum literã uenduntur iam uxores & filij, quando in potestatẽ inimicorꝝ ueniunt, ut ait Beda.

HOMILIA SECVNDA SVPER *euangelium dominicæ* XXIII. *à ferijs Pentecostes.*

Rationẽ ecce subducit dominus cum seruis suis, quorũ unus prodijt, domino suo decẽ millia debẽs talenta, quũq; unde solueret nõ haberet, iussit rex uxorem illius uendi & liberos. neq; id tamẽ ex tyrãnide uel crudeli quadã immanitate, sed quia incredibili cura illius deuinctus, hac comminatione ad supplicandũ ne uenderet, adducebat. Et nõ simpliciter remittere ei debitum uoluit, sed cũ ipso cõferre rationẽ, ut inde ſuus magnitudinẽ sui cognosceret debiti, angustiã q̃q; in qua ꝟsabat, nõ habẽs unde solueret, iuberet q; iã uendi, addisceret etiã immensam illã quã ei dominus exhibebat misericordiã: quibus oĩbus adduci debebat etiã ꝓximo suo benignitatẽ exhibere, atq; ideo iã sequit: Procidit ſuus ille, & orauit regẽ: Habe patientiã mecũ, & oĩa soluã tibi. Quod procidit ad pedes eius, argumẽtũ fuit humilitatis in ope. quod autem orauit, signum quoq; fuit humilitatis, sed in ꝟbis. Domine, inquiebat, habe patientiã mecũ, & omnia soluã tibi. Multos patientia sua adduxit dominus ad pœnitentiã, iuxta illud Pauli: An diuitias bonitatis eius, patientiæ & lõganimitatis contẽnis, ignorãs qm̃ benignitas dei ad Chrysost. Roma.

pœnitentiã te adducit? dilationẽ hãc fuus etiã ille orabat, sed nõ anteq̃ dñs ab eo exigebat solutionẽ, minabat'q; ipſi us & cõiugis ſuæ uẽditionẽ, ſemper ille debitũ ſinebat crescere, donec iam debebat ſolui. ſic multi pc̃ta pc̃tis adcumulãt, tãtiſper dũ t̃ps expoſtulat ſolutionẽ: iã'q; dñs apparitores & lictores illis immittit in ædes, morbos, famẽ, bella

Pſalm.15 &c̃. q̃d & Dauid agnouit, dicens: Multiplicatæ ſunt infirmitates eor̃, poſtea accelerauerũt. ſic & Iſaias inqt, Cũ feceris iudiciũ ſup terrã, iuſtitiã diſcẽt inhabitatores terrę,

Iſaię.26 nos em̃ ſi miſereamur impio, nõ diſcet ille iuſtitiã. Quot ſunt em̃ q̃ in ſuperbia & omni malitia eo uſq; uiuũt, dum eos adoriat de⁹, immittẽs monitorẽ de debito? Aut cur tã dẽ ægrotat hic? cur ille incẽdio perit? cur iſti demerguntur aq̃s liberi? cur alij fruges pereũt ictæ de cælo? cur hinc bella, iſthinc fames, illinc ẏo annonæ charitas, aliũde aq̃r̃ imperus ingruũt? Oñibus iſs nos admonet deus decies mille talentor̃, q̃ illi debemus, ut'q; ſic eũ rogem⁹ magis ob dimiſſionẽ, perituri aliâs, niſi id ille faceret. Atq; mirum in

Pſalm.82 hoc illud ẽ, q̃d habet Dauid in oratiõe ſua, Imple facies eorũ ignominia, & inuocabunt nomẽ tuũ dñe. Hinc ſi qs re-

Pſalm.32 nuit appropinq̃re deo per pœnitentiã, immittit ei ille internunciũ talẽ, q̃ admoneat eũ debiti, iuxta iſtud Dauidicũ, In chamo & freno maxillas eor̃ cõſtringe, q̃ nõ adproximãt ad te. ſiq̃dẽ ſi cui dñs monitorẽ nullũ miſerit, q̃ ſibi debeat tm̃, nec ipſe ſe agnouerit debitorẽ, huic infeliciter res ſuccedet, teſtãte Dauide: In laboribus hoim nõ ſunt, &

Pſalm.72. cũ hoĩbus nõ flagellabunt, ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt malitia & ingratę ſua. Quãto igit̃ meli⁹ eſt, deũ alicui ingerere cognitionẽ debiti ſui, ut procidat ante deum cum ſeruo perẽs gratiã, aliâs ſine cura ambulaturus extra oẽm timorẽ, dicturus'q; cum ſtulto iſto, Peccaui, & q̃d mihi accidit triſte? altiſſimus enim eſt patiens redditor. De

Eccle.5. propitiato pc̃tõ noli eſſe ſine metu, nec̃ adñcias pc̃tũ ſuper pc̃tũ. Seruus hic agnouit magnitudinẽ debiti ſui, dicens: Domine, habe patiẽtiã mecum, & omnia ſoluã tibi. Orare poſſumus ſane deum, cognoſcentes immenſam illius pietatẽ & miſericordiã, quoniã bonus & miſericors eſt, & qui facile remittat peccatũ, ſicut ipſum orauit Manaſſes: Domine, peccaui, & agnoſco iniquitatem meam.

orans oro te, remitte mihi. Quæras autem, cum non habebat hic seruus unde solueret, quur promiserit domino se illi omnia redditurum? Respondeo ad hoc tibi, q̄ non ex suis utribus solutionē promittebat, q̄m id nō poterat, sed quia pœnitentiā acturus & satisfacturus erat cum gratia dei, & ope sacramentorum, maximeq̄ meriti passiōis Christi. sic nimirum uolebat persoluere dñm, p̄cā sua confiteri, pœnitentiā agere, laudare deū. Sic clamāt p̄ctōres per Oseam, Omnē aufer iniquitatē, & accipe bonū, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Ita uides, quō nō habeat peccator unde soluat dominum, dum in peccatis perseuerat. conuersus aūt ad dominū, discit, mutuante interim in hoc sibi deo, & loculum precij sanguinis sui offerente, ut ad gratiā perueniat, & p̄cātorum debita resoluat. Osee.14

2. ¶ Tandem iam dominus misertus est serui sese humiliātis, dimisitq̄ eum simul & debitum suū totū. Vbi rursus immensitatē mihi cōsidera misericordię dei. tm̄ perijt hic seruus morulā aliquā & prorogationē tēporis, ille autem multo magis q̄ petijt, uidelicet totius debiti donationem ultro remisit. Vnde apparet q̄ grata sit illi oratio, cuius gratia p̄cā dimittit. oratio enim humiliantis se penetrat cælos, usq̄ adeo misericors & propitius nobis est deus, ut eū appellârit Paulus patrē misericordiæ, deū oīs solatij. Seruus igit ille per orationē suā maximi debiti meruit remissionē. q̄uis gratiā tantā nō ita bene collocârit. seq̄ nāq̄. Egressus seruus iste, inuenit unū de cōseruis suis, q̄ debebat ei cērum denarios, & tenēs suffocabat eū, dicens: Redde q̄d debes. Vidisti misericordiā dñi & humanitatē. Vide nunc inauditā serui crudelitatē. Audiatis hæc quicūq̄ pecuniarum gratia similia indies cōmittitis. nā si id fieri nō licet in peccatis, quāto min⁹ in pecunijs licebit: Q̄ & turpiter & crudeliter sæpenumero agunt fœneratores, urgētes & misere tractantes pauperes, exugentes sudorem & sanguinem ipsorum? Quod si ponderaretur semper, unde contraherentur tot tantaq̄ debita, qua mercatione & conuentione inita, quām iniqs & usurarijs pactis, q̄d obsecro deprehenderetur? Et nota q̄ euangelista dicit egressum à domino suum, quoniā nullus qui in deo manet, compassionis expers est: sed quia deus charitas Chrysost.

Ecci.28

2. Corin.1

Chrysost.

Theophi

1.Johā.4 est, quisquis in charitate manet, in deo manet, & deus in illo. Egressus itaq; à domino seruus, alienus factus est ei, alienatus à charitate, oblitus iamiā omnis gratiæ sibi à do
Johan.13. mino collatæ. exiuit ergo, hoc est, excidit memoria eius, sicut & Iudas demorsa buccella panis, & ingresso in eum sathana, exiuit à domino. Egressus aūt inuenit conseruū. Caue quenquā spernas uel infirmū, qm̄ cōserui oēs sumus, uiuentis dei ministri. & ut maxime hic in mūdo alius alio potentior, fortunatior, honoratiorue sit: attamē conserui oēs sumus, nec quicq̄ separabit nos etiā in die nouissimo, nisi bonor̄ oper̄ merita. Talem te præbe, qsquis es uel princeps, uel dominus, uel nobilis, ut sicut te hic ho-
Roma.13 norauit deus in terris, ita condignis honoribus dignetur in cælis. Quæ causa altera est, cur seruus hic non debebat esse durus conseruo suo, sed cogitasse potius quō sibi maiorib⁹ debitis obstricto, dominus oia tamē remisisset, q'q cōseruus ille suus esset, q̄ unum habebāt & dominū & cre
Mala.1.2 atorē, iuxta illud Malachiæ: Nōne pater unus nostrū oīm est? nōne deus unus q̄ creauit nos oēs? Cōseruus hic debebat alteri centū denarios, quāobrē alter huic durus eē nō debebat ob min⁹ debitū, cui dimiserat domin⁹ decies mil
Augustin. le talenta. Quod aūt debebat ei centum denarios, ab eodē numero scilicet decē, sumit. Nā & cētum centies, fiunt decem millia: & decies decem, sunt cētum. Dices, quādo hic dominus pctm̄ designat numero centenario, & iter̄ decies millenario, qd est q̄ paulo ante idē etiā per septuagies
Matth.18 septies significauit, cum diceret Petro, Non dico septies, sed septuagies septies dimitte proximo tuo? Respōdet ad
Augustin. Luc.3 hoc Augustinus, q̄ Lucas descripto Christi baptismo, etiā cōmemorauit eiusdem natiuitatem, deducens illā in Adā primum hominem per septuaginta septē generationes. exorsus à Christo, qui remisit pcta, desijt in Adā, qui peccauit primus. Eundē itaq; numer̄ hic iā repetit, designās nullā ex omnibus ijs generationibus omissam, qua pctum dimissum non esset. Et recte quidem illud Lucas ac composite scripsit post baptismum, in quo pcta remittuntur omnia, ut statim subiungeret septuaginta septem generationes, qui numerus est remissionis pctorum.

3. ¶ Conseruus iste dum misere adeo tractat⁹ urgeretur

ab illo, procidit & ipse rogãs eum, & dicens: Patientiam habe mecum, & omnia soluã tibi. Eadẽ cõseruus repetit uerba, quæ & ille ad dominũ dixerat, misericordiã domini in memoriã illi reducens. cumq; illi dominus debitum dimiserat omne, debebat & ipse utiq; tantulũ condonare conseruo, aut certe morã aliquã relinquere. Quamuis em̃ seruus ille antea corã dño suo procidebat merito orãs eum, iuxta illud Psalmi: Venite, adoremus, procidamus & ploremus corã domino: tamen iã nimiũ hoc erat, quòd seruus corã conseruo ꝓcidit, sicut & angelus Iohanni uolenti ad genua sibi concidere dixit: Vide ne feceris, conseruus em̃ tuus sum & fratrũ tuoꝝ prophetaꝝ, deũ adora. Atqui etiã sic nihilo plus ꝓmouit ille miser apud hunc, qui quiduis potius erat q̃ homo, præter hominis figurã nihil habens hominis, nullam ne sic quidem humilitate sua tanta merebatur patientiã, quã tamẽ nos habere debemus erga oẽs. Expectas quid insuper fecerit? misetũ illũ coniecit in carceres, donec dissolueret debitũ. Videntes hoc conserui eius, perturbati sunt, & adnunciârunt domino impietatẽ ſui. Cõserui, inqt Theophylactus uident eẽ angeli, osores mali, & amatores boni. ij ipsi adnunciant illud domino, nõ ꝙ eũ lateat quicq̃, q nouit omnia: sed ut inde discam⁹ nos, indignari etiã angelos super immites & duros corde, sicut Sapiens q̊q; testat: Cor duꝝ male habituꝝ in die nouissimo. Quodq; angeli omnia nostra adnuncient domino, satis magnũ in Raphaele habemus exẽplum. In uniuersum em̃ ueꝝ est istud Sapiẽtis, Qui loquitur iniq̃, non põt latere. Tunc uocauit illũ dominus suus, & ait illi: Serue nequã, omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me. Vocatio hæc tãtum intelligẽda est de ea, q̃ fit post mortem uel in die nouissimo, quoniã sic manifestari nos oẽs oportet ante tribunal Christi. Porro dum uocat illũ, sese iustũ esse declarat iudicẽ. & in iudiciũ quidẽ intrat cũ ſuo dominus propter misericordiã, ut ostendat ꝙ non ipse, sed ſui crudelitas & ingratitudo donationem irritet. Cæteꝝ uocãs eum rex, non dixit: Omne debitum dimisi tibi, q̊niam adorasti me, sed quoniã rogasti me, ut ostenderet tãtæ fuisse efficaciæ orationem in remittendo debito.

Theoph.
Psalm. 49
Apoc. vlt.
1. Thess. 5
Theoph.
Eccl. 3
Thobi. 12.
Sapien. 1.
2. Corin. 5

4. ¶ Quæres rursus, Cur ſuum hũc nequã uocat? En ti-

Chrysost. bi respondeat Chrysostomus, Quando decẽ millia talentorũ non conuitiatus fuit debitori, sed misertus: quando uero aduersus consociũ crudelitatẽ exercuit, tunc nequã atq; improbũ seruũ appellauit. antea illũ quãuis malum, adhuc tñ in numero pœnitentiũ constitutũ nequã nõ uocauit, sed iam mortuũ, nulla existente emendationis spe reliqua, dixit: Serue nequã, omne debitũ dimisi tibi, nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui? iuxta illud quod alibi docuit

Luc.6 dñs, Dimitte, & dimittẽ uobis. Quilibet igitur homo, q̃ inuidiã & odiũ cõcipit aduersus proximũ suũ, cogitet sibi dici à domino: Ecce remitto tibi peccata tua. Quur non & tu

Psalm.93 dimittis cõseruo tuo, quod aduersus te cõmisit? Pulchrũ est quod habet quædã Glossa in Psalmis: Ne cõfringas pontem misericordiæ super quẽ ingressus es. Insignis stoliditas est meminisse uelle aliquẽ quæ sibi acciderint mala, qñ id illi tñ nõ alijs incõmodat. Discimus hinc duo q̃ facere debem⁹: alterũ, ut nostra ipsi agnoscamus debita: alterũ, ut proximo nostro dimittamus ex animo debitũ suũ. Dũ itaq; oramus deum, ut nobis peccata & debita magna remittat, decet

Thobiæ.4 Eccle.28 & nos minora proximis dimittere, decente Thobia: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias. & item Sapiente, homo conseruat iram aduersus hominẽ, & quærit remediũ à deo. Aduersus hominẽ similẽ sui non habet misericordia, & orat pro peccatis suis. Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propiciationem petit à deo. Iratus aũt dominus, tradidit eum tortoribus, donec dissolueret omne de-

Theoph. bitũ. Tortores sunt punitrices potestates, à quibus ille, torquebitur æternũ, donec soluat. cumq; nõ possit unquã solu-

Donec. ere, semper & perpetuo cruciabitur (donec, non dicit finẽ, ut pulchre docet Hieronymus contra Heluidium) atq; hoc illud iustum est iudiciũ dei, de quo Iacobus ait, quoniã iudicium sine misericordia erit ijs, qui non fecerunt misericordiam. Tandẽ iam concludit dominus tali adclamatione: Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusq;que fratri suo de cordibus uestris. Atq; hæc totius parabolæ summa ratio est, ne inuidiam & odium foueamus aduersus proximos nostros. Pater meus, inquit, non uester. indigni enim sunt tales, qui deum habeant patrẽ. neq; uero satis est ore & uerbis dimittere, nisi & corde ueraciter dimit-

cas. Vos iam ipſi cogitate chariſſimi in Chriſto, quantũ malum ſit inuidia & libido uindictæ. ſiquidem & diuinam reuocat donationem, & pœnam incurrit æternam, à qua defende nos mitiſſime deus, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMINICAE uigeſimætertiæ poſt feſtum Pentecoſtes.

De inuidia & odio, quoq; modo peccata redeant dimiſſa.

EX multis q̃ ſaluberrima hodiernũ in ſe cõtinet euangeliũ, dilectiſſimi in Chriſto fratres, docemur à dño p̃cipue remittere oẽm noxã ꝓximis noſtris. nullũq; rancorẽ odiũ aut inuidiæ erga eũ geſtare, uindictã nullã noſtri gratia appetere. Nos itaq; iã breuiter quædã huic propoſito deſeruiẽtia expediemus, dicturi primũ de uitiõ huius atrocitate, deinde quõ inuidus quiſpiã oratiõnẽ orare poſſit dñicã. Ad extremũ, qui fiat q; & pc̃tã iã ſemel dimiſſa per alia noua denuo redeant. Inuidia, inquit Damaſcenus, eſt triſtitia de alienis bonis, & lætitia de malis. q̃ qñ ſit pc̃tũ, iã porro explicabimꝰ, ne qd ſit q̃d in hac re tuũ effugiat intellectum. Triſtitiã enim de alieno bono cõcipere multis modis cõtingit. Primũ, cum quis triſtat & doleat ita, ut uereat ſibi aut alteri emergere inde incõmodũ aliq̃d aut periculũ, quæ ſane triſtitia nec inuidia, neq; pc̃tũ ẽ, mõ fiat cũ modeſtia, imõ fit ut ſit illud etiã adprime cõmodum, qm̃ euenire plerũq; ſolet ut nõ amiſſa charitate, & nos ruina inimici lætificet, & rurſus eius gloria ſine culpa inuidiæ cõtriſtet, quia per hoc quoſdã iuſte eligi credimus qui digni ſunt; proficiente illo, multos opprimi formidamꝰ iniuſte. Ita nimiꝝ lætatus eſt populus Iſrael deſubmerſo cum populo ſuo Pharaone. Ita rurſus contriſtatus fuit Matathias, audiens proſperitatem regis Antiochi, qui nitebat Iudæos ad cultum idolorꝝ adducere. ita in hodiernum gaudere citra peccatum põt uel princeps uel ciuitas aliqua, de alterius nihil boni attentantis incommodo & rempub. perturbantis.

Damaſce.

Triſtari de bono alieno.

Greg. 22 ca. 11. mor.

Exodi. 15

1. Mac. 2

2. ¶Lætari quis potest de alterius damno, & bono tristari, non eo quod is bonum illud habeat: sed quia ipse careat: quæ etiam proprie inuidia non est, sed magis zelus, cũ quis optet æque sibi contingere cuncta prospere ut alteri: similiter si aliquis tristatur fortunã aut bonũ ab alio adeptũ, cuius sit indignus (eã Aristoteles nemesim uocat, nos indignationẽ nõ incõmode dixerimus de bono indigni, q̃uis etiã zelus nominari queat) hoc q̃q; si cum mode
1. Cori. 14. ramine fiat, iniquũ nõ est, qm̃ sic plurimi Paulum intelligunt, dicentẽ: Vos quoniã æmulatores estis spũum, ad ędi
Hierony. ficationẽ ecclesiæ quærite ut abundetis. In eũ sensum accipiendus est & Hieronymus, dum filiam informat Letæ, dicens: Habeat socias cũ quibus addiscat, quibus inuideat, quarꝝ laudibus mordeatur. Sic cum neophytus aliũ superare cum æmulatione studet in obseruãtia, puer puero inuidet in profectu literario, malum non est.

3. ¶Adhuc de alterius bono tristatur quispiã, nulla p̃dictarꝝ causarꝝ, sed ita absolute, quod ei quẽ odit, tantum boni nõ fauet: q̃ ꝟa inuidia est pctũm mortale, quia contra charitatẽ dei & ꝓximi. sicq; Paulus charitatẽ ait, nõ inui
1. Corin. 13 dere, sed gaudere cum ꝟitate. & Chrysostomus, Inuidia,
Chrysost. inquit, est ignis inextinguibilis. etenim sicut tinea comedit uestimentum, sic inuidia eum qui zelat cõsumit. atque ita p̃sentẽ semp habet pœnã rõne iustitiæ, qa spũs tristis exiccat ossa. Et ut maxime qs gaudeat de alieno cõmodo
Proue. 17. & bono, tamen sic quoq; supplicio suo nõ carebit, iuxta illud Salomonis: Qui in alterius gaudet ruina, non manebit impunitus.

4. ¶Tristat etiã aliqs ob gratiã dei quã in ꝓximo suo uidet, q̃ sane inuidia lõge turpissima est, pctm̃ in spũm sanctũ, inuidentia gratiæ fraternæ. nanq; cũ spũs sctũs amor sit, & huic ex diametro repugnet inuidia, qd reliquũ ẽ nisi inuidiã uitiũ esse ut pessimũ, ita omniũ maxime abomi
Augustin. nandũ, atq; omnino (ut ait Augustinus) diabolicũ, q̃ solo diabolus est reus, & inexpiabiliter qdẽ reus: diabolo em̃, ut dãnet, dici non põt, adulter es, fur es, gulosus fuisti, sed
Bernard⁹. hoc unũ, inuidisti hoĩ. Vidit etenim exaltationẽ hoĩs ille, & inuidit. perq; inuidiã ipsi⁹ mors introiuit in orbẽ terrarum, & adhuc sequunt eũ quotquot partiũ sunt suarum.

¶ Hæc cū ita se habeāt, recte sequit, inuidos, diabolī esse discipulos, eo q̄ ipsum sequunt. Vicissim discipulis suis hoc dedit argumentū Christus: In hoc cognoscēt omnes, q̄ mei estis discipuli, si dilexeritis uos inuicē. Contrà discipulī diaboli mutuo sese odio persequuntur: & sicut spiritus sanctus corda fideliū inflammat in charitate feruente erga deū & homines, Ita diabolus odia tantū seminat & liuorē, discordias, dissidia, iurgia & contentiones: idipsum nunciī eius homines mali & peruersi similiter faciūt. Multa hic dici possent, unde fiat ut quis inuideat alteri. sunt em̄ qui à natura procliues sint ad inuidiā, ut plerunq; pueri, mulieres nimiū pallidę &c. Estq; hoc paruulor ū peculiare, ut inuideant alīs, sicut Augustin⁹ profitetur uidisse se zelantē paruulū, qui nondū loquebatur, & tamē pallidus intuebatur collactaneū suū. Neq; raro fit, ut nobis etiam nō cogitantibus primo adhuc motu accidat inuidia, puta cū alterius audimus felicitatē, primulū inuidemus ei aut gaudemus ex ipsius malo: id si sic animo fiat min⁹ prę meditato, peccatū mortale nō est. siquidē is fructus est arboris nostræ sterilis & aridæ. caro ex Adamo tracta, fructus nobis fert huiuscemodi. Quod si aūt aliqs cōsulto & cū præmeditatione tristatur de magno alterius cōmodo, id sane pctūm & magnū & capitale est, de q̄ supra diximus. Iohan. 13 1. Ioā. 3 2. ī. cōfe.

¶ Veniamus nūc ad incōmoda inuidiæ, uisuri si ijs grauissimis malis utiq;, inuidiæ radices ex quorundā cordibus euellere queamus. Principio uitiū hoc ita per omnia malū, ut nihil in se boni habeat. diabolus em̄ illaqueaturus hominē, uoluptatulam ei aliquā proponit, qua ipsum ad peccatū alliciat: ficq; superbo gloriā promittit & honores, auaro diuitias, guloso & libidinoso uoluptatem ipsam, ignauo quietē & tranquillitatē. Inuidus aūt nihil plane boni aut iucūdi ex sua malitia cōcipit. Insignis stultitia est, Diomedea permutatione aurū ære, asinū cōmutare fistula. Atqui inuidus etiā gratis uēdit, nullā inde cōcipiens uoluptatē, sed angustiā tm̄ & irrequietā animi solicitudinem, quod uel ex ipso corpore adparet, teste Poeta: Inuidię incōmoda

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.

Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores.
Nec fruitur somno.

¶ Ita paulatim incipiunt hic inuidi cruciari, & illic tandem torquebuntur perpetuo. Magnũ & uirulentũ uitiũ inuidia est, nec quicquã inuido nimis arduum est, nõ homicidia, non mulierũ cædes, non infantũ occisiones, non ueneni largitiones, nõ incendia, nemini hic parcitur, uel nocenti uel innoxio. Quid in causa fuit obsecro, quòd primi parẽtes nostri seducti sunt? inuidia diaboli. Vnde Cain innocẽtem fratrem suũ Abel occidit? ex inuidia. Quid adegit fratres Ioseph uendere, & penè etiam occidere? inuidia. Quid Saulem impulit ad persequẽdum Dauidem, cui etiam propriam filiam antea dederat uxorẽ? inuidia. Aut quę causa fuit, cur Christũ Iudęi tradidere Pilato? inuidia.

Gene. 3
Gene. 4
Gene. 37
1. Reg. 20
Matt. 27.

¶ Vnde pleraq; bella, unde hominum prouinciarumq; perditiones oriuntur maxime? ex inuidia. Liuor igitur tabificum, ut ait ille, malis uenenum, uel eo flagitium pestilentius est, ꝙ decrescentibus reliqs in homine uitijs, sola tantum crescit tum auaritia, tum inuidia: neq; terminũ habet zelus iste, permanens iugiter malũ, & sine fine peccatum est; quantoq; ille cui inuidet, successu meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris exardescit. itaq; animam hominis necat, iuxta illud Iob: Paruulum occidit inuidia, siquidẽ priuat aliquẽ intellectu suo, excæcat rationem, omnesq; uirtutes animæ bonas interimit. Perpendere igitur debent inuidi, quantæ sint cæcitatis, qui alieno profectu deficiunt, & aliena lætitia contabescunt. quicquid enim alijs accedit, id ipsi amittũt. quod si ditescit ille, non fauet hoc ei inuidus: si sanus efficitur alius, id quoq; contrarium est inuido. Imò & odor suauissimus, qui alijs hominibus facit ad uitam, mors inuido ẽ, sicut unguentum preciosum Mariæ nõ poterat ferre inuidus Iudas, neq; Iudæi sustinere potuerunt concursum populi ad Christum, cũ dicerent se nihil proficere, eo quod totus mundus sequeretur illum. Ita primum se arrodit & absumit inuidia, quæ ideo uermibus comparat, qui ex ligno nascunt. illud. n. ex quo nati fuerant, paulo post exedũt. sic inuidia, autore Hierony. primũ se demordet. Tãq; uirulentum malũ est liuor, ut ultro careat inuidus bono

Cypria. serm. 2. de Ze. 2. li.
Iob. 3
Gregori⁹.
Iohan. 12
Hierony.

aliquo, dū eodē priuetur & proximus suus: sicut ille, quē rex petere iubebat q̄d uellet, sēq; daturū ei, & alteri cui inuidebat bis tm̄: uerit⁹ ne si mille aureos peteret sibi dari, alteri darētur duo millia: inuidia itaq; cōpulsus petīt effodi sibi oculū, ut alteri effoderent ambo. Nemo igit liuido multū cōuersetur, iuxta consiliū Sapiētis: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli & coniectoris existimat q̄d ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius nō est tecum. Prouer. 23

3. ¶ Quando itaq; scelus tm̄ est inuidia, fugiamus illud, neq; leuiter peccemus in eo. cogitemus potius q̄d oram⁹ q̄tidie, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Dimittere aūt proximo bifariā pōt intelligi: uel ratione offensæ, ita necessariū est dimittere nos proximo nostro, eo q̄ oēs tenemur diligere ex charitate: uel propt iniuriā alicui à proximo suo illatā. & hic sicut fine pctō quis pōt bonū repetere ablatū, etiā potest aliquis licite & citrā inuidiæ uitiū honorē petere ademptum sibi. Imo dari pōt casus, ubi offendātur cæteri, si qs nolit nominis sui & famæ gloriā tutari. tunc. n. iure exequi posset & deberet, sicut dici solet in Iure: Crudelis est qui famam negligit. Matth. 6 Dimittere debita proximo.

Verū inuidiā hanc nō debet in corde & animo suo fouere ut crescat in odiū, qm̄ aliās dicetur ei à dño: Serue nequā, omne debitū dimisi tibi, nōne oportuit & te misereri cō serui tui? profecto. n. si dimiserimus nos hoibus pcta sua, dimittet & nobis pater cælestis pcta nostra. Quæris autē an inique faciat inuidus, dū orationē orat dñicam, nolēs interim dimittere proximo suo. Rīdetur, ad hoc ut quis meritorie oret, inuidia carere debet, iuxta illud q̄d ait Sapiēs: Relinque proximo tuo nocēti te, & tūc deprecāti tibi pcta soluent. Sic Paul⁹ inqt, Estote innicē benigni, misericordes, donātes inuicē sicut & de⁹ in Chō donauit nobis. Chūs q̄q; dimittere nos iubet, ut dimittat uicissim nobis. Sic dns per prophetā rīdet ils qui cōquesti erant, dicētes: Quare ieiunamus, & nō aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, inquit dns, in die ieiunij uestri in uenit uolūtas uestra, & oēs debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiōes ieiunatis, & percutitis pugno impie. 11.q.3. Nō sunt. Matth. 18 Matth. 6 Eccle. 28 Ephe. 4 Luce. 6 Isaie. 58

Nolite ieiunare sicut usq; ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. Vnde & Paulus ait, Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Ipse rei exemplar nobis dedit dñs, dum pro suis orauit crucifixoribus: Pater, inquiens, dimitte illis, quia nesciunt qd faciunt. In hoc speculum respexit Stephanus, qñ pro lapidantibus se orauit dñm, dicens: Ne statuas illis hoc pctm̃, quia nesciũt quid faciunt.

Roma. 12. Luc. 23. Actu. 7.

2. ¶ Potest quis orare dominicã precationem tanq; persona publica, ut si quis parochus uel sacerdos totius ecclesiæ nomine illam decantet uel oret, recte facit: & q̃is ratione suæ personæ uerũ nõ sit, q; dimittat proximo, tñ uerum est in persona ecclesiæ. & sic quilibet potest eam orare, qm̃ nõ dicit, Dimitte mihi, sicut ego debitoribus dimitto meis, sed, sicut nos dimittim⁹, in persona totius ecclesiæ, in qua multi sunt, qui nec iram, nec; inuidiam, nec odium gestant aduersus proximos suos.

3. ¶ Si autem pro se oret inuidus, nolens tamen mittere inuidiam, male facit, qm̃ sic ait Aug. Si peccatum nõ dimiseris, nõ poteris dicere, dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Et in enchiridio ca. 84. Qui rogãti peccati sui ueniã, & petenti ex corde nõ dimittit, nullo mõ æstimetã dño pctã sua dimitti, quia mentiri ueritas nõ põt, Si nõ dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Atq; hoc etiam est quod Chrysostomus ait, Cum qua spe orat, qui inimicitias seruat aduersus alterũ, à quo forsitan læsus est? sic enim ipse orans mentitur, dũ dicit, remitto & non remittit. itaq; & à deo petit indulgentiam peccatorũ, & ei non indulgetur. Attamen si quis eo animo oret dominum, ut sicut deus homini peccata dimittit ex gratia, ita ipse quoq; gratiam petat à domino, dimittenti proximo pctã sua, nõ peccabit ille sane orando orationem dominicam.

Lib. 1. de ver. domini in mõte

Chrysost.

4. ¶ Circa finem huius euangelij occurrit adhuc q̃stio, cur dñs seruum hunc tradiderit tortoribus propter debitum, quod illi remiserat antea. Respõdet Augustin⁹, & ait redire pctã dimissa, ubi fraterna charitas nõ est. ita sanctus quoq; pater ait Ambrosius, Donate inuicem, si alter in alterum peccat, alioquin deus repetit dimissa. si. n. in ijs cõtemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam,

De bapt. contra. Donatist. Ambros.

per quam misericordiam dederat, probat idipsum p huius euãgelij textũ. Rabanus adhuc acerbior est, cũ ait: Nequam seruum tradidit tortoribꝰ, quoad usq; redderet uniuersum debitum, qa non solũ pcta quæ post baptismum egit hõ, reputabuntur ei ad pœnam, sed etiam originalia quæ in baptismo sunt ei dimissa. In eadem sententia est & Grego. cum ait: Ex dictis euangelicis cõstat, quia si ex corde nõ dimittimus, & hoc rursum exigit, quod iam nobis per pœnitentiã dimissum fuisse gaudebamus. Vt iã res hæc ita sane intelligatur, ne quis mitissimum deũ crudelitatis arguat & tyrannidis, sciendum est nõ ita uetera redire pcta, ut pro iis sic puniat æternum, q̃si non pœnitentiã pro eis egisset. dura.n. id nimis fuerit, cum non bis puniat deus unum peccatũ. neq; retribuat duplicẽ tribulationẽ, quod & ex illa patet expositione quid sit dimittere peccatum, nisi quia nõ uult dominꝰ illud imputare alicui ad pœnam æternã, teste Aug. & Dauide: Beati quorũ remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pcta, hoc est, obliuioni cõtradita. Sic Gelasius inquit, Diuina clementia dimissa pcta in ultionẽ ulterius redire non permittit. cui cõcordat & Aug. ad Prosperum. Sed eo tantum dicuntur redire, quoniã si cui remittit dominus peccatũ, & propter gratiam illã ipse porro cauere debeat ꝑpetuo à peccatis, rursus aũt recidat in pcta, posteriora hæc prioribus fiũt grauiora ob ingratitudinẽ: hinc sequitur, adulterium quod quis iã cõmittit, grauius esse (cæteris paribus) eo quod ante decennium cõmiserat, quia quo diutius longiusq; uiuis, eo tibi grauiora semper fiunt pcta ob ingratitudinis uitium longe teterrimum. Dicere quoq; possumus redire pcta sic, ꝙ quemadmodum antea pœnã incurrit æternã, ita eandem nunc quoq; cõmeruit, nõ propter antiquum illud, sed hoc nouum peccatum, quoniã qui in uno offendit, iam factus est omnium reus, nõ ꝙ tantum pati debeat: quia tam priuatur gloria æterna perpetuis depuratus supplicijs, q̃ si omnia alia transgressus esset (quo ad pœnã damni omnes damnati sunt æqualiter dãnati, & quo ad durationem, quia omnium pœna est infinita) Infringit porro propositum, q̃d pœnitens habuit de nõ peccando in posterum. hinc sequens peccatum grauius fit. Admo-

Rabanus

Gregoriꝰ.

Nahum.1

Psalm.31.

De pœnitẽ. dist. 4. c. diuina.

Iacobi.2.

nitos itaq; iam uos dilectissimi omnes uolo, ut dilectionẽ mutuam obseruetis, remittentes inuicem alter alteri delicta sua propter dñm, & ille uicissim nos, ut fratres uerósque suos filios remunerabit in æterna patria. Id adeo tu præsta Christe Iesu, qui cũ deo patre in unitate spũs sancti uiuis in æternitate perpetua benedictus, laudabilis & glorioſus in secula, Amen.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA A FERIIS PENtecostes, euangelium Mat. XXII.



Marci.12. Lucę.20 Actuũ.10

IN illo tẽpore Abeuntes pharisæi, cõsiliũ inierũt ut caperẽt Iesum in sermone, & mittũt ei discipulos suos cũ Herodianis, dicẽtes: Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. nõ em̃ respicis personã hominũ, dic ergo nobis, quid tibi uidetur. licet cẽsum dari Cæsari, an nõ? Cognita aũt Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritę? ostẽdite mihi numisma cẽsus. At illi obtulerũt ei denariũ. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicũt ei, Cæsaris. Tũc

Roma.13 ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quę sunt dei, deo. Et audientes, mirati sunt. & relicto eo, abierunt.

HOMILIA VNICA.

NVper, inqt Hieronym⁹, sub Cæsare Augusto Iudæa subiecta Romanis (quando in toto orbe celebrata est descriptio) stipēdiaria facta est: & erat in populo magna seditio, dicētibus aliis pro securitate & quiete, q̄ Romani pro omnibus militarēt, tributa debere persolui: pharisæis aūt, qui sibi applaudebant de iustitia, contrario dicētibus, nō debere populū dei, q decimas solueret & primitias daret, & cætera quę in lege scripta sunt, faceret, hūanis legibus subiacere. Cæsar Augustus Herodē filium Antipatri regem Iudæis constituerat, qui tributis p̄esset, & Romano pareret imperio. Super iis miserunt discipulos suos cū Herodianis (nāq; & Herodes ad festū hoc uenerat Hierosolymā) ad dominū eo consilio, ꝙ parabolas q̄s dixerat dominus, iam obseruabant in se dictas: neque tamen audebant illū adoriri præ populo, qui ipsum habebat pro propheta, sed nec uerbis quicq̄ præualebāt aduersus eum, ꝙ undecunq; obuiaret ipsis sapientissime. Inter hæc incidit eis, quō Theodas & Iudas seditionis autores male tractati essent, dū resisterent potestati Romanorum. cogitabāt in eandē q̄q; suspicionē adducere Christum, ut illi aduersarentur superiores & optimates. miserunt ita & Herodianos cum suis ad illū, ut si negaret tributa solui debere Romanis, idipsum statim Herodiani denunciarent Herodi. Sin autem adfirmaret, sic quoq; aduersum se prouocaret plebem. Vnde & Lucas ait: Obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone. Sed nos iam ipsum adgrediamur contextum euangelij.

Hieron. 4.
Lucę. 2
Lucę. 23
Matth. 21
Actuū. 5
Lucę. 20

¶ Abeuntes pharisæi, consiliū inierunt ut caperent eū in sermone. Omnis malitia, inquit Chrysostomus, cōfunditur qdem aliquoties ratione ueritatis, corrigitur autē nunq̄, maxime eorum qui proposito malo & non ignorantia peccant. Quod uerbum diligenter tu considera aduersus hæreticos, qui desistere nolunt ab erroribus semel conceptis, etiam confusi rationibus & scripturæ testimoniis. ita hic pharisæi non poterāt extorquere à domino, qua tandem potestate faceret illud. ad hæc conscientia q̄que urgebat eos super illo, q̄d dixerat, Malos male ꝑdet,

Chrysost.
Chrysost.

Sicut autem si quis claudere uoluerit aquæ currentis meatum, si excluſa fuerit per aliquam uiolentiã, aliunde ſibi ſemitã ꝙrit, ſic Iudæorũ malignitas ex una parte confuſa, alium ſibi aditum adinuenit. Conſilium'q; inierunt eiuſmodi, de quo propheta dicit: Inite cõſilium, & diſſipabit. Iſaiæ.8 loquimini uerbum, & nõ fiet. in hoc ipſo conſilio triplicẽ dolum & fraudẽ adſumpſerunt: Primo ſuos miſerunt diſcipulos, ut magna eẽt ignominia Chriſto, ſi ab eis uinceretur, uel etiam ut minus eos obſeruans, facilius impingeret in ſermone. Deinde miſerunt ſimul & Herodianos, q ipſum, ſicubi quicq; aduerſus Cæſarem diceret, accuſarẽt. Poſtremo in hoc Iudæos pariter & gentiles miſerunt, ut ſi tumultus aliquis cõcitaretur, utriq; ſuarum partium eſſent. Iniquum porro hoc fuiſſe cõſilium, inde colligitur, ꝙ ad illud ijs utebantur, quos omnium maxime habebant exoſos, ſeruis militaribus, ſtipendiarijs Romanis. Sed qs tandem conſilium iniret aduerſus dominum, niſi diabolus cum ſuis membris? Magiſter, inquiunt, ſcimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & nõ eſt tibi cura de Hieron. aliquo, non. n. reſpicis perſonam hominũ. Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat reſpõdentem, ut magis deum ꝙ Cæſarem timeat. Dum. n. dicunt, nõ reſpicis perſonam hominum, Cæſarem & Herodem reſpiciunt. uſq; adeo fellis & fraudis uerba eorũ plena erant omnia, Hieron. ut ait Dauid: Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledi- Pſalm. 61. cebant. Magiſtrum uocant, cuius nolunt eſſe diſcipuli. ma- giſtrum uocant, dum decipere cogitant, aliâs impoſtorẽ Iohan. 7 & deceptorem nominant populi, iam dicunt eum uiam Matth. 17 dei in ueritate docere. aliâs clamant eum ſubuerſorem eſ- Iohan. 9 ſe gentis, neq; eſſe à deo qui ſabbatum nõ ſeruet. Iuuenes Chryſoſt. quidem erant, qui mittebantur, ſed malitia pares ueteribus. Et ſicut ſerpentes paruuli, licet ætate & magnitudine cæteros nõ æquent, ueneno tamen inferiores nõ ſunt, ita hic Iudæi ꝙis ueritatẽ dicebant, nõ tamen ſine dolo. laudabant. n. eũ ideo, ut huiuſmodi comendatiuncula ipſum prouocarent ad dicendum aliquid contra magiſtratus, ꝙ niam hæc hypocritarum proprietas eſt, laudãt cui nocere uolunt, falſæ laudis catenã in ore circunferunt, & malitiæ gladium celant in pectore, iuxta illud Dauidicum:

Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. & item istud, Pacem loquuntur cum proximo suo, malum autem in cordibus eorum. Recte interim Salomon ait: Meliora sunt uulnera diligentis, quàm fraudulẽta oscula odiẽtis. Sic & dominus per prophetam: Populę meus, inquit, qui te beatum dicunt, seducunt te. Et rursus Salomon admonet prũdenter sane, ut omnia: Quando submiserit uocem suã inimicus tuus, ne credideris ei, quoniã septem nequitiæ sunt in corde illius. Psalm. 54 Psalm. 27 Isai. 3 Prouer. 26

¶ Simul atq; iam ex falso corde dominum uere laudassent, ecce nũc sequitur aculeus. aiunt enim, Dic nobis, qd tibi uidetur? licet censum dari Cæsari an non? quasi dicerent, Parum decet altissimi dei seruulos censum dare regibus terræ. & sicut iniquũ fuerit, si rex aliquis alterius sibi comitatum aut familiam adserat, ita multo magis rex terræ non debet deo cæli seruos suos uel abstrahere uel grauare. Et ὁ miram hanc malitiam. nõ dicunt, dicas nobis quid bonum sit, quid conducibile, quid legitimum, sed quid tibi uidetur. sic illud solummodo sibi propositum fuit, quomodo præsenti principatui hostem esse ostenderent, ac principi quasi seditiosum traderent. Intellecta autem dominus malitia eorum, dixit: Quid me tentatis hypocritæ? responderat ille hoc uerbo, non secundum blãda eorum uerba, sed ad exasperatam conscientiam. quid multa? uoluntati in hoc respondit, non uerbis. Prima eñ hæc uirtus est respondentis, interrogantium mentẽ cognoscere. Quid, inquit, me tentatis hypocritæ? Verbo illis aperit dominus, quod ipsi sentiebant in cordibus suis, ut sic καρδιογνώστην, hoc ẽ, cordium cognitorẽ esse intelligerent, neq; consummare operibus quod ipsi in animo cõceperant. Nam quia magna & aperta utebantur malitia, maius ipse quoq; uulnus intorquet, cõfundens eos, primũ cum in medium arcana sua producat, omnibusq; patefaciat, qua mente ad eum accedant. Quapropter & hypocritas eos uocat: hypocrita autẽ est, quisquis aliud ab eo qd est simulat foris, quod iam olim prohibuit Sapiens, Ne sis hypocrita in oculis hominum. sic quilibet homo precari deum debet, ne fucatis & blandis hominum palpationib⁹ decipiatur, iuxta illud Psalmi: Consumetur nequitia pec- 2. Chrysost. Chrysost. Hieron. Chrysost. Hieron. Eccl. 1 Psalm. 7

Psalm.7 Prouer.11 catorum, tu autem diriges iustū, scrutans corda & renes deus. Vere.n. simulator ore decipit amicum, iusti autem liberabuntur scientia. In summa omnis iste Iudæorum dolus institutus perierat, quando omnium eorū corda & cogitationes cognoscebat dñs, eo ipso testatus uerum se esse deum.

3. ¶ Adhuc magis confundit eos dominus etiam exterPsalm.103 no facto, & ait: Ostendite mihi numisma census. Semper

Hieron. sapienter agit sapiētia, ut tentatores suos propriis uerbis conuincat. Numisma sibi petit exhiberi, quod singuli de capitibus suis pendebant Cęsari Romano. Et obtulerunt ei denarium, adhuc ea spe ducti, q̄ locuturus aliquid esset durius aduersus Cæsarem, unde calumniandi raperēt occa-

Moneta. sionem. quoniam cudere monetas, proprium semper habitum est eorum, qui magistratu fungūtur. cumq; Romani omnem haberent potestatē, etiam ius habuere monetæ, illiq; imaginem Cæsaris insculpebant, sicut antea Iudæi quoq; monetam habuerant, testantibus idipsum scri-

1. Mac. 15 ptis Antiochi regis ad summum sacerdotem Simonem, quibus indulsit ei, ut propriā in sua regione cuderet monetam. Cuius, inquit dñs, est hæc inscriptio? Qui putant,

Hieron. ait Hieronymus, interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & nō dispensationem, discant ex præsenti loco, q̄ utiq; potuit scire, cuius esset imago; sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat. Cuius est hęc imago? quasi diceret, Vos ius oīne monetarium amisistis. penes alium iam est illud, qui & potestatem atque magistratuum suprema possider officia. quod si penes illum potestas & magistratus est, cur nō & census erunt & tributa? Quæstio hæc aliquando etiā inter Christianos iactata est, an illi imperatori ethnico tributa deberēt. & Paulus quo

Roma.13 que idipsum serio decreuit, docens Romanos omnē animam potestati subiectam esse, cui quicūq; se opponit, diui næordinationi resistit. ibidem etiā concludit, tributa soli debere, & ait: Reddite oīb⁹ debita, cui tributū, tributū: mcui uectigal, uectigal:. cui timorē, timorē: cui honorē, honorē.

Hieron. 4. ¶ Cum iam respondissent Iudæi inscriptionem istā Cæsaris esse, subiunxit dominus, Date ergo quæ Cæsaris

sunt Cæsari, & quæ dei deo. quasi diceret, Inscriptio hæc arguit Cæsarem longe latéque per orbem regere, dominari, militare, contractus uestros tum disponere, tum cõfirmare. decet itaque, ut ideo tributa illi pẽdatis & census. Quia autem & ad deum decimæ pertinent atq; primitiæ, illas quoq; ministris eius date sacerdotibus, ut pro uobis orare possint dominum deum. Id utrunq; Christus etiam opere compleuit, quoniam in spiritualibus sedulo studuit implere uoluntatem patris sui cælestis: interimq; & Cæsari quod suum erat, tribuit. nanq; matrem suam uoluit ascendere in Nazareth, cumq; Ioseph nomina dare sub Augusto Cæsare, pro se ipso quoq; & Petro soluit didrachma. nec quicquam inuenias uspiam, quod aduersus magistratum dixisset dominus, quo ad dignitatem & potestatem, atq; ea omnia quæ subditi superioribus suis præstare tenentur. Joh. 4. a. Luc. 2. Matth. 17.

¶ At tu magnam hic mihi uide sapientiam Christi, dum non ad interrogationem tantum respondet Iudæorum, sed falsam quoque eorum rationem infringit, qua mouebantur ut Cæsari censum non soluerent. huiusmodi nãque ferè eorum erat argumentum: Iudæi nos deo & ministris eius decimas damus, primitias, oblationes &c. nihil igitur est quod insuper pendamus Cæsari, Id refutans dominus, iubet eos quæ dei sunt dare deo, & simul tamen quæ Cæsaris pendere Cæsari. quasi diceret, Tantum uobis elargitur deus, ut utrunque illud bene possitis & cum dignitate persoluere. Considera autem danda esse Cæsari quæ sua sunt. nam si aduersus æquitatem aliquid cupiant magistratus, aduersus fidem, religionem aut ecclesiæ catholicæ ordinationem, quod nunc Lutheranorum faciũt magistratus, hic sane parendum eis nõ est. siquidem q̃d fidei ac utrtuti obest, non Cæsaris, sed diaboli tributum & uectigal est, ut ait Chrysostomus. Neochristiani quoque nostrates diffidere uolunt de domino, quasi non possint cultum diuinum sustinere, simulq; pauperes fouere. Sed hæc aliàs, ubi maior sese offeret occasio. Chrysost.

Moraliť exponũt hoc qdã doctores, & dicũt imaginẽ dei nec auro, nec argẽto eẽ insculptã, sed in ipsam hois aiam.

dicet igitur ille, Cuius est hęc imago? Quod si anima imaginem inuenta fuerit habere dei, in conscientia bene pacata & innocenti, mercedem recipiet uitæ æternæ: sin autem imagine dei obliterata, substituta in eius locum fuerit imago diaboli, uæ homini huiusmodi, quicunq; amiserit imaginem dei, sicut amisit Adam, teste Augustino, cũ ait: Si homo seruasset in se imaginẽ cõditoris, ipsum semper laudaret. De malis in eundem sensum inquit etiã Dauid, Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Vos itaq; in Christo dilectissimi, studete, curate, & elaborate in hoc unicum, ut summi optimiq; & maximi Cæsaris domini dei imaginem integram, puramq; seruetis, sicq; præmia ab illo suscipiatis æterna, Amen.

Augustin.

Psalm. 72.

De imagine uide plura in sermone super festo sanctæ Trinitatis, parte Tertia.

DE MAGISTRATIBVS SECVLARIBVS, HOMILIA SECUNDA Dominicæ XXIIII. à ferijs pentecostes.

Reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ dei sunt, deo. Matthæi XXII.

CVm in hoc euangelio potestas secularis, hominis etiam idololatræ, quiq; deum nõ solum non uenerabatur, sed ne nôrat quidẽ, per dñm Iesum confirmatur: facile patet, quantis errorũ labyrinthis sint inuoluti, quantumq; fallantur neochristiani illi, qui potestatis cum secularis tum & ecclesiasticæ sub euangelicæ libertatis prætextu iugũ excutere conantur. Veluti non ita dudum in plebe illa rusticana, Lutheranorũ sermonibus concitata usuenit, q̃ non absq; magna suorũ clade aduersus principes se cõmouit. Sunt. n. in illa seditione circiter centena millia hominũ cæsa, quorũ animabus dei miseratione exopto. Et hic quidẽ nõ mediocris mihi stimulus fuit, uobis quasi digito demonstrãdi, seculare dominium etiam inter Christianos licitũ esse: hinc q; nihil libertati, in quã uos Christus asseruit, decedere. Ea enim in spiritu est

Lutheranorum seditio. Anno dñi 1525.

Christiana libertas.

contra peccatorum seruitutem, ideoq; non deorquenda ad humanum imperium, quod liquido à Paulo declaratur his uerbis: Vos in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. In hunc quoq; modū egregie atq; præclare à diuo Petro cōmonemur, ne Christiana libertate abutamur. dicit enim, Quasi liberi, & nonq̄si uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. ibiq; affatim explicat, quomō magistratibus obtemperandū sit, ut paulo post dicemus. Et ut nihil uos lateat, quod ad hanc materiam pertinet, altius paulo repetā, primaq; ab origine deducam mundanum dominatum. Galat. 5 1. Petri. 2

¶ Prima igitur potestas homini data, super originalē. 1. iustitiā fundata est, quā is absq; medio à deo accepit omnibus mortalibus cōmunē, per quā omnia se inferiora animantia in ditione tenuit sua, ad usus ac sustentamenta uitæ necessaria. hæc nobis à Moyse in libro Geneseos depingitur, cum deus ad Adam dicit: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiscite eam, & dominamini piscibus maris & uolatilibus cæli, & uniuersis animantibus quæ mouentur super terrā. Hoc est quod principio dixi, Eam potestatem super originalē iustitiam fuisse constitutam, quam homo in paradiso habuit. Genes. 1

¶ Ea aūt non ad æquales usq; i. homines sese extendit. Nam in paradiso neq; rex, neq; princeps, neq; ullum generis discrimen, sed una eademq; omnium futura erat nobilitas. Cuncta animātia homini subdita erant. postq̄ aūt ille labe peccati est contaminatus, confestim ista potestate excidit, serpentes nos ueneno intoxicant, deuorant leones, dilaniāt lupi, canes morsu, tauri cornibus, equi calcibus nos impetunt. Magnoq; nobis labore atq; opera cō stat, certas quasdā beluas curare atq; educare, ut uel parum sese ad nostrum adcōmodent nutum.

¶ Postea uero quàm dominium illud gratuitū unicuiq; mortaliū cōcessum, iam nostra ex culpa amissum fuerat, in quo omnia erāt cōmunia, proprietatē bonorū in mundo consequi necesse erat. Primi itaq; Christi sectatores q̄ proxime ad pristinum innocētię statum uitæ puritate accesserūt. Id quod Lucas testatur in Actibus apostolorum, 2.

Actuũ.4. cum ait: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Proprietatem uero omnium rerum post lapsum consecutam esse, facile ex hoc elicitur. Ita enim dominus inquit ad Adã. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uescêris pane tuo. Quod si possessiones non essent distributæ, male excolerentur agri. Desides enim pulchre sibi à laboribus cauerent, nihilominus tamen ex frugibus exaturari cupientes. Distractæq; forent uoluntates, dum hic genialiter uiuere, ille uero sumptibus parcere cuperet. Opus igitur fuit, ut quisque priuatas habeat opes. hoc est, quod dicitur, meum & tuum ex peccato proueniunt. Nisi enim peccatum esset, abstineretur ab his duabus contentiosis uoculis, meum & tuum: quoniam si peccatum non esset, meum quoq; & tuum non essent.

Gene.3

Meum & tuum.

1. ¶ Cum ergo tempore naturæ lapsæ seu destitutę surrexit proprietas bonorum, oportuit etiam dominium institui. aliâs enim quisquis fortior fuisset, bona alterius ui occupasset, nec bonus satis tutus à uiolentia malorum esse potuisset, oportuit itaq; institui magistratum, qui tũ bonos tueretur, tum iustitiam ipsam defenderet. Et tamẽ multi uiolenter se intruserunt in officia magistratus, sicut Nemroth, quem nonnulli putant fuisse Ninum, q primum regnum tenuit Assyriorum. Alij electione & cõsensu populi eò deuenerunt, dum aliæ prouinciæ alios atq; alios sibi reges deligerent. Atq; hoc est quod Imperator ait, usu exigente, humanis necessitatibus gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt. bella enim orta sunt, & captiuitates secutæ & seruitutes. In Genesi legimus Cain genuisse Enoch qui ciuitatem extruxit, uocauitq; eam iuxta nomen filij sui: simulq; iura utique constituerunt & magistratus, quando etiam latrones in uno nemore sine legibus uiuere nequeunt. Ita deinceps tota plena est scriptura, quomodo à tempore diluuij reges fuerint, Abimelech, Pharao, & nouem isti, qui inter se bella gerebant, aliiq; innumeri.

Gene.11.

Gene.4

Gene.12 20.& 14.

2. ¶Inuenimus quoque in sacris literis ipsum dominum regios magistratus instituisse super populum suum. quamuis enim super suam quisque paterfamilias domum dominabatur, liberos quoque & nepotes, sicut de Noe, Abraam & Iacob constat. decursu tamen temporis inualescente hominum multitudine, oportuit instituí magistratus. sicque Moyses præfectus est populo dei, quem & eduxit ex Aegypto. huic successit Iosue, illi iudices cæteri usque ad Samuelem, cuius temporibus tandem dominus ad petitionem populi dedit Saulem. eum Samuel unxit in regem, cumq; ille iam non ita obediens esset deo, successit ei Dauid. Quid autem ad regem pertineret, iam ante dominus docuerat per Moysen, dicens: Cum dixeris, Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. non poteris alterius gentis regem facere, qui non sit frater tuus. Nō multiplicabit autem ille sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argēti & auri immēsa pondera. Samuel aūt nō paulo adhuc accuratius iura regis ostendit, inquiens: filios uestros tollet & ponet in curribus suis, faciet'q; sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, constituet sibi tribunos & centuriones sequitur ibidem de alijs bonis eorum, quibus tamen nō ubiuis eum uti licebat, nisi in necessitate regiōis.

Exodi. 3
Num. 27
1. Reg. 9 & 10
1. Reg. 16
Deut. 17
1. Reg. 8

¶Atq; ut tandem ad illud quod præcipuum nostræ huius homiliæ est institutum, ueniamus, sustinuimus hactenus conclusionem illam: quia necessarium fuit post peccatum instituí magistratum, eumq; sic uel immediate à deo, ut apud Iudæos, uel per media hominum esse institutum. unde & Sapiens ait, Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ita alius Sapiens omnes reges & principes docet, quales se exhibeant in imperio suo. Imò sic reges dominia sua habuerunt à deo, ut etiam Messias uoluerit per regem ethnicum & gentilem præfigurari, iuxta illud propheræ: Hæc dicit dominus Christo

Prouer. 8.
Sapien. 6
Isaię. 45

meo Cyro, cuius adprehendi dexteram, ut subiiciam an
Isaię. 44 te faciem eius gentes, & dorsa regum uertam. & paulo ante, Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem uoluntatem meam cōplebis. Dauid quoq; qui plenus fuit spiritu sancto, quāuis inique eū persequeretur Saul, hic tamen
1. Reg. 24 cū semel digress⁹ esset in specū, in qua Dauid cū suis latitabat, tm̄ amputauit illi particulā pallij, nō permissurus occidi eum à socijs suis, quibus dixit: Propicius sit mihi dñs, ne faciam hāc rem domino meo Christo domini, ut mittam manum meā in eū, quia Christ⁹ domini est. Atq; hoc est quod Salomon inquit: Sicut diuisiones aquarū, ita cor
Prouę. 21 regis in manu dñi. q̄cunq; uoluerit, inclinabit illud &c.

3. ¶ Tenentur aūt subditi magistratibus suis exhibere fidem, obedientiam, reuerentiam, obsequia, sustentationem temporalem, pro suo cuiusq; statu, & quicquid aliud opus habent ad iustitiæ administrationem. locus hic in se continet omne quod ad sublimitatē & conseruationē pertinet magistratuum. Ita hęc omnia percurramus, singula ex sacris literis confirmaturi. Et primum quidem omnium obedientiam debet subditus magistratibus suis in omnibus licitis. id adeo Paulus testatur, Omnis, inquiens,
Romą. 13 anima potestatibus sublimioribus subdita sit. nō enim est potestas nisi à deo. quæ autem sunt à deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. qui aūt resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. principes nāq; non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat, quia dei minister est, uindex in iram ei qui malū agit. ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiā propter conscientiam. Locum hunc eo lubentius ad longum recensui, q; expresse adeo magistratum dominū testatur, quoniam ex deo est, cui resistit, q̄squis magistratui resistit. Domine Iesu Christe, propitius esto miseris illis, q in ea occisi sunt inobedientia, ut diuinæ resisterent ordinationi, quò erroris per suos falsos abducti sunt prædicatores, quibus omnibus id quoq; dimittat deus.

1. Petri. 2 ¶ Simile ē q̄d ait Petr⁹: Subiecti estote oīi hūanæ crea-

turæ, ꝓpter deū, siue q̄si regi ꝓcellēti, siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad uindictā malefactorꝫ, laudē uero bonorꝫ. sic & Paulus inqt: Serui, obedite dominis carnalibus cū timore & tremore, in simplicitate cordis uestri, sicut Christo, nō ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo cum bona uoluntate. quæ ad uerbū penè etiā sentētia illius est ad Colossenses. Et ꝓprie q̄dem diximus in omnibus licitis & honestis obtēperandum esse magistratibus. nā si qd statuerint aduersus deum & fidē, tenent subditi nō obedire illis, iuxta illud Petri: Oportet deo magis obedire q̄ hominibus. Ita si qd mādārit rex cōtra bonos mores, contra salutē animæ, nō parēdum est ei. Ita Mauricius, Exuperius & alij socij, Impatori Maximiniano mādanti ut idolis sacrificarēt, respōderunt: Milites qdē tui sumus Imperator, sed tamē Christi. tibi quidē disciplinā & operam oēm militarē, deo aūt debemus obedientiā & innocentiā. Abs te laboris nostri stipēdia recipimus, ab illo autē prima suscepimus exordia uitæ. In hoc re seq nō possumus, ut nostrum abnegemus conditorē. Sic Matathias noluit obedire regi ꝓcipienti aduersus mādata dei. Ita nos Augustinus docet, cum ait: Qui resistit ptāti, dei ordinatiōi resistit. sed qd si illud iubeat, q̄d nō debes facere? hic sane cōtēne prātem, ipsos humanarꝫ legum gradꝰ aduerte, si aliquid iusserit curator, faciendum est: tamē si cōtrà, ꝓconsul iubeat, non utiq; contemnis potestatem, sed eligis seruire maiori: nec debet minor irasci, si maior prælatus est, rursus si ipse cōsul aliquid iubeat, & aliud iubeat imperator: uel si aliud iubeat imperator, & aliud deus, quid iudicas? Maior potestas deus. da ueniam ō Imperator. tu carcerem, ille gehennam minatur. Tota quoque plena undiq; scriptura est, quomodo non parendum sit magistratui aduersus deum aliquid præcipienti.

Ephe. 6.

Coloss. 3

Actuū. 5.

1. Mac. 2

Augustin.

¶ Ex hoc quidem loco est adhuc q̄d admonēā, honorandos esse dominos ultra id q̄d obediendum est illis: idq; in uniuersum de bonis, malis, imò & infidelibus accipiendū est. Quod eo hic admonemus, q; aduersat hęreticis quibus dā, qui simplices persuadere conātur, neminē in sua dignitate permanere, qui sit in pctō mortali cōstitutus, inique

Honor dominis debitus.

2. Reg. 12. sane & turpiť, taceo q& inepte nimis. Aut ideó ne statim
Nume. 2 Dauid, quia adulterio peccauit & homicidio, rex insup nō
fuerit? Moyses q̄q; ga peccauit murmurans & diffidens de
uerbo domini, ideó ne amiserit potestatem suā super po-
pulū dei? simile iudiciū de multis alijs regibus est. Sic do-
minus p̄cepit Sedechiæ regi & plebi Iudæor̄, ut egressi ci
Jeremi. 21 uitatē se dederēt Nabuchodonozori regi Chaldæor̄, dū-
mō uiuere uelint: q̄cunq; aūt in ciuitate permāserint, eos
peste, fame & gladio perituros: ex ijs aūt quotquot euade
rent, illos in captiuitatē uenturos Chaldæor̄, qui nullam
Jeremi. 17 eor̄ misericordiā habituri essent, sed oēs occisuri. Et de-
inde sic ait dominus, Dedi oēs terras istas in manu Nabu-
chodonosor regis Babylonis, serui mei. & seruient illi oēs
gentes & filio eius, & filio filij eius, donec ueniat tempus
terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges
magni. Gens aūt & regnū quod nō seruierit Nabuchodo
nozor regi Babylonis, & quicunq; nō curuauerit collū su
um sub iugo regis Babylonis, in gladio & fame & in peste
uisitabo gentē illā, ait domin⁹, donec consumā eos in ma
Daniel. 3 nu eius. Et gentilis autē & idololatra fuit iste Nabucho-
Jerem. 40 donozor, sicut ex statua illius quā in campo Dura erexe
rat adorandā, facile colligit. Ita & Godolias dixit Ieremię
cohabitās, cum iā bona Iudæor̄ pars abducta esset in ca-
ptiuitatē Babylonicā: Nolite timere seruire Chaldæis, habi
tate in terra & seruite regi Babylonis, & bene erit uobis.

¶ Idem uero non minus manifeste in nouo quoq; ap
Luce. 2 paret testamento. Maria nanq; gentili paruit Cæsari Au
Matth. 12 gusto in descriptione orbis. Christus hic iussit quæ Cæ-
saris essent, dari Cæsari, non considerato eo quòd ethni
cus esset Tiberius. Christus quoq; dixit ad Pilatum: Non
haberes potestatem super me ullam, nisi tibi datum esset
desuper, constat autem Pilatum quoq; gentilem fuisse ex
Johan. 19 suopte sermone, quum ait: Nunqd ego Iudęus sum? Hoc
quoq; manifeste patet ex eo Petri loco, quem iā supra ci-
1. Petri. 2 tauimus, Subiecti estote omni humanę creaturæ &c. dein
ceps quoq;, Serui, subditi estote cum timore dominis ue-
Roma. 13. stris, nō tm̄ bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Ad hæc
1. Tymo. 2 Paulus quoq; obedientiā præcepit habendam erga magi
stratus, qui tum ferè maxime & Romæ quidem præcipue
gentiles erant: iussit & orare pro regibus & alijs superio

tibus, sicut mox dicturi sumus. falsum itaq; est & obedientiam magistratuum negare, & subditos nolle magistratus pati, eo q̄ mali sint aut etiam infideles, qñ cōtrariū iā ex utriusq; testamenti certis locis firmiter est probatum.

4. ¶Diximus ad quid obligati sint subditi, & primo q̄dem de obedientia: & nūc cætera quoq; dispiciamus, ubi primum se offert illud, quōd subditi tenentur orare pro magistratibus suis. id ita iam olim Paulus docuit, inquiēs: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietā & tranquillā uitā agamus in omni pietate & castitate. 1. Timo. 2.

Idipm q̄q; scriba Ieremię docuit Iudæos ipsisq; sic scripsit Hierosolymam: Orate pro uita Nabuchodonozor regis Babylonis, & pro uita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cæli super terram, & ut det dominꝰ uirtutem nobis, illuminet oculos nostros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonozor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus. Ecce q̄ ardue in utroq; testamento docemur orare pro magistratibus. sic & Ieremias ait, Quærite pacem ciuitatis ad quā profecturi estis. quærere autem pacem sit per orationem, quod etiamnum ecclesia facit, in Canone orans pro papa, rege, episcopo & omnibus fidelibus. semperq; hoc obseruatum est in ecclesia, ut pro gemino statu ecclesiasticorū & secularium fiant orationes, id ita testante Tertulliano in apol. aduersus gentes, cum ait: Illuc (in cælum) suspiciētes Christiani extensis manibus, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denicq; sine monitore, quia de pectore oramus, precātes sumus omnes semper pro omnibus imperatoribus, uitam illis prolixam, imperium securū, domū tutam, exercitus fortes, senatū fidelē, populū ꝓbum, orbē quietū, & quęcūq; hominis & Cęsaris uota sunt. Bar. 1 Beten vur die ober keit. Jeremi. 29 Cap. 31 Cap. 32. 39

deinceps quoq; coimus in cœtum & ad congregationē, ut ad deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus orātes. hæc uis deo grata est. Oramus etiā pro imperatoribus, pro ministris eoꝝ ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerū qete, pro mora finis. Quod si illud Christiani ꝓ principibꝰ & Cęsaribꝰ fecerūt infidelibꝰ, q̄to magis nos Christi-

ani orare tenemur, p oĩbus pñs & fidelibus magiſtratib⁹.

¶Tertiũ q̃d ſubditi ſupioribus ſuis exhibere tenent, fides eſt. ſiqdem hinc inde in ſacris literis fidele cõmẽdatur miniſteriũ, dicẽte domino, Fidelis ſeruus & prudẽs, quẽ cõſtituit dom⁹ ſup familiã ſuã. Hoc quis dubitet nunc quoq; eẽ in dominio noſtro, ubi ſubditi fide bona etiã iuriſiurãdi deuincti ſunt dominis ſuis. Iuramẽta autẽ ſeruãda eẽ, in uniuerſum tota ſacra nos docet ſcriptura. Ecce enim Moyſes ſic inquit: Iſte eſt ſermo quem p̃cepit dominus: Si quis uotũ uouerit domino, aut ſe cõſtrinxerit iuramento, non faciet irritum uerbum ſuum, ſed omne quod p̃miſit implebit. Et alibi: Anima q̃ iurauerit, & p̃tulerit labijs ſuis, ut uel male quid faceret uel bene, & nõ fecerit, & idip̃m iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq; poſtea intellexerit delictũ ſuũ, agat pœnitentiã pro p̃cto &c. Hinc & Paulus ait iuſiurandũ inter homines firmamentum eſſe, & ueluti finem omnis contentionis inter ipſos. quod & inter gentes apud oẽs ſemper nationes maximi habitum eſt, perfidi quoq; contemptiſſimi fuere & abiectiſſimi. Quando igitur iurejurãdo obſtricti ſunt ſubditi ſuperioribus ſuis, fidei fidelitatiſq; ſuæ & iuramenti obliuiſci non debent, neque ſeipſos improbos facere & omni honore deſtituere, quoniã & deus perfidum odit & grauiter punit. q̃uis etiã non interueniente iuramento, ſubditus quiſq; fidelis eſſe debet ſupiorib⁹ ſuis, quoniã uir fidelis magnas multasq; laudes meret in ſcriptura, etiã apud Sapientem. uiciſſim quicunq; ſubditus perfidus ſit in domino ſuo, proditor habetur domini ſui & traditor.

Matth. 24

Num. 30

Leuit. 5

Hebr. 6

Cic. in off.

Prou. 28

5. ¶Quarto loco reuerentiã quiſq; debet magiſtratibus ſuis. ita enim Petrus, Omnes, inquit, honorate, fraternitatẽ diligite, deũ timete, regẽ honorificate. Nemo domino ſuo reſiſtat temere pertinax, nemo illi ſubrahat honorẽ, ſed pro ſua quẽq; dignitate ueneretur, ſicut Paulus nos iubet præpoſitis noſtris obedire. Nemo præſumat reluctari magiſtratib⁹, quia nõ ſic iã ſe res habet ut quondã in paradiſo. omnia iã nobis ſubuertit p̃ctũm Adę. iã enim Paulus iubet reddere debita omnib⁹. cui honorẽ, honorẽ. quoniã quiſquis magiſtratũ contẽnit, deũ contemnit. Sic Paulus Timotheũ ſuũ docet, quid quoq; mõ p̃dicet, inqui

1. Petri. 2

Hebr. 13

Roma. 13

ens: Quicunq; sunt sub iugo ſui, dominos suos omni honore dignos arbitrent, ne nomẽ domini & doctrina blasphemet. Qui aũt fideles habẽt dños, nõ contemnant, quia fratres sunt, sed magis ſuiãt, quia fideles sunt & dilecti, q beneficij participes sunt. hæc doce & exhortare. si quis aliter docet, supbus est, nihil sciẽs. Audi hæc quisquis es cõcionator neochristianoꝝ, & disce ſmones tuos nõ adcõmodare ad seditiones & inobedientiã. ut enim maxime dominus tuus, princeps, aut nobilis frater tuus sit in Christo: tu tamen ideo eũ ne despicias, sed honorẽ cõdignum impende ei. Quisquis aliter docet, etiã superbiẽs, nihil scit. At nõ ne hic adcõmodatissime penicillo, & uelut uiuis coloribꝰ depinxit Paulus p̃dicatores istos mẽdaces, Thomã Muntzer, Carolostadiũ, Iohãnnẽ Iacobi in Leyphaim, & id genus alios, qui supioribus annis miseros homines perdite seduxerũt, & iniquissime perdiderunt, ita ut uulgus hominũ cis Rhenũ, in Sueuia, Frãcia oriẽtali, Thuringia se opponeret aduersus magistratus & cõfœderatos? magnaq; hinc suæ insolentiæ sustinuerũt incõmoda in anima, corpore & bonis omnibus. Deus miseris propitius sit animabus. Quod si tãtopere doctrinã Pauli ſuassent opere, quãtũ iactabundi gl'iati sunt in sermone, quot superstites adhuc eẽnt uiri boni, uxoribꝰ, liberis & bonis oĩbus saluis?

1. Tim. 6

Nihil sciunt seditiosi prędicatores.

Zuingliũ.

6. ¶Obsequium etiã, ministerium & sustentationẽ debet subditus magistratibꝰ suis, iuxta illud Pauli, Necessitate subditi estote, non solum propter irã, sed etiã propter cõscientiam. ideo enim tributa præstatis. ministri siquidẽ dei sunt, in hoc ipsum seruientes. reddite ergo omnibꝰ debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ. Ecce quomodo etiam ex apertis scripturæ testimonijs tenẽtur subditi superioribus suis tributa pendere & census, quibus ad usum reipub. & iustitiæ defensionẽ sustentari queãt. Quamobrẽ & Paulus alibi sic inquit: Quis militat suis stipendijs unq̃? quis pascit gregẽ, & de lacte gregis nõ manducat? sic dominus ipse & pro se ac Petro soluit didrachma, & cẽsum dare Cæsari præcepit. Quę etiam causa est, cur superiores ex graui necessitate subsidia pecuniaria exigere licite possunt à subditis, ut in bellis & prouinciarum ac ciuitatum defensionibus. Non de-

Roma. 13

1. Corin. 9

Mat. 17. 2

Steuras impon[illegible]

bent tamen huiusmodi quædam de nouo imponere subdi
tis ex auaritia aut luxu, sine graui causa & urgenti neces
sitate totius prouinciæ, iuxta illud Sapientis consilium:
Prouc.22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt pa
tres tui. Male faciunt magistratus, si nouis subinde exacti
Iezec.45. onibus grauant pauperes. Ita dominus per prophetã in-
quit, Principibus de terra erit possessio in Israel, & nõ de-
populabũtur ultra populum meum. Sufficiat uobis prin-
cipes Israel, iniquitatem & rapinas intermittite, iudicium
autem & iustitiam facite. Vt maxime igitur exactiones re
quirantur pro dispositione causæ, debet ea tamen bene
Exodi.20 conueniens esse & consentanea, ne nimium urgeatur mi
ser ille, & pauper populus nõ deglubatur, magistratibus
autem fungentes, in maximis uiuant delicijs: quoniã nõ
secus præceptũ est principibus atq; alijs hominibus omni
Prouc.22. bus, ne bona appetãt aliena, & multo adhuc minus debẽt
isti sine rationabili causa quicquam ex paupere exposcere,
siquidem contra id loqtur Sapiens quoq;, quum ait: Non
facias uiolentiam pauperi, quia pauper est, neq; cõtra ege
num in porta, qa iudicabit dominus causam eius, & con-
figet eos qui confixerunt animam eius. Verũ quidem hoc
est, exhaurire fiscum & thesaurum suum omnem non de
bet princeps: quoniam si id rescirent aduersarij eius, plus
urgerent eum & subditos illius. unde qd aliud metuendũ
esset in ipsius prouincia, nisi maxima bella? Sed in summa
ad necessitatẽ & tutelam regionis, ad iustitiæ defensionẽ,
possunt principes exactiones instituere & imponere sub-
ditis suis. quod si autem hoc faciant ex auaritia aut alio
studio inutiliter absumendi, tunc sane sunt ex numero
Quib. casi bus impo- nes sup. damnatorum, nisi pœnitentiam agant. Adhuc solent hic
nit exactio doctores ostendere casus, ubi principes queant ex subdi-
tis suis pecunias exigere ultra communes census, puta cũ
sibi timet ab imperu subito & insperato alicuius hostis,
tunc sane cogitur se quoque instruere & arma parare. Et
si ad bellum proficiscendum sit ex iussu Cæsaris aduersus
infideles hæreticos, & obedire nolentes imperio: si etiam
capto sibi, pecunijs opus sit pro redemptiõe: si pontes re-
stituendi, uiæ sternendæ, aut alia prouinciæ munimen-
ta sint restauranda, neque ad hæc uectigal sufficiat aut si

ea sit paupertate princeps, ut soluendo non sit cum commodo prouinciæ: si filium aut filiam legitimo thoro copulet & astringat: si regionem aliquam nouam uel coemit sibi, uel aliunde acquirit. Omnibus enim illis potentior ipse efficitur, suósque magis defendere potest subditos. Quódque in uniuersum nos diximus, de singulis etiam personis intelligi debet. ut si subditus agrum habeat aut hortum eo loco, qua uallum & alia quædam munimẽta sint collocanda ad regionis defensionem, potest illum eripere magistratus, ita tamen, ut ei satisfiat. Sin autem superiores ui & uiolentia eripiant subditis sua bona, quæ nolint uendere, non utilitatis publicæ, sed priuatæ uoluptatis causa, ut maxime soluant eis, nihilominus peccant. Caueant igitur sibi principes, ne subditis ui eripiant sua, uel pecuniis, uel sine solutione. nam tunc tyranni sunt, & quiduis potius quàm boni principes. Ecce enim Regum nos docet historia, quomõ Achab petierit ex Naboth uineam suam, ut faceret sibi hortum uoluptatis, quodq; horto suo coniunctus esset proxime & ædibus: atque in hoc promisit se illi uineam daturum meliorem, uel etiam pecuniam, solutionis precium: noluit autem uendere Naboth hæreditatem patris sui. Et tũc substituit regina Iezabel uiros Belial, quorum falso testimonio factum est ut occideretur Naboth, & Achab occuparet uineam. dixitq; dominus ad eum per Eliam prophetam: Occidisti insuper & possedisti, hæc dicit dominus, In loco hoc in quo linxerũt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. O si in hunc quoque diem ita puniret dominus, non ita uiolenter opprimerentur miseri à plerisq; officialibus principum, à quibus principes persuasi, sæpe cum iniuria & ui despoliant subditos, & eorum officialibus & secretariis præbẽt. Et sicut de uectigalibus & aliis dictum est supra, ita de legibus etiam, edictis atq; interdictis principum sentire conuenit. quicquid enim prudenter & animo bono constituunt, rei publicæ & pacis gratia, atque ad bonos defendendos & puniendos transgressores, id sane præterquam quod bonũ, æquum & iustum, etiam magni meriti est. Multum mereri potest apud deum, qui in magistratu positus est, dum

3. Reg. 21

amore iustitiæ & pacis, malum quod odit punit: plus in-
Meritum principis. quã merebitur, q̃ si Carthusianus efficiatur. Contrà, ubi-
cunq; leges, sancita, decreta & interdicta priuatæ tantum
utilitatis causa suscipiuntur aduersus rem publicam, neq;
iustitiæ nec tranquillitatis amore, sed cupiditate tantum
affligendi illos qui sic transgressi sunt & bona eorum diri
piendi, quid hoc aliud est q̃ ædificare gehennam? Audi in
Isaię.10 hoc dominum per propheram tibi dicentem, Væ qui con
dunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt,
ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cau-
sæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorum,
& pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis, &
calamitatis de longe uenientis? Ad cuius confugietis auxi
lium? & ubi derelinquetis gloriam uestram, ne incuruemi
ni sub uinculo, & cum interfectis cadatis.

7. ¶ Ex superioribus iam sequitur, q̃ quando magistra
tus possunt tributa, census, uectigalia, & exactiones alias
imponere subditis suis, qui & iure tenentur soluere, qui-
cunq; infideliter circumueniunt dominos suos, in illis o-
mnibus graviter peccant, atq; coram deo tenentur ad re-
stitutionem, modo domini faciunt illa propter quæ acci
piunt huiusmodi redditus: quia si magna exigant uectiga
lia superiores, de quibus nec pontes restituãt nec uias, nõ
tenentur subditi dare in conscientia: tunc autem, si iustis
de causis exigantur: tunc̃q; si non dent, peccant, Christo
Matth.22 & Paulo testantibus. Quæ etiam causa est, quur superio-
Roma.13 res graviter puniunt eos, qui in huiusmodi uectigalibus
& alijs delinquunt: quoniam si furem recte suspendunt, la
tronem capite truncant, bona ratione possunt etiam pu-
nire huiusmodi hominem nequam, qui pecuniam quã rei
publicæ impendere debebat, subtraluit illi. In summa, ue-
ctigalia & huiusmodi quædam ex consuetudine locorum
& mercium iuste & integre contribuere, æquissimum est,
sin autem exactiones uiarias expostulet, q tamen nec uias
restituit neq; pontes, & sæpe interim ubi homines in mer
cibus & iumentis detrimenta patiuntur, etiam non soluẽs
non peccat. Sed hæc sufficiant, quoniam multa de ijs dici
possent. (ca. quenquã de cens. lib. 6. & ca. si quis Rhomipe
tas, 24. q. 3. Antoninus par. 2. 14. 10. Angelus & alij) Gra-

ue quidē hoc ē magiſtratib⁹, media ſemp illa & regia uia incedere. Qñ aūt q officijs iſtiuſmodi p̄ſunt, in exactionē ptrahere conant ex odio, inuidia, aut aliūde q eò nō pertinēt, aut ex amore & fauore inæqualiter illas inſtituūt, dici multa poſſent: ſed tñ cōſtat eos teneri ad reſtitutionē dāni partis offenſæ. Similiter q uectigalia & cōductus ſalui p̄cia ſuſcipiūt, eor̄ intereſt uias oēs nō tm integras, ſed & cōſeruare ſecuras atq; pacatas: & ubicūq; ſubditi uel ex latronibus & p̄donibus uel ruinis pontiū dāna ſuſtinent, tenent ſuptores reſtituere illis: atq; quāuis uectigal nō teneat reddere, tñ dānū illatū pēſare, cæteris paribus, ſecundū doctores in dicto capitulo, Si qs Rhomipetas. Quō aūt male faciāt magiſtrat⁹, p̄ſonas priuilegiatas (ut eccleſiaſticas) ptrahēdo ad exactiōes aduerſus diuinas leges, ſanctiones imperator̄ & pōtificū canōes, mitto: ſimulq; iā uolēs pertrāſeo. q̄ grauēt nōnulli principes, etiā aliquæ ciuitates ſubditos aliò à ſe cōmigrātes, exactiōib⁹, quas expoſtulāt ab eis, q ampli⁹ in eor̄ nō ſunt ptāte. Male fit etiā, quū magiſtratus iudices cōſtituūt & officiales alios imperitos atq; imprudēres, aut nō ſatis bonos, à quibus ſubditi ſæpe grauantur, multi aduerſus iuſtū & æquū offenduntur, ibi quo pacto ſuperiores teneantur ad reſtitutionem, etiam uolens pertranſeo. ſimiliter quàm inique multi miſeros grauent in ſigillis & huiuſmodi quibuſdam alijs. Abſog.

8. ¶Multa hactenꝰ de ſubditis in uniuerſum dicta ſunt. nunc porro de ſeruis nonnulla dicemus, cuiuſmodi quondam in tota ferè fuere Germania, & nunc in multis locis in dies magis ac magis deſinunt eſſe: qñ euangelici iſti ſeductores, qd dico? p̄dicatores dicere uolebā, hoc quoq; perſuadere uoluerunt uulgo, ut ad inobedientiam adducerent, aduerſus ſacras literas, iura diuina, leges ſcriptas & ueram iuſtitiæ æquitatem. Sigilla.

¶Principio quāuis natura æquales oēs ſumus, nemoq; ſeruus, tamē p̄ctō ſuitus eſt introducta. Ita Gregorius ait, Liquet q̄ oēs hoīes natura æquales genuit, ſed uariante meritor̄ ordine, alios alijs culpa præponit: ipſa quidē diuerſitas quæ acceſſit ex uitio, diuino iudicio diſpenſatur: & quia omnis homo æque ſtare non ualet, alter ab altero regatur. Hinc eſt quòd ſeruitutem contra naturam Im- Seruitus. Gregorꝰ. de iu. per.

de iu. per. perator quoq; esse testat. Sed qa uaria seruitus est, de ea tã tum hic dicere est animus, quæ adhuc inter Christianos est, & uix seruitus aliq; dici meret. Esse aũt uerba illa Gregorij uera, en scripturã tibi, quãdo eã adeo desideras. Euigilãs Noe ex uino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus

Gene. 9 minor, ait: Maledictus puer Chanaan, seruus seruoꝝ erit fratribus suis. Ecce statim à diluuio orta est seruitus, idq; ipm præuidit in spũ sanctus ille patriarcha Noe. Ideoq; & Ambrosius in quodã sermone, Manebat, inquit, ante q̃ in

26. dis. sexto die. uentre euinum omnibus incõcussa libertas. nemo sciebat à cõsorte naturæ suæ obsequa seruitutis exigere. Neq; esset

Gene. 4 hodie seruitus, si nõ fuisset ebrietas. obrepserat qdem fraternæ prælationis inuidia, manebat tm̃ adhuc paternæ pietatis reuerentia. læsa pietas est, dũ irridet ebrietas. Augu

Lib. 20 de ciui. dei. stinus q̃q; dicit, Cõditio seruitutis iure intelligit imposita pct õri, nã si seruitutis ingramus originem, primũ illa cœpit in bellis, & sic ex iniqtate, unde primũ orta sunt bella, in qbus seruos quos poterãt occidere, captos uel uendiderunt uel seruârunt, unde nomẽ istud sortiti sunt. nã à seruãdo serui dicti sunt. Statim itaq; inualescẽtib⁹ bellis, multi facti sunt serui. prius enim qs fuiebat, q̃ occidi se sineret. Iã inualuit aũt hoc seruile malũ, ut & Abraã huiusmodi habuerit suos, teste Moyse cũ ait: Circũcisus ẽ Abraã & oẽs uiri domus illius, tã uernaculi q̃ emptitij. eos aũt non

Gene. 17 habuisset Abraã, si illicitũ fuisset, quãta erat ille pfectiõe, quãq; bene placebat deo, qui illi etiã mercedem se magnã nimis fore spopondit, dixitq; ad eum, Ego deus omnipo

Gen. 15. 17 tens, procede corã me & esto perfectus.

¶ Quid q̃ in tot legibus, quæ ludæis datæ sunt propesexcentæ tredecim, seruus usq; adeo nullibi prohibetur, ut cõfirmetur magis. dominus enim per Moysen sic ait, Qui percusserit seruum uel ancillã uirga, & mortui fue-

Exodi 21 rint in manib⁹ eius, criminis reus erit: sin aũt uno die uel duobus superuixerint, nõ subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Ecce quàm ualide hic dominus seruitutem confirmat, adeo ut seruus peculiũ sit domini sui, hoc est, quia proprius illi, unde nec puniatur, etiam si occiderit eum. Multa ibidem habentur quæ uolens prætereo, quoniam in ueteri testamento testimonia seruitutis extant innu-

mera, ut cũ præcepit dñs quẽuis etiã emptitiũ seruum suũ circuncidi: sic & dispẽsator ipsius Ioseph dixit, Apud quẽcunq; inuenieꝛ scyphus, ipse sit seruus meus. Verũ quidem hoc est, q̃ anno lubileo oẽs serui emptitij Iudæi liberari Exodi.12
poterant, aut semper manere serui, q̃ eo ordinauit & in- Gene.44.
stituit dñs, qm̃ seruitus illa adeo dura fuit penes Iudæos, Deut.15
ut q nũc nobiscũ serui sunt, liberi esse poterãt inꝛ Iudæos. Exodi.21.
emptitij. n. erãt eoꝝ serui, sicut nũc q̃q; sunt Turcæ. Atq;
ideo dominus inter cętera hanc etiam rationem ponit ex Jeremi.34
cidij Hierosolymitani, q̃ seruos Iudæos semel libertate
donatos, rursus seruitutis iugo adstrinxerãt. idipsum in
lege quoq; cautum est, quum ait Moyses: Si paupertate cõ
pulsus uendiderit se tibi frater tuus, nõ eum opprimes ser Leuit.25.
uitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit.
Ibidem docetur, quomodo seruos emere debent à circun-
iacentibus populis, qui eis honeste seruiant semper.

9. ¶Dices, factum id quidem ita est, sed tamen in uete
ri testamento, ubi lex erat seruitutis: nunc autem in lege
gratiæ, ubi spũs domini est & libertas, qua nos Christus 2. Corin.3
liberauit, aliter omnia sunt comparata, ita ut Paulus q̃q; Galat.4
præcipiat nos precioso Christi redemptos sanguine, effi- 1. Corin.7
ci non debere seruos hominum. Et hæc ferè sunt, quæ prę
dicatores carnis uulgo proposuerunt, illumq; ad seditio-
nem concitârũt, sed subuertisse eos in hoc uerum scriptu
ræ sensum, facile cõuincemus. siquidẽ simul cũ libertate
Christiana, quæ in spũ est, facile stare põt seruitus ista cor
poralis, testante Paulo eodẽ in loco, quæ puersi isti aduer
sarij nostri nobis obtrudunt: Seruus uocatus es? non sit ti 1. Corin.7
bi curæ, sed & si potes fieri liber, magis utere. qui. n. in do
mino uocatus est seruus, libertus est dñi. ecce Paul9 quoq;
uult in sua quenq; uocatiõe manere & seruũ & liberum.
Quid ergo obgãnis tu seruitutẽ Christianæ libertati ad-
uersari? id quidẽ tibi Paulus pmittit, ut si queas fieri liber,
magis utaris, sed interim seditiões nõ suadet, nec sangui-
nis profusiões, sicut isti turpiꝛ miserã seduxere plebeculã.

¶Adhuc mihi Paulũ audi in alio loco dicẽtẽ: Serui, obe- Ephe.6
dite dñis carnalib9 cũ timore & tremore, i simplicitate cor
dis uꝛi sicut Chꝛo, nõ ad oculũ seruientes, q̃si hoibus placẽ
tes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatẽ dei ex animo.

cum bona uolũtate seruientes sicut domino, & nõ hominibus, scientes quoniam unusquisq; quodcunq; fecerit bonũ, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. (quales erant tunc gentium, modo Turcarum.) Ecce quàm aperte præcipit Paulus seruos dominorum manere in obediẽtia, ut nihil iam obstet quin clare intelligatis sententiam & animum Pauli, uolentis non erigere se seruos aduersus dominos suos ad rebellionem, sicut prædicatores isti animicidæ turpiter seduxerunt homines. Quæris autem, Nimis mihi duri & molesti sunt domini mei, neq; id faciũt quod proxime in Paulo sequitur, Et uos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quòd & illorum & uester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eum. Respondeo, & ultro sane hoc tibi amice credo, sæpe nimium præsumere magistratus de potestate sua, cosq; præcipue qui ex luto sordium euehuntur in magistratum. Quid autem, si inique queratur de magistratu subditus, grauamen reputans quod nullum est, sicut non raro usu uenit? Quicquid sit illud, ecce ex pectore catholico id omne tibi aperiam .i. Nôris seruitutem illam nostram multo & inferiorem esse & tolerabiliorẽ ista, quæ temporibus Pauli inter ethnicos fuit, quando domini crudelissimi erant, licere sibi in seruos quicquid liberet existimantes, quando seruus non poterat excedere seruitute, nisi manumissus. Et tamen quantum id est, q; Paulus istiusmodi etiam durissimis dominis præcipit esse parendum? quur non magis nostrates serui dominos suos Christianos tolerabunt, quàm poterunt patientissimè? Quære autem tu aliquem qui inter Turcas uixerit, quõ illi seruos suos tractent, & dices seruitutem nostram uitã esse liberrimam. Quid q; serui Christianorum tanta gaudẽt libertate, ut & discere & operari possint quod uelint, pergunt quò uolũt, negociantẽ ut uolũt, illi uel alteri artificio se dedunt, lucrũ omne q̃d habẽt, eis cedit. Emũt & uẽdũt bona, reddit⁹, cẽsus, fũdos, ut uolũt. Dũtaxat dũ uolũt cõtrahere, dñi petũt ut eor̃ reqrat cõsenſ⁹: & in morte cuiusq; sua petũt iura scdm cõsuetudinẽ patrię, i uita ỳo gallinã singulis annis in bacchanalib⁹, & q̃dã alia parua, q̃ tñ uariant apud plures, sic tñ, q; nõ ẽ umbra ad seruitutẽ illã

Ephe. 6

ethnicã. Esto aũt ut sit etiam hoc graue tibi esse seruum, audi tu Petrum, qui postquã obedientiam docuit, statim subiunxit: Sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiã, quasi liberi & non quasi uelamen habentes malitię libertatẽ, sed sicut serui dei. & deinceps, Serui, subditi estote in oĩ timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiã dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter dei cõscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ est enim gratia, si peccãtes & colaphizati suffertis? Sed si bene faciẽtes patienter sustineris, hæc est gratia apud deũ, in hoc enim uocati estis, qa & Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. &c. 1. Petri 2

¶ Non debebant ergo isti prædicatores carnis ob temporalia grauamina ex superioribus, pueniẽtia, statim subditos ad seditionẽ incitare: sed docere magis, quomõ uita Christiana & pia in tribulationibus, angustijs & necessitatibus exerceatur, adeo ut & Paulus gloriet de tribulatiõe sua, & tota undiq; abundet scriptura, quõ patiẽtes nos eẽ deceat in aduersitatibus, eo q̃ in patientia nostra possessuri simus animas nostras. Meminerit subditus, ut maxime tractet durius, male id quidẽ fieri, & magistratus in hoc grauiter peccare: sed tamẽ cogitet interim scelerati⁹ esse, bella mouere & seditionibus totas uastare regiones. Vulgatum est hoc, Ne sit medicina nocentior morbo. Quis enim ferat paruo & exiguo morbo medicum ualidissima adhibere uolentem & fortissima pharmaca? Ita in proposito, q̃ grauaris à magistratibus, iniquũ ẽ, sed ex illo⁹, nõ tua parte. q̃ aũt exiguũ istud malũ, malo⁹ omniũ lerna cõpescere uelles & mitigare seditiõibus, nõ sine tuo q̃ q̃ magno malo, q̃ obsecro te agitẽt furiæ? Capientes Christũ ludæi, peccabãt quidẽ in hoc, sed tamẽ ille permittere nolebat Petrum gladio etiam pro se pugnare. & tu quare exeris gladium propter exiguũ aliquod & temporale grauamẽ, cũ nõ sit tibi ius gladij cõtraditũ? Miseri isti q̃ in p̃xima seditiõe concitati sunt, præterquã q̃ eo⁹ multa millia occisa sunt, plus etiã grauaminis sustinuerunt insuper tẽpore seditionis, q̃ decennium totũ passi sint à legitimis suis magistratibus, si duplũ dixero, nõ errabo. Cõ 2. Corin. 6 1. Corin. 11 Actuũ. 14 Matth. 26 Roma. 13.

Johan.8 cludamus ergo, Quãdoquidem Christiana libertas intra nos est in spũ & anima, ita ut nõ sit homo seruus peccati, quare non aduersatur seruituti. (est impertinens) aliàs em & Paulus seruum Onesimum non rursus misisset ad Philemonem, à quo aufugerat. Seduxerunt igitur prædicatores isti carnis animicidæ miseram plebem, dum non docuerunt libertatem illam in anima hominis, non externis rebus corpore & bonis consistere temporalibus.

10. ¶ Et si superiora sacræ scripturæ testimonia satis facere cuiq; possunt homini pio, ipsumq; ad obedientiam magistratuum commouere: tamen illud deo cum primis exosum flagitium est, seditiões moliri aduersus magistratus, semperq; eiusmodi factionum autores puniti grauiter sunt. habent enim apertum illud iudicium & manifestam sententiam Christi: Qui gladio pugnat, gladio peribit. Quando igitur propria temeritate turmatim confluunt subditi, sine ordinata & legitima commissiõe, inique faciunt, eo q; eorum non est uti gladio. Incidũt itaq; sententiam Christi, & suopte se gladio iugulant. Ita seditioso isti contigit Absaloni Dauid filio, qui unà cum populo toto erexit se aduersus patrem. quæris qualis fuerit huius tragœdiæ euẽtus? Ecce populus eius totus occisus est: ipse capillis suis, quos habebat pulcherrimos, se suspendit in quercum, ibiq; Ioab tribus eum confodit lanceis. Huiusmodi exitum habuit & Seba filius Bochri, is seditione mota effecit, ut totus populus Israel recederet à rege Dauid & adhæreret Seba. Misso autem omni exercitu suo Dauid obsedit eum in Abela. Cumq; intellexissent ciues Ioab decessurum obsidione, si mõ Seba haberet, occiderũt eum, & caput miserunt ipsi Ioab. factaq; est pax & trãquillitas in populo. Ita nostris adhuc seculis bene faciũt magistratus & principes, dum autores primarios seditionum & uexilliferos, condignis adficiunt supplicijs, cæteros autem uenia dignantur. quod & Ioab hic fecisse legitur. Atque in hunc modum finem cõdignum q; sortita est seditio Theodæ & Iudæ Galilæi, qui cum suis omnibus occisi sunt. Et quid aliud est quod refert Iosephus, Iudæos toties se congregasse aduersus Romanos, semperq; trucidatos misere tantisper, dum tandem magnifica & potentissi

Matth.26 Seditiosi.

Sup.par. 3. de bello. 2.Re.15.18

2.Reg.20.

Actũ.5. Joseph.

ma urbs Ieruſalem deuaſtaretur, ipſiq; Iudæi diuenditi in uniuerſum ſpargerentur orbem terrarum? Nunquam cuiquam feliciter ſucceſſerunt ſeditiones, etiam inter ethnicos. Ecce enim Catilina homo perditus, adiunxit ſibi aliquot ſui ſimiles adoleſcentes, coniurârunt ſimul aduerſus ſenatum. ipſe uero fractis conatibus ſuis, deperiit, ut merebatur. Chore, Dathan & Abiron ſeditionem moliebantur, conantes ſibi attrahere plebem, ſed abſorpti ſunt à terra. Nemo igitur eò ſtultitiæ adduci ſe ſinat, ut quicquam tentet factioſum aduerſus magiſtratus, nemo malũ pro malo reddat, non tantum coram deo, ſed & coram omnibus hominibus, pacem habendo cum omnibus, maxime uero magiſtratibus, quos deus nobis dedit, quibus qſquis reſiſtit, diuinæ reſiſtit ordinationi. Quilibet autem pro magiſtratibus ſuis diligenter deprecetur dominum, iuxta doctrinã Pauli, ut illis dñs gratiã donet feliciter ad miniſtrandi omnia, pacẽ & iuſtitiã tutandi, malumq; pro merito puniẽdi, q̃renus ſic nos oẽs, magiſtratꝰ & ſubditi à dño deo gaudia ſuſcipere mereamur æterna. Amen.

Saluſt.

Nume. 16

Roma. 12

Roma. 13

DOMINICA XXV.

A FESTO PENTECOSTES,

euangelium Matth. IX.



IN illo tẽpore loquente Ieſu ad populum, ecce princeps unus acceſſit, & adorabat eum, dicẽs: Domine, filia mea defuncta eſt, ſed ueni, impone manum tuam ſuper eam, & uiuet. Et ſurgẽs Ieſus, ſeq̃batur eũ & diſcipuli eiꝰ. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxũ

Marci. 5
Lucę. 8
Johan. 4.

Marci 5
Lucę. 8

patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. & deridebāt eū. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella, surge. & surrexit puella. & exijt fama hæc in uniuersam terram illā. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid. Cum autem uenisset domum, accesserūt ad eū cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere? Dicunt ei: Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidē uestrā fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et cōminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.

Marci 5
Lucę. 7. 18
Marci. 5
Marci 5
Actuū. 9
Infra. 22
Supra. 8
Mar. 7. 9
Infra. 12
v. 27
Lucę. 11

HOMILIA PRIOR.

EX undecim quæ Matthæus commemorat miraculis, tria nobis hoc euangelio recensentur, de muliere hemorrhoissa, de filia Iairi, & cæco illo. Semper autem conabantur pharisæi miracula Christi uilipendere. ut autem confunderent ipsi, uenit Iairus, nomine quidem satis clarus, quasi illuminantem dicas uel illuminatū, idēq; princeps erat synagogæ: & fidē uidebat habere, q-

Hieron.
Lucę. 8
Beda.
Theoph.

uis non magnam, obsecrabat. n. Iesum non ut solum uerbum dicat, sed & ut ueniat & manum imponat, quod euidens erat modicæ fidei argumentum, sicut & Naaman Syrus petijt prophetã ad se egredi, & imponere sibi manũ. Qm̃ qui rudi sunt intellectu, ita erudiri debent, ut & uidere possint & palpare. Ita ergo Iairus ille uenit ad dominũ & rogauit eum, id utrunq; non facturus, nisi credidisset. procidit, n. ad pedes Iesu, & ualde rogauit eum, unde argumẽtum humilitatis eius petitur, q̃ ipse synagogæ princeps coram dño tantum se humiliauit, ut etiam ad pedes ipsius caderet pronus in terrã, siquidem multi gratiã inuenerunt ad pedes domini, quamobrem & Paulus exhortatur Hebræos suos, inquiẽs: Adeamus cũ fidutia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiã cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Filia, inquit ille, mea modo defuncta est, sed ueni, impone manum tuam super eam, & uiuet. Atq; hic quidem occurrit quæstio, quõ filiã quam Lucas iamiam morientem, Marcus in extremis fuisse perhibet, Iairus apud Matthæum mortuã dixerit. ad hoc respondet Aug. & ait: Duo posuerunt quid dixerit Iairus, Matthæus uero quid cogitârit atq; uoluerit, utrũq; .n. petitum est à dño, ut uel morientẽ saluam faceret, uel mortuam suscitaret. Chrysosto. paulo diuersæ sententiæ est, ait'q; filiam non quidem adhuc fuisse mortuã, sed tamen in extremis iacuisse, ut sic sermo ille ad calamitatem pertineat amplificantis. nam qui re aliqua indigent, solẽt ærumnas suas augere, & maiores facere ut exorent. Est'q; hæc regula cõmunis, qua sæpe utitur Aug. qui & hic cap. 27. sic inquit: Satis in promptu est, nihil esse contrariũ, si qd alius dicit q̊dali⁹ p̃termittit, seu uerbi seu rei, dũ uel ab eadem sententia non recedatur, uel quæ forte ab alio ponitur, alij nõ aduerset. uide eũdẽ lib. 3. c. 8. & pulchri⁹ c. 13.

2. ¶ Quæri solet hoc loco, quando ad unũ uerbum petitionis suæ duriter admodum adorsus est dominus regulũ orãtem, ut ueniret ille ad filium suũ, cur nõ idem huic Iairo exprobrauit. Respondetur, quod quamuis ambo illi æquales fuerint imperfectione fidei, dũ uterq; corporalem Christi præsentiã petijt, quasi non illius omnipotentia ubiq; posset operari, absente etiã corpore: in hoc ta-

4. Reg. 5
Lucę. 8
Marci. 5
Hebrę. 4
Filia Iairi.
Augustin.
Cyrillus.
Augustin.
De doct. Christ.
Johan. 4.

men fuerunt isti diuersi, q̄ Iairus hic plus tum humilitatis tum reuerentiæ exhibuit Christo, quàm ille. unde & fidem colligit habuisse maiorē, prouolutus enim in terrā ad pedes Iesu ex fide, utiq; adorauit eum, qua deuotione & pietate fidei suæ meruit augmentum, sicut alius apud
Marci.9 Marcū, Domine, credo, adiuua infidelitatem meam.

¶ Altera porro causa dari potest talis, qm̄ etsi interdum dominus diuinitatis suæ præbens argumenta, absens etiam potentiam suā declarauit, ut in filio reguli, tamen aliquando humanitatis q̄q; suæ dignitatē uoluit aperire, ut & incarnati filij dei fides confirmaret: sicut opera quæ in nomine patris sui faciat, ipse testimonium de se perhibere dixit. Patet etiam ex sacris literis diuinitatē nonnihil operatam esse per humanitatem, q̄d sine ea noluerit facere. Sic diuinæ uisum est maiestati, sic tactu suæ mundissimæ carnis dedit ille uim regeneratiuā aquis, sic multos infirmos cōtactu sanauit, ut cæcum luto ex sputo facto, & iterum mutum istū. Multa igitur fecit dominus miracula in sua sanctissima carne, ad sanctificandam illam, simul que declarandum, q̄ sancta esset: & hoc est quod per Isaiā dicit, locum pedum meorū glorificabo, pedes autē Christi, exponūt doctores ipsam eius esse humanitatē, locum illum honorificauit, & decorauit gloria, quando miracula fecit in ea. Lucas porro ait filiā hanc & unicam fuisse & duodēnem, quod eo facit, ut cōstat multum ardēter orasse Iairum pro uita filiæ quam habebat unicam. quoniam naturaliter ita fit, ut plus diligant parentes filiū unū aut filiā, quàm liberos multos, sicut Dauid dixit ad Ionathā: Sicut mater diligit unigenitū, ita ego te amabā. & Ieremias ait, fac tibi planctū amarū, luctū sup unigenitū. filiā q̄q; delicatius amant parentes quā filium, iuxta illud Sapiētis: Filia melior est filio. His accedit q̄ flos ipse erat iuuētutis, siquidem duodecim iam erat annos nata, quod etiā fidem parentum augebat magis.

Matth.3 Johan.9 Marci.7. Isaię.60 Lucę.8 2. Reg.1 Jeremi.6 Eccle.36

3. ¶ Sequitur, Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. unde Christi quoq; apparet humilitas & benignitas magna, qui ad unicam Iairi petitionē secutus est eum cum discipulis suis, ut illos quoq; solidiꝰ firmaret in fide, istam q̄q; sequelā meruit Iairus hic oratione sua pio q̄q;

adfectu. Sequitur rursus, Ecce mulier quæ fluxum sanguinis patiebat duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Mulier ista q̃nam fuerit, non satis constat ex sacris literis. Ambrosi⁹ Marthã esse arbitrat. ait .n. Dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dũ dæmones pellit ex Maria, dum corpus rediuiui spũs calore constringitur: & q̃d mors sibi uendicauerat ad pœnã, lux denuo recipit ad gratiã. Quod si ita esset, tria maxima miracula fecisset in fratre & sororibus duabus. sunt autem qui diuersum eo opinant, q⁹ Marcus & Lucas dicunt eam omnem suã substantiam expendisse in medicos, à quibus tamen nihil sit adiuta, cum tamen constet Martham diuitem fuisse, sicut doctores super Iohannẽ asserunt, qm̃ deinceps & dñm hospitio excepit, & illi inseruiuit. Vnde Eusebius refert aliã fuisse hanc mulierẽ, & ciuem quidem in Cæsarea, cuius domus suo etiã tum tempore sit cõmonstrata. Qua de re deinceps plura. Graui morbo mulier hęc laborauit totos annos 12. (hemorrhoissa dicitur à fluxu sanguinis aut à ruptis uenis hemorrhoidibus) laudat aũt hic mulier ista propter fidem suã & humilitatẽ. Humilis erat, qm̃ seipsam indignã reputabat, quæ in conspectũ domini ueniret: ideo q̃ à tergo accedebat, siquidẽ & iuxta legem urbibus excludebatur, sicut mulierẽ menstrua patiẽtem lex uetat tangi, quod quisquis fecerat, pro immundo habebatur. Adeo tamen audax illa fuit, ut etiã contra legem tangeret dñm: unde & Chrysost. dicit, libere atq; aperte ad Iesum accessit, quia propter ægrotationis gen⁹ immundã se putabat, quando & ægritudo hæc immundities secundum legẽ iudicabatur. atqui audierat dñm etiã leprosos tangere, quod ipsum quoq; fuit in lege prohibitum. Poterat ipsam & hoc mouere, q⁹ acceperat Christum ægrotantibus quoq; mederi mulieribus, iamq; esse in uia & filiam Iairi curaturum: quo confidentius liberiusq; accessit, q̃uis adhuc clã & à tergo, ut supra cõmemorauim⁹.

Li. de Salomone. cap. 5
Iohan. 11.
Lucę. 8
Marci. 5
Iohan. 5
Lucę. 16.
Li. 7. c. 14
Hieron⁹
Leuit. 12
Chrysost.
Matth. 8.
Leuit. 13
Nume. 5.

4. ¶ Fidem porro mulieris magnã & deuotionẽ euangelista innuit, quũ refert eam dixisse intra se: Si tetigero tantũ uestimentum eius, salua ero. ipso autem opere fidẽ adhuc exhibuit maiorẽ, dũ credidit se ex solo fimbriæ cõtactu saluari posse. neq; n. solũ credidit Chr̃m uirtutẽ ha

bere sanitatis. sed & omne quod tangeret: quoniam sic il
Matth. 8. Luce. 7 le tetigit leprosum, & sanatus est. tetigit & pheretrum in quo ferebatur cadauer adolescentis, atq; resedit qui fue rat mortuus. Poterat illa forte meminisse uerborum Da-
Psalm. 132 uidis, Sicut unguentum in capite quod descendit in barbã barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius, credebat ergo gratiã & uirtutem omnem Christi emanas se etiam in fimbriam uestimenti, sicq; contenta erat solo fimbriæ contactu. Hac ipsa mulieris huius fide, totaque illa historia retunduntur & nouæ & ueteres hæreses, q̃ contemnunt reliquias Christi & sanctorum. clamant. n. Quorsum ista mortuorum ossa? quid faciat lignũ crucis? quidue prosint uestimenta mortuorũ? Sunt quidã qui nõ paulo impudentius obganniant, quæ me dicere pudet ac piget. Confunduntur autẽ hic, quãdo etiã tactu fimbriæ
Matth. 9. suæ mulierẽ hãc curauit dominus. Quod si ergo fimbriæ suæ uirtutem tantam dedit Christus, quanto magis sanctissimæ cruci, in qua operatus est salutem mundi, quãq; precioso suo sanguine conspersit? Ad hæc, reliquias sanctorum suorum iam olim in ueteri quoq; testamento co-
4. Reg. 13. honestauit deus, ut exemplo Elisei constat, ad cuius corpo ris contactum cadauer mortuũ reuixit. Quod si igit uir- tutem suam diuinã dñs ossibus cõmunicauit Elisei, iam o- lim in ueteri testamento, quando adhuc animæ iustorũ beatæ non erãt, quanto magis idipsum facier sanctis noui testamenti, amicis suis charissimis, qui secum regnant in cælo? Plura super hac re uide in homilijs de sanctis. Tantũ
Li. 7. c. 14. hic recensere liber historiam, quã Eusebius refert de hac muliere, quam ciuem fuisse Cæsarien sem tradit: pro cuius
Li. 7. c. 14. domus foribus basis, inquit ille, quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius basis uelut genibus prouolutæ, palmasq; suppliciter tendentis ima- go ære uidetur expressa. Adstat uero alia ære nihilo mi- nus fusa statua, habitu uiri, stola compte circundati, & de- xteram mulieri porrigentis. Huius ad pedẽ statuæ, é basi herba quædam noua specie nascitur. Quæ cum exorta fu erit, excrescere usque ad stolæ illius ærei indumenti fim- briam solet. Quam cum summo uertice crescens herba contigerit, uires inde ad depellendos omnes morbos

languoresq; cõquirit, ita ut quæcunq; illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellat, nihil omnino uiriũ gerens, ſi anteq; æreq; fimbriæ ſummitatem creſcendo cõtigerit, decerpat. Hanc ſtatuã ad ſimilitudinẽ uultꝰ Ieſu formatã tradebãt, q; pmanſit ad noſtra uſq; tẽpora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximꝰ. Meminit ille ibidẽ imaginum ꝙq; Chriſti, Petri & Pauli.

¶ Quod aũt Euſebius ueritatem ſcripſerit, ſatis magnũ & locupletẽ hiſtoriæ ſuæ teſtem habet Soſimenũ, in hæc uerba ſcribentem: Cum cognouiſſet Iulianus imperator in Cæſarea Philippi, ciuitate Phœniciæ, quam Paneadæ uocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulacrũ, ꝙd mulier illa, ſanguinis liberata profluuio, cõſtituerat, eo depoſito, ſuã ibi ſtatuam collocauit. Quæ uiolento igne de cælo cadẽte, circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cũ uertice una parte deiectum, atq; in terra fixũ. reliqua uero pars hactenꝰ ſuperfuit & fulminis indiciũ reſeruauit. Statua uero Chriſti tunc quidã Pagani trahentes cõfregerunt. Poſtea uero Chriſtiani colligentes, in eccleſiã recondiderunt, ubi hactenus reſeruatur. Cõmemorat ille ꝙq; deinceps eadẽ quę habet Euſebius. Mihi aũt libuit hæc eo prolixius recenſere uobis, quo magis moueamini cũ omni pietate ad uenerationẽ reliquiarũ, maxime uero Chriſti, ut ſunt, crux gloriosa, claui, lancea, tunica &c. In hoc itaq; euangelio magnam agnoſcimus mulieris huius fidem, qua credidit omnipotentiã Chriſti, adeo ut etiam ueſtimentũ, quo ſanctiſſimum eius corpus operitur, uix tutem aliquã ſanitatis haberet, attamen magnũ eſt quod putauit clam ſe aditurã illum ne perſentiſceret. ſiquidẽ quẽ omnipotentẽ agnouit, omniſcium quoq; credere debebat, & ita, ut nihil eũ latere poſſet. At ego hic uos admonitos omẽs uolo, ut uera fiducia, ſancta pietate, ſyncera q; fide tangatis, ſed non dico fimbriã ueſtimenti Chriſti, ſed ipſum ſanctiſſimum Chriſti corpus, unde acquiratis ſanitatem & medelã uulnerum animæ ueſtræ. Nam ſi quis uerũ Chriſti corpus attigerit cũ infidelitate uel in peccatis, is nõ põt non uulnerari ad æternã damnationem, teſte Paulo: quia qui mãducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Gratiam igitur nobis tuam dñe benignꝰ impẽde, qua freti uitam conſequamur æternam, Amen.

Tripar. hiſto li. 6. cap. 21

1. Corinth. 11

HOMILIA II.

Abeunte dño unà cum Iairo ad resuscitandam filiã eius, recordata est mulier hemorrhoissa sanitatis suæ recuperandæ: & tamen pudore deterrita, quo minus uel palam adiret uel tangeret dñm, cogitauit de attingenda fimbria Christi. & sequit, Iesus conuersus
Lucę.8. & uidens eã, dixit, Confide. Lucas refert interrogasse dominum, quisnã ipsum tetigisset, negãtibusq; omnibus, respondisse Petrũ, eũ sic à turba opprimi, eo q; sensisset uirtutem à se exiuisse. & tunc prouoluta in terrã mulier, narrauit ut acta essent omnia, cõuersusq; dñs, dixit: Confide filia. Et bene quidem conuersus ad eam est. idipsum.n. facit erga oẽs, qui per pœnitentiã cõuertuntur ad ipsum teste Zacharia, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad
Zacha.1 uos. Cum igitur mulier hæc per fidem se conuertisset ad dominũ, per deuotionẽ q̃q; suam & confidentiã magnã uicissim cõuersus ad illam dominus est cũ gratia sua & misericordia. Sic ille conuersus est & ad Petrum, respexitq; eum oculis misericordiæ suæ. Filia, inquit, cõfide. Cur aut
Lucę.22 unde iam filia domini erat? ideo, qa credidit. hinc factum
Hieron. est, ut fides ipsam sua saluârit, neq; .n. ait dominus, fides tua te saluã faciet, sed iamiam fecit. Quæris, cur dominus uerecundiam hanc mouerit mulieri dum quæsiuit, quis tetigerit se, cum tamen illa timore & pudore perculsa, utx à tergo trepidula, adhuc ausa sit accedere. Respondet ad hoc Theophylactus & ait: Saluator prodit eam, non ut a-
Theoph. mans gloriæ, sed ut fidem illius ad nostram utilitatẽ declararet, utq; simul in fide roboraretur etiam archisynagogus. Chrysostom⁹ quoq; idipsum quærens, Cur, inqt,
Chrysost. eam in medium produxit? Primum ut ab omni formidine fœminam liberaret, ne conscientiæ stimulis quasi furata sanitatem agitaretur. Deinde ut ipsi⁹ quoq; curaret animum, quem putauit latere potuisse. adhuc, ut fidẽ eius manifestam faceret, ut alij possent eam imitari. præterea non est minus signum secreta cordiũ scire, q̃ flumina sanguinis coercere. data quoq; opera commorabatur, ut post mortem puellæ ueniret, & ministerium resurrectionis patefaceret: & ne resuscitatio filiæ suspecta fieret, sed nota

populo. quoniam sic & ad Lazarum uocatus aliquot dies uenire distulit, ut eius mors pluribus innotesceret. Idipm hic quoq; fecit, quamuis non ad ignominiam, sed pacem & laudem pertingat, siquidem illi periculosæ adhuc existenti animum addidit, fecitq; robustiorem. Primum em̃ ait, Confide filia, deinde causam contracti mali ostendit, mox testante Luca ablegat eam, iubens abire in pace. Manebit igitur mulierculæ integra suæ tum pietatis tum fidei & confidentiæ laus in omni ecclesia. Johan. 11. Luce. 8.

2. ¶ Simul atq; iam hemorrhoissam in uia curauit dominus, uenit in ædes Iairi: cumq; uidisset tibicines, turbã irrequietam, More nanq; ueteri tibicines ad incendendos excitandosq; luctus ferebantur adhiberi. Atqui resuscitaturo hic domino ex morte filiam opus ijs non erat lamẽtis. unde & ablegat eas, Recedite, inquiens, non est mortua puella, sed dormit. Lucas ait neminem intromisisse eũ secum, nisi Petrum, Iacobum & Iohannem, atq; utrunque parentẽ. q̃d q̃uis grandi nõ caret mysterio, nũc tñ missum facio. Quo ad literam autem, discipulos hos tres ad sublimiora semp mysteria adcersiuit, puta ad transfiguratiõ suã in mõte Thabor, & ad orationẽ i mõte oliueti &c. Ambrosi⁹. Matth. 17 Matth. 26

¶ Respexit itaq; dominus tibicines, qui cum planctu filiam deducerent ad sepulchrum, iuxta illud Ieremiæ: Vocate lamentatrices, ut ueniãt, & ad eas quæ sapiẽtes sunt mittite, properent & festinent, ut adsumant super uos lamentum. Quæris, cur eiecit hic turbas dominus, facturus hoc miraculum, qui tamen multa & magna sæpe miracula fecit coram hominibus? Respondeo, turba hæc indigna fuit quæ tantum uideret miraculum. siquidem plane nõ credebant dominum posse resuscitare filiam. In figura tamen turba hæc populum significat infidelium Iudæorũ, non credentium etiam, sed magis tumultuantium. Tibicines autem falsi sunt eorum doctores & Rhabini, quos oportet eijcere, si quando Christus filiam, hoc est, animã hominis uelit à peccatis resuscitare. Ieremi. 9. Hieron⁹.

¶ Quid multa? repulsæ huius causam textus habet, q̃m non est mortua filia, sed dormit: Verba hæc multũ expendunt hinc inde doctores sancti, qd ijs sibi uoluerit Christ⁹, quoniam uere defuncta erat filia. possunt igitur intelligi primũ in hũc sensum, q⁹ q̃uis demortua iã erat filia mũdo

&hominibus,deo tamen cui uiuunt omnia,mortua nõ fu
Hieron. ir.quicquid enim factũ est in uerbo dei,uiuit. Et nos igit
Johan.1 si inspiciamus potestatẽ Christi,mortua illa nõ erat, quã
ipse iamiam à morte resuscitare uolebat,& poterat,si uo
luisset uerbo unico. potestatẽ.n.ille uitæ &mortis habet,
iuxta istud Annæ: Dominus mortificat &uiuificat.&hoc
1.Reg.2 ipsum Moysis, Occidã,& ego uiuificabo. Posset & eò addu
Deut.32 ci,q̃ mortui si nõ in peccatis sint, proprie mortui nõ di-
Johan.9 cuntur,sed transire à morte in uitã. Sic Paulus,scire inqt,
1.Thes.4. uos uolumus de dormiẽtibus,ut nõ contristemini,sicut&
cæteri qui spem nõ habent. Ecce &Paulus cõmuni sacræ
scripturæ cõsuetudine dormire dicit q̃ uere mortui erãt.
Et quia filia hæc admodũ iuuencula adhuc extitit, est hic
Glossa. Glossa quæ ait innocentẽ eã fuisse,ideoq̃ dixisse dominũ
dormire illã,non esse demortuã. Breuiter,quia tam facile
Christo hic fuit istam suscitare mortuã,q̃ nobis excita-
re dormientẽ,cur nõ recte dormire diceret,quã facile ad-
eo erat Chr̃o suscitare:q̃m sic & de Lazaro ait ille,Lazar⁹
Johan.11. amicus noster dormit.eamus,& à somno suscitem⁹ eũ. Sci
entes aũt tibi cines & turbæ uere mortuã esse,quã dormi
re Christus dicebat,irriserunt eũ. Atq̃ hoc proprium ha
bet malitia,ut derideat bonos,sed interim tamen parum
nocet iste risus. qui hic etiam eo ipso profuit,q̃m illo testi
monium amplius dant miraculo,qui sic ridẽt,q̃ uere mor
tuam suscitârit,nã in confesso erat apud omnes mors ei⁹.
Theophy. Cum'q̃ isti nollẽt credere domino,præuenit ecce eos suo
proprio risu,ut exhibito deinceps miraculo,magis se cul
pabiles agnoscerent,eo q̃ nõ antea potentiã credidissent
resuscitantis. Ita irridentur nonnunq̃ prædicatores, qui
non ideo statim à suo bono proposito debent auerti, sic-
ut hic nihilo deterritus est Christus risu istorum, quo mi
nus cœptum iam prosequeretur miraculum.

3. ¶ Eiectis turbis,ingressus dominus, tenuit manũ
puellæ. Expulsi sunt isti,quoniam nõ erant digni qui ui-
Hieron. derent mysterium resurgentis, qui resuscitantẽ indignis
contumelijs irridebant. Sic Elias & Eliseus in priuatis lo-
3.Reg.17. cis segregati ab alijs mortuos suscitarũt,quamuis hoc sua
4.Reg.4 quoq̃ mystica non caret expositione, sicuti paulo post di
cemus. Intrauit Iesus,Iam antea erat ille quidem in ædi-

bus istius Iairi, sed non in eo triclinio, ubi recumbebat filia, quò nunc demum ingressus, manum ipsius apprehẽdit. Ecce ut uerum faceret, quòd ad suam potentiam filia dormiret, manum eius tenet, quasi de somno ipsam excitaturus. Et considera hic diligẽter, quoniam Iairus pater rogauit dominum, ut ueniens imponeret manum super filiam, sed non fecit hoc ille. non enim imposuit ei manum, non suspexit in cælum, non orauit, sed ut omnia suo subdita esse doceret imperio, tantum tetigit eam & dixit: Puella, surge. Tactu autem suæ sanctissimæ manus, animam puellæ ex sinu Abraæ in ipsum corpus usq; reuocauit. quod argumentum euidens erat inhabitantis in eo diuinitatis, quæ corporali cõtactui aderat, iuxta illud Dauidis: Dextera domini fecit uirtutem. Puella, inquit dominus, surge. Apud Marcũ uero dicit: Tabita Kumi. Vox hæc Christi disrupit & penetrauit terrã, ipsam q; uiuificauit filiam. uere enim uox Christi & potens & multum efficax est, dicẽte Dauide: Dabit uoci suæ uocem uirtutis. Sic clamauit ille resuscitaturus Lazarum. Sic etiã fiet in die nouissimo, quando tam facile mortui omnes audient uocem filij dei & resurgent, quàm puella hæc resurrexit. ita enim dominus ait, Mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Ne autem phantasma hoc haberetur, iussit. dominus dare ei quod manducaret, cum iam resedisset id q; sane est testimonium uitæ, unde ueritas illa crederetur, quoniam qui instar phantasmatis uidetur resuscitari, figuram quidem uiuẽtis habet, sed non operationẽ. Atq; ideo dominus etiam postquam resurrexisset, uoluit manducare cum discipulis suis. Lucas hic testatur prohibuisse dominum parentibus illius, ne cuiquam dicerent. id autem fecit ille propter humilitatẽ, quoniam aliâs uult dominus miracula sua in admirationem rapi & uehemẽter celebrari. uide supra parte prima. Exĩt fama hæc, inquit euangelista, in uniuersam terrã illam. quod non mediocriter etiam fecit ad reuerentiam & gloriam domini, & confusionem istorum qui irriserant ipsum.

Chrysost.

Psalm. xcv

Johan. 5

Ambrosius.

Luce. 24. Johan. 21

4. ¶ Audita hactenus euangelicæ huius historiæ expositione iuxta literam, porro mysticũ quoq; sensum inuestigemus, id q; q̃ fieri potuerit breuissime. Archisyna-

gogus iſte Iairus, ſynagogam ipſam repræſentat, quam ſane deſeruit dominus, ſibiq; eccleſiam ſociauit gẽtium, ſicut à prophetis prædictum erat. Infirmata igitur illa ẽ & demortua. Attamen non adeo dereliquit eam dominꝰ, ut non adhuc per gratiam ſuam uiuificet eam, dummodo ipſa quærat & inuocet illum. Properanti autem domino ad filiam ſynagogæ, occurrit in uia mulier, eccleſia ſcilicet ex gentibus collecta, & ſanitatem Iudæis præparatã
Actuũ. 13. præripit, ſicut & Paulus id factum eſſe teſtatur. Mulier autem iam antea omnem ſubſtantiã ſuã impenderat in medicos, hoc eſt, quod gentiles antea omnibus naturæ donis & beneficijs abuſi fuerant ad idololatriam, quod & numerus ipſe ſatis indicat. duodecim enim annos habebat filia, & totidem infirmabatur muliercula. Sic quandiu in flore & uigore fuit ſynagoga, infirmabatur gentilitas: peritura autem & iamiam ruinam minitante ſynagoga, erecta demum & extructa eſt eccleſia gentium. q̃d
Roma. 11 & Paulus agnouit, dicens: Cæcitas ex parte cõtigit iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Audientes itaq; gentiles aduentum Chriſti, adcurrerunt ad eum. Obruit quidem & compreſſit dominum turba, ſed ſanata nõ eſt. Verum quiſquis uera fide tangit illum, is eſt qui ſanitatẽ meretur. Fimbriam autẽ tantũ tetigit mulier, eo q̃ omnis illa cognitio noſtra in hoc ſeculo per fidẽ imperfecta eſt,
1. Corin. 13 tantumq; in ænigmate & uelut per ſpeculum cernimus omnes: at illic in æterna patria altius multo & tangẽs & cognoſcemus dominum, quando illum uidebimus facie ad faciem ſicuti eſt. Multi Iudæorum non crediderũt domino, q̃ illos qui extra ſynagogam erant, ſaluare poſſet, deriſerunt inſuper illum, & id quoq; in hodiernũ diẽ faciunt. O felicem autem & ter quaterq; beatum hominẽ, cui manum porrigit dominus, & tenet manum eius. cui iubet dare quod manducet, panem ſcilicet cæleſtẽ, uerbũ dei, uel etiam uiuificũ illud & uenerabile corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentũ. Sed quod pauculos adeo ſecũ intromiſit dominus ad exhibitionẽ miraculi, argumẽto eſt, paucos etiã ex Iudæis credituros in Chriſtũ. Atq; hæc ferẽ ſententia & expoſitio eſt iuxta mentem Ambroſij.

¶ Nec multũ diſcordat interpretatio Bedæ ab illa Ambroſiana, eſtq; huiuſmodi: Iairus ſynagogæ princeps, Mo

yſen ſignificat. ìs procidit ad pedes dñi, ſicut autẽ caput Chriſti diuinitatem, ita pedes humanitatem deſignant, qua terram hanc tetigit. Tum autem proſtrauit ſe ad pedes domini Moyſes, quando cum omnibus patrib⁹ cognouit dominũ ſe multis (quod aiunt) paraſangis præcurrere & excedere in omni tum gloria tum dignitate. Is.n. ad pedes domini concidit, qui confitetur illũ bona firmaq; fide longe & late excedere quicquid eſt uſpiam. Cumq; ueniret dñs curatum filiam iſthanc Moyſi, hoc eſt, ſynagogam, profeſſus eſt.n. non uenisſe ſe niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael. Appropinquauit eccleſia ex gentibus collecta, quæ iam totos duodecim annos uoluptatib⁹ diffluens carnalibus emanauerat, omnemq; ſuam ſubſtantiam dilapidârat, in medicos impenſam. Medici porro falſi fuere idolorum ſacerdotes, uel etiam philoſophi, qui cũ nihil ſolidi habebant, gloriabãtur tamen ſe ueram habere morum uirtutumq; omniũ uiã. Mulier illa eccleſia gẽtium, acceſſit à tergo ſiquidem poſt ipſam deniq; Chriſti paſſionem & mortẽ uenit ad ueram ſanctæ fidei cognitionem, ſecutaq; tunc deinceps eſt ueſtigia Chriſti. Tetigit illum nõ capite, ſicut Maria Magdalena, neq; pectore, ut Iohannes in cœna recumbens. magni.n. & illuſtres homines ñ habebant, ſicut & iſte qui indignum ſe ratus eſt eſſe qui ſolueret corrigiam aliquam calceamentorũ eius, ſed tetigit tantum fimbriam ueſtimenti eius. Quoniam beatus eſt & uere felix, quiſquis minimum dei uerbũ manu fidei ſuæ attingit. Ingreſſus tandem in ædes Iairi dominus deriſus eſt, omniumq; Iudæorum luſibus, morſibus, ſannis, conuitijs & opprobrijs expoſitus, atq; ad extremũ in crucẽ ſuffixus, eiecit ergo & expulit eos dñs à ſe, unde excæcati quoq; ſunt in fide. Pauculi autẽ ex Iudæis ingreſſi cum domino, uiderunt reſuſcitationẽ filiæ huius, quia pauciſſimi ex eis ueram ſuſceperunt uiã uitæ & fidei cognitionem, qua intelligerẽt ac peruiderẽt myſteria Chriſti, quoq; ille mõ uiuificaret animas, hic qdẽ p ſuã gratiã ſanctã, illic aũt per gloriã felicitatis æternæ. Quam uobis unà mecũ donare dignet, qui gratiã & gloriã largit dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui cũ patre & ſpũ ſctõ uiuit & regnat in ſecula benedictus, Amẽ.

Matth.15

Joh̃.12.13
Johan.1

VLTIMA HAC A FESTO PENTE-
costes dominica, legi solet euangelium illud: Quomodo in deserto pauerit dominus turbas pauculis panibus, ut in Constantiensi, Augustana, Eystettensi & Ratisponensi diœcesibus. super eo autem homilias nonnullas conscripsimus parte prima. Verum iuxta ordinem Romanæ ecclesiæ legitur euangelium Matthæi XXIIII. quod cum multum faciat ad hæc nostra tempora, breuiter illud iam libet exponere.

DOMINICA VIGESIMASEXTA A FERIIS PENTE costes, euangelium Matt. XXIIII.



IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, nō descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicā suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autē ut nō fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato. Erit

Marci. 13. Daniel. 9.

Marci. 13. Luce. 21

Marci. 13. Luce. 21 Isaie. 13 Iezech. 13

enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab
initio mundi usq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati Marci.13
fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. sed Lucę.21
propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si Marci.13
quis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, Lucę.17
nolite credere. Surgēt em̄ pseudochristi & pseu
doprophetę, & dabūt signa magna & ꝓdigia, ita
ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiā ele-
cti. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, Lucę.17
ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetrali
bus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab ori
ente, & paret usq; in occidentem, ita erit & aduē Lucę.17
tus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc Joel.2
congregabuntur & aquilæ. Statim autē post tri Isaię.13
bulationem dierum illorum sol obscurabitur, Matth.24
& luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent
de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur,
& tunc parebit signum filij hominis in cælo. Et
tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebūt fi
lium hominis ueniētem in nubibus cæli cū uir-
tute multa & maiestate. Et mittet angelos suos Marci.13
cum tuba & uoce magna, & congregabunt ele
ctos eius à quatuor uētis, & à summis cælorum
usq; ad terminos eorum. Ab arbore aūt fici disci Marci.13
te parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit Lucę.21
& folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & uos
cum uideritis hæc omnia, scitote quia prope ē
in ianuis. Amen dico uobis quia non prēteribit Marci.13
generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cælū & Lucę.21

terra transibũt, uerba autẽ mea nõ præteribũt.

HOMILIA PRIMA.

PRrincipio huius homiliæ præscire uos uolumus in Christo dilectissimi, Christum hic loqui de excidio Hierosolymitano, simul & de interitu uniuersi orbis, siquidẽ q̃d in particulari factũ est in excidio regni Iudaici, idipsum fiet q̃q; in interitu & cõsummatione totius mundi. Iã uero consummatũ hoc est in Ierusalẽ, de qua re multa iã superius diximus. quapropter mittimus illa, & ad informationẽ nostrã adferemus tantũ hæc de fine mundi,
Daniel.12. sicut idipsum p̃dixit dominus, & non tacuit etiã Daniel, differẽter de utroq; illo loquutus: & de excidio quidẽ Iudaico agit capite 9. de tribulatione aũt Christianorũ ca. 12 sicut statim indicabimus. Sed & quicquid Titus cũ Vespasiano & Aelio Adriano fecerũt in diruenda Hierosolyma, idipsum Antichristus faciet in ecclesia catholica. Porro
Daniel.9. Christus hic signũ præbet futuræ tribulationis in mũdo, maioris quidẽ q̃ fuerit unq̃ ab initio mũdi, & ait: Quũ uideritis abominationẽ desolationis, q̃ dicta est à Daniele propheta, stãtẽ in loco sancto. (q̃ legit, intelligat) At nos hic iã dispiciamus q̃nã Danielis uerba Christus hic recẽseat & intelligat ex cap. 9. Sed hoc nõ facile possum recipere, eo q̃p desolatio de qua ibi loquit̃ ꝓpheta, futura sit in cõsummatione seculi: hæc aũt de qua agit dominus, nõ duratura est in finẽ mũdi usq;. ait enim, Nisi breuiati essent dies illi, nõ fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

¶ Quõ itaq; cõueniunt hæc, q̃p dies semper duraturos secundũ Danielẽ, Christus dicit esse breuiãdos? Sed & si qs penitus uerba inspiciat ꝓphetæ, uidebit aperte loq; eum de passione Christi, de Iudæorũ defectione, de excidio Ierusalẽ, de sacrificijs & ceremonijs Iudæorũ cessaturis. nanq;
Daniel.9. sic ait: Et post hebdomades sexaginta duas occidet Christus, & nõ erit eius populus, q̃ eũ negaturus est: Et ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finẽ belli statuta desolatio. Cõfirmabit aũt pactũ multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ, & erit in tẽplo abomi-

natio desolationis, & usq; ad consummationē & finē per seuerabit desolatio. Aut quid obsecro iis uerbis manifestius, quid apertius esse queat? quādoquidē crucifixo Christo in Ierusalem post 40. annos aduenit Vespasian⁹ cū exercitu Romano, urbē q; depopulat⁹ est & tēplum, ibidem fit sacrificiū Iudæorū, ea q; tēpli desolatio permanebit usq; ad finē mūdi. hæc aūt de qua hic agit dominus, breuis erit & non diu duratura. potest itaq; desolatio isthæc in principio cōferri cū Luca, sed nō hic cū Matthæo. Luce. 22

2. ¶ Quando compertum iam est, dominum non hic loqui de prophetia Danielis 9. & deinceps quæramus in p̄pheta, inueniemus capite 12. sic scriptum esse: Vade Daniel, quia clausi sunt signati q; sermones usq; ad præfinitū tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis p̄babūtur multi. Et impie agent impij, neq; intelligent omnes impij, porro docti intelligent: & à tempore cum ablatū fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit usque ad dies mille trecentos triginta quinq;. Nonne quisquis Euangelium hoc nostrum cū Daniele contulerit, uidebit facile Christum hic de illo 12. capite loqui, quod ut fiat adhuc manifestius, en paulo exactius explicabimus. Abominatio in templo posita, Antichristus ipse est, teste Paulo, quoniam nō ueniet Christ⁹, nisi prius uenerit discessio, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Constat utique hic filium istum perditionis esse Antichristum. At tu interim uerba Pauli & Danielis expende. Venit discessio primum, hoc est, q; per inobedientiā recedent homines ab imperio Romano, & tunc tādem ueniet Antichr̄s. Daniel aut: Quādo cessabit iuge sacrificiū, & abominatio ponetur in templo. Oportet itaq; hæc duo fieri pri⁹ quā Antichristus ueniet, oportet iuge sacrificium desinat, q̄d nunc in neochristianis nimiū experimur, qui sacro sc̄m missæ officiū, in quo Christus offertur, abrogāt, & abolere conant. hi uiderint quō hic uiā p̄parent Antichristo. Daniel. 12 2. Thes. 2

2. Est q; p̄cedat etiā inobedictia & defectio ab ecclesia ca-

tholica & ĩperio Romano. id quoq; quàm ſtrenue faci ant neochriſtiani, quotidianis hactenus edocti ſumus argumentis, quoniam ñ iamiam à cõmunione fidelium, à ſede Romana, & à legitimis ſuis prælatis, epiſcopis defecerunt. Quantum autẽ honoris, gloriæ & incrementi pleriq; Cæſareæ & catholicæ faueant maieſtati, conſulto p̃tereo, pleriq; omnes plus quàm uelimus, nouimus & experimur. Ita beatus Auguſtinus uerba quoq; intelligit ſequentia. ait enim. Illud non abſurde de ipſo Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit, Tantũ qui modo imperat, imperet donec de medio fiat. id eſt, de medio tollatur. Et Antichriſtus igitur ſacro reſiſtet Romano imperio, omnesq; qui imperiũ Romani cupiunt, iuuant aut promouent interitum, Antichriſti membra ſunt. At Apoſtolus noluit manifeſte de Romano imperio dicere, ne Chriſtianos inuiſos redderet imperatori. Sicut autem Antichriſtus in omnibus aduerſatur Chriſto, teſtante ipſum nominis utriuſq; appellatione, ita ex hac quoque parte contrarius eſt. Quoniam quemadmodum Chriſtus naſci uoluit, quum uniuerſus orbis ſumma rerum omnium tranquillitate & pace Romano pareret imperio, deſcripto etiã tunc toto orbe ſub Auguſto, ita uiciſſim ueniet Antichriſtus, quando nemo obediẽs erit Romano imperio. Attendant hic principes nonnulli & pleriq; ciuitates reſiſtentes Cæſari, & nolentes quicquã potentiſſimo Romanorum imperatori Carolo V. bene ac feliciter cedere. Quid multa? quicquid penè iam in mundo iactatur & agitur, id omne fere eò uergit, ut bene paretur ſua Antichriſto uia: ipſeq; quũ uenerit, minus operis & laboris inſumat in omni malo procurando. Hæc itaq; iſta abominatio eſt Antichriſtus ipſe, de quo Daniel inquit: Eleuabitur & magnificabitur aduerſus deum, & aduerſus deũ deorum loquetur magnifica.

Lib. 20. de ciuita. dei cap. 9 Lucę. 2.

Daniel. 11

2. Cum uideritis, inquit dominus, abominationẽ deſolationis ſtantem in loco ſancto. Quod porro abominatio dicit deſolationis, ſunt qui cupiunt referre ad excidiũ Hieroſolymitanum, ſicut Chryſoſt. q̃q; commemorat, & tunc hiſtoriã ex Ioſepho & aliis adcõmodant. Pilatus aũt imaginẽ imperatoris in tẽplo cõſtituerat, ſed uidẽs indi-

Chryſoſt. Li. 18. c. 4.

gnari ob id Iudæos & grauiter ferre, curauit imaginem deuehi in Cæsareã. Postea Titus urbem simul & templũ incendio perdidit, rursusq; imaginem suam Aelius Adrianus inter parietes collocauit, uerum id quoq; Iudæi nõ tolerantes, confregerunt eandem. Sunt igitur qui uelint illã ipsam appellare abominationẽ desolatiõis. simulachra enim gentium abominatio sunt corã deo, qm̃ dñi gentiũ dæmonia, inqt Dauid. similiter & Salomõ, Infandoq; ido lorũ cultura omnis mali causa est initiũ & finis. Imago ista in desolatiõe stetit, qa in deserto tẽplo. Sed missumfacio illud, qm̃ principio cõmemorauim⁹ dñm hic nõ loq de excidio Hierosolymæ, eo q breuiras annorũ nõ cõuenit cũ iis quæ hic dicunt. at hæc adbreuiatio tẽporis futura est propter electos, cuiusmodi nõ erant Iudæi, sed sicuti nũc dispersi sunt per uniuersum orbem, ita idipsum nunc quoq; durat. Nos itaq; priori insistemus sentẽtiæ, dicentes cũ Hieronymo perspicuum esse tres illos annos de Antichristi dici temporibus, quomodo facile intellectu est, qui fiat quòd abominatio constituatur in desolatione in loco sancto: quando enim ante Antichristi tempora futura est uniuersalis illa à Romana ecclesia & imperio defectio, iuge quoq; sacrificium illud sanctum missæ cessabit. Vide tuã & considera templum simulatq; ecclesiam, an non deserta & desolata sint omnia. Sed age ob oculos reuocemus templum aliquod neochristianorum. Ecce matutinæ preces in eo nullæ cantantur, nec uespertinæ, nullum missæ officium integrum, uigiliæ & uesperæ mortuorum nullę, nullus thuris & thymiamatum usus, aqua benedicta nulla est, nec sal consecratus, non luminaria, non palmæ, non confirmantur iam homines, nemo confitetur, nihil offertur, nulla sunt ibi organa amplius, nemo sacramento unctionis prouidetur, sacerdotes nulli consecrantur, non uelantur uirgines, anniuersarij dies defunctis non peraguntur, anctis nulli exhibentur honores, non accenduntur faces, missæ non celebrantur, tabulæ omnes confractę sunt, nec reliqua est ulla pictura, altaria nulla, nullæ cryptæ ossiũ mortuorum, non baptisteria ibi aliqua sunt, non uexilla, nullæ cruces, indumenta sacra omnia perierunt: idq; genus innumera alia ita interciderunt ibi, ut non sit uesti-

Psalm. 95 Sup. 14.

Hieron.

Templa Lutheranorum cuiusmodi.

gium aliquod priſtinæ pietatis & cultus diuini. Eat nunc quiſquis uolet, ſit impudens & audeat dicere, non eſſe hęc deſolata deſertaq; loca, & potius ſtabula quàm templa domini eſſe. Certe quando in uniuerſum iſta omnia abolita fuerint in eccleſia, ſicut nunc particulatim conantur hæretici, tunc uenier Antichriſtus in iſta templa deſerta, in iſtam deſolationem, & ibi ſe deum iactabit. Arq; hoc ē q; multæ iam ciuitates, & plericq; principes ſtrenue laborant, ut quibuſcunq; conatibus uiam Antichriſto parent inſtructiſſimam. Et proprie hic conſidera Danielem deſolationem hanc eo ſigno exprimere, quoniam iuge ſacrificium ceſſabit. Sic Paulus quoq; ait futuram defectionem, quæ ꝙuis fiet ab eccleſia Romana ſimul & imperio, præcipue tamen futura eſt à uera & catholica fide. atque
1. Timo. 4 hoc eſt quod dicit alibi Paulus, In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritib⁹ erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuā conſcientiam. Sic
Methodi. Methodius ait: Tolletur honor à ſacerdotibus, & ſupprimetur miniſterium dei, & quieſcet omne ſacrificium ab eccleſijs, & erunt ſacerdotes ſicut populus in eodem tempore. Idem quoq; clare docet iuge & uniuerſale illud ſacrificium miſſæ deſiturū, priuſquā catholicus Imperator Turcas ſubigat & deuincat.

4. ¶ Cum uideritis, inquit dominus, abominationē deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele, ſtantem in loco ſancto. idipſum quoq; Paulus aſſerit, quomodo ſedebit in tem
2. Theſ. 4. plo dei, & ſeſe oſtentabit pro deo. Sed in quo templo dei ut deus ſit ſeſſur⁹, incertum eſt, ait Aug. neq; n. ſedebit in
Li. 20 de templo idolorū, quod utiq; dei templū non uocaret Pau-
ciui. ca. 19 lus. itaq; & dñs hic & Paulus de templo ueri dei loquunt. Et ſunt qui putēr, qm̄ Antichriſtus naſciturus erat ex Iudaiſmo de tribu Dan, ꝓuidiſſe idipſum patriarcham Iacob
Gene. 49 in ſpū, & dixiſſe: Fiat Dan coluber in uia, & ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor eius retro. Quid autē mali prouenturum ſit ex iſto colubro, ibidem declarauit Iacob, dum dixit: Salutare tuum expectabo domine, hoc eſt quod Chriſtiani expectabunt, quando tandem Chriſtus ſuperaturus ſit Antichriſtū ſpiritu oris ſui.

Hinc est quòd dicunt, quandoquidem de tribu Dan nasci- 2. Thes. 2
turus erit Antichristus, Iohannem in catalogo eorum qui
in frontibus suis signati sunt ab angelo ex omnibus tribu Apoca. 7.
bus Iudæorum, prætermisisse tribum Dan, rursúsque tri
bum Iuda primo loco posuisse, quòd ex ea natus sit
CHRISTVS. Antichristus itaque natus Iudæus, Iu-
dæos quorundam opinione sibi adsociabit, & Hierosoly-
mam proficiscetur: ibiq; templum Salomonis ope eorum
reædificabit, & in eo constitutus, semet uenditabit pro
deo, ut sic impleatur prophetia Danielis, Erit in templo
abominatio desolationis: & quod hic dixit dominus, Cũ Daniel. 9.
uideritis abominationem desolationis. quodq; clarius su
periora explanãt, ait Ambrosius, quoniam propheta nõ De bene-
significat Samsonem, sed Antichristum, qui futurus ẽ ex di. patri.
tribu Dan, iudex sæuus & tyrannus immanis. Quicquid
autem sit hoc omne, non satis nobis cõstat, nisi quantum
spiritus sanctus nobis manifestauit in scripturis: ubi sane
inuenimus, quomodo destruendum erat templum Salo-
monis, & quomodo rursus magnifice extruendum fue-
rat illud, sicut & factum est per Esdram, & quòd tertio re
stituendum non esset. In hunc sensum faciunt illę scriptu 3. Esd. 6. 7
ræ, primum quòd Daniel in ante comemorato loco uult
desolationem isthanc duraturam usque ad consummatio
nem seculi: itaq; templum tertio non reparabitur. Dein
de cum Haggæus, Zacharias & Malachias fuerint secundi Daniel. 9.
templi temporibus, Haggæus de templi secundi glória
sic inquit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plꝰ Hag. 2
q̃ primæ, dicit dñs exercituũ. Ecce loquentem hic tibi, p-
phetam de secundo templo, qm̃ primum iam dirutũ erat,
nouissimum autẽ uocat, eo q; tertium ultra nõ ædificabi-
tur, quod etiamsi extrueret, sine dubio tm̃ gloriæ nõ ha-
biturũ esset, quantum prius illud. Sed accedat ꝝs locupleti
or adhuc testis Ieremias, dicẽs: Nolite cõfidere in uerbis
mendacij, dicẽtes: Templum dñi, templũ dñi, templũ dñi Jeremi. 7.
est. quo uerbo mendacij coarguit propheta eos, qui tertiũ
adhuc expectabant templũ. Ex quibus & alĩs rationibus
equidem crediderim nunquam fore, ut etiã sub Antichri
sto tertium rursus templum ædificent Iudæi. Quamuis
historiæ nonnullę testantur Iulianum istum apostatam, Julianus.

Imperatorē factū, p̄cepisse Iudæis odio Christianoꝝ reedificare templū. sed etiā cū plurimum iā extruxissent, id q̊q̧ totum q̊d ædificârāt, cōcidit. Nec absimile fuit q̊d cōtigit Humaro Sarracenorum principi: is cum templū erexisset super sepulchrū Christi, & deinceps adhuc sacra faceret suo Machumeto, à quodā Persa in altari cōfossus occubuit. Sedebit ergo Antichristus in tēplo dñi, hoc ē, in ecclesiis Christianoꝝ, atq; in ijs abolebit oēm catholicā ordinationem. inueniet quoq; ecclesias, in quibus iam ante præcursores sui om̄es ceremonias & leges ecclesiasticas abrogârint: ibiq; se pro deo iactitabit, ut colatur ab illis. Nos modo deprecemur dominum deū, quatenus &c̄.

HOMILIA SECVNDA DOMINICAE *ultimæ à ferijs Pentecostes.*

Roma. 15. Quæcūq; scripta sunt, inqt Paulus, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiā & consolationem scripturaꝝ, spem habeamus. ideoq; cū magnus ille ꝓpheta & uir desideriorꝝ Daniel, tantopere descripsit abominationē, q̄ futura erit in desolatione & loco sancto: hic quoque dominus solicite nos considerare admonet, quid intelligamus in Daniele, simulq; attentos nos reddit. & utinam attenderent neochristiani, atque diligentius paulo obseruarent illā Danielis ꝓphetiam, obseruatā rectius intelligerēt, & facilime errores suos maximos puiderēt: sicq; ultro à lacero scissoq; euāgelio suo, animaꝝ pernicie, desisterent. uisuri enim essent & conspicaturi hic seipsos uelut in speculo, quomodo omnia quæ iam moliuntur, uiam sternant Antichristo, gloriamq; Christi obscurent, animarumq; impediant salutē, sicut insequentib⁹ plenius uidebimus.

Daniel. 12.

Matt. 24.

¶ Quū uideritis abominationem de solationis stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes. Chrysostomus & plerique alij hæc omnia referūt ad excidiū Hierosolymitanū, q̊d sub Vespasiano factū est, & q̄ ꝑ hæc apostolos suos cæterosq; Christianos dñs p̄monere uoluerit, ut fugerent imminente persecutiōe. Qm̄ sic Eusebius refert ecclesiā Hierosolymis congregatā, recepisse responsum, ut fugerēt trās Iordanē in ciuitarē Pellā, quæ

Chrysost.

Li. 3 cap. 3

regis erat Agrippæ, cõfœderati cũ Romanis, ut sic postq̃ boni homines secessissent ex regione illa & uicinia, locus daret ultiõi cælesti atq; uindictæ de impia gẽte. Verũ ego iã supra rõnibus aliq̃t ostẽdi, dñm hic loqui de tribulatione futura tẽporibus Antichristi, q̃d hinc q̃q; satis liquet: sigdẽ quotquot superiora ẏba de Ierusalẽ exponũt, dicũt abominationẽ stantẽ in tẽplo, statuã eẽ Adriani, quã ille post desolationẽ in eo reposuit. dominus aũt hic illũ ordinẽ suat, primũ ostẽdit quando uisuri sint abominationẽ, deinde fugã cõmemorat, ut oñino nequeat hoc ad statuã Adriani referri equestrẽ, quã in ipso sanctoꝝ loco usq; ad sua tẽpora stetisse testat Hieronymus. Nos itaq; hęc, ut superiora, de temporibus Antichristi exponamus, qm̃ de ijs & hic dñs & ante eũ Daniel sine cõtrouersia locut⁹ẽ. Sup. Mat.

2. ¶Porro si ad Antichristi tẽpora respiciamus, triplicem uidebimus populum qui fugiturus est. fugient em̃ q̃ in Iudæa, q̃ super tectum, & q̃ in agro fuerint. In ciuitates quõ profugerint Iudæi, satis constat ex Iosepho. sed quomodo cæteri triplicem hanc fugam huc detorquent, mihi nõ satis persuadet. sed ad tempora Antichristi referendo, nihil ita dubium est. quoniam Iudæa laudem seu laudis confessionem sonat, igitur hic spũales homines ecclesiastici & prædicatores intelliguntur, qui ueram fidẽ quum debeant confiteri, persequutionem sustinebunt Antichristi. Sed qui in tectis sunt, magistratus & optimates significant. sicut enim tectum altissimum est, ab iniuriis aeris defendens incolas oẽs, ita qui in magistratu sunt constituti, subditos defendere & iustitiam debent tueri. Verum ij quoq; si uere catholici pijq; fuerint, non euadẽt sæuitiam tyrannidis Antichristi, qui principes primum statim sibi coniunget & seducet, per eos deinde dominos populosq; omnes sub cælo persequuturus. semper em̃ bestia ista septiceps pios homines peruertit, & non desunt iamiam, qui idipsum in primis uotis habeãt, ut (modo liceret) imperatorem ipsum profligarent, cæterosq; magistratus omnes seducerent. Prẽterea eos quoq; qui in agris fuerint, persequetur Antichristus, si nolint perfidiæ suæ subscribere, hoc est, agricolas, plebem simplicem etiã nõ tolerabit, nisi fide uera abnegata, sibi adhæserint. Prẽmo

nere autem hic dominus uult Christianos omnes ecclesiasticos quidem & predicatores, ne aspiciant Iudæam, hoc est, cœnobia, monasteria, templa q; sua deserant propter fidem. Magistratus autem, ne amore temporalium bonorum, & cæteros ex uulgo homines, ne propter qualecunque commodum adhæreant errabundis Christianis sub Antichristo. sed quàm multi sunt obsecro, qui tam fidele Christi monitum spernũt, nec amplectuntur? Quot iam prælati & monachi funditus interire sinunt omnia, dum modo ipsi non è cœnobijs expulsi, cẽsibus careant? Quot etiam qui magistratibus præsunt, fidem nihil curant subditorum, modo redditibus suis nihil decedat? Quot insuper ex uulgo homines nihili faciũt qbus cum uersentur, à quibus quid lucrentur, siue Christianis siue hæreticis? Quot hospites in suis diuersorijs blasphemias tolerant in deum, cõuitia & contumelias erga homines etiam optimos, & impia uerba aduersus sacramenta, dũmodo lucelli nonnihil eis accedat, ueriti semper, ne si impietates isti usmodi nõ ferrent, uacuum porro haberẽt diuersorium? Aliter hic longe Christus, qui docuit fugere potius debere Christianos ueros, quàm ut à fide deficerent: sicut nũc quoq; multi, bonis suis omnibus relictis, profugiũt ex ciuitatibus neochristianorum, ut errores eorum euadant. Iocus autem & lusus hic merus est. instabunt grauiora, arbores adhuc cadent, nunc folia tm̃ decidunt, dum tot supstites sunt principes catholici & integræ in fide ciuitates. Acerbius adhuc succedent omnia, quãdo refrigescet charitas multoꝝ. Videmus sæuire & ferocire iam neochristianos, si quando paululũ sibi potestatis acquirant. Quid futurum puras, ubi gladiũ totum in manibus suis habuerint opere Antichristi? Væ tunc miseris Christianis, qui inter istos lupos deprehensi, tantæ subiacebunt persecutioni. Tum deniq; illi uastabũt, diruent, perdent q; omnia. Oportet adhuc magis appropinquare Antichristũ, & tũc ita misere cuncta desolabunt, ut auditũ antea nõ est ab origine mundi. Væ uæ uæ misellis Christianis, sup quos uesani isti & furiosi sectatores Antichristi potestatem, imò tyrannidem quam exerceant, habebunt.

Matt. 24.

3. ¶ De hac miseranda Christianorũ fuga spiritusan

ctus adhuc manifestius nos præmonuit per Iohannem, dicentem: Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertum, in locum suum ubi alitur. At quæna hæc mulier est, nisi ipsa ecclesia sancta, quæ fugiet persecutione Antichristi in desertis & nemoribus abditis? Quoniam cultu diuino & sacramentis omnibus ablatis à Christianis, est quòd fugiant illi deinde in deserta loca. sequitur ibidem, Et draco iratus est in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata dei, & habent testimonium Iesu Christi. Tunc implebitur illud quod dixit dominus, Vos estis sal terræ. quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Boni prælati & prædicatores sal fuerant antea. imminente autem Antichristi tempore, multum salis euanescet, quãdo multi prælatorum cadent in errores Antichristi. Mittitur ergo sal foras & conculcatur, quando cõtempti adeo fiunt presbyteri, ut ipsos etiam suæ pigeat dignitatis. & fugient in deserta, sicut supra dixim⁹, & paulo post de tribulatione plura commemorabim⁹. Sic de ueteribus sanctis Paulus inquit ad Hebræos: In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

Apoca. 12.

Apoca. 12

Matth. 5.

Hebr. 11.

¶ Pericula temporum illorum exactius adhuc declarat dominus: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. In excidio Hierosolymitano male habuisse mulieres cum liberis, omnes testantur historiæ, & nos quoque iam suprà in quadam homilia commemorauimus, quoniam ibi impleta est prophetia Ieremiæ: Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earũ in contritiõe filiæ populi mei. Et cũ omnes Christiani immaniter tractabuntur ab Antichristo ipsius q; præcursoribus, tum uero maxime id eueniet prægnantibus & nutrientibus, dum relinquere cogentur domos & possessiones suas. ita Christus etiam in euangelio fore prædixit, cum ait: Ecce uenient dies, in quibus dicent, Beatæ steriles & uentres qui non genuerunt, & hubera quę nõ lactauerũt,

Thren. 4.

Luce. 23

Addit hic dominus, Orate ut non fiat fuga uestra in hyeme aut sabbato. idipsum nonnulli sic ad literam nudam exponunt, quoniam hyeme durum sit fugere ob iniurias niuiũ, & in desertis se continere. Iudæis quoque prohibitum erat ambulare in sabbato amplius quàm iter sabbati, hoc est, milliaria duo.

¶ Dices: Si dura ista Antichristi persequutio annis tribus & dimidio duratura est, ut paulo post confirmabimꝰ ipsi, nonne & in hyeme fugiendum erit Christianis? Ideo respondeo & dico, non uelle hic dominum per hyemem tempus designare hybernum, sed fugam & præproperã, & q̃ remotissimam. ita enim loquimur etiam nos designaturi quippiam properum, priusq̃ ingruat hyems. & quia Iudæis non licebat longius proficisci in sabbato, orandũ nobis est ne in sabbato, hoc est, in loca propinqua fugiamus. Hieronymus ad mysticum sensum hæc referre uolens, dicit docere nos hic dominum, ut oremus ne fiat fuga nostra in hyeme, hoc est, ne fides nostra refrigescat, neq; sabbato, puta ne opibus bonis destituti, omni careamus uirtutum ornamento: quoniã quicunq; uel in oratiõe nõ deuoti, uel in operibus bonis nõ fuerint laborioſi, extra numerꝫ electorꝫ habebuntur, quos per fugam sibi reseruabit dominus. Sic Origenes ait, Nemo in tali periculo falsi dogmatis (ipse enim ad hæreses omnia refert) facile superat & fallitur, nisi qui nudus est ab operibus bonis.

Hieronym.

Orige.

4. ¶ Porro iam tribulatiõis magnitudinẽ declarat dominus, dicens: Erit tunc tribulatio magna, q̃lis nõ fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. Notãda sunt hæc uerba eo diligentius, q̃ superius illud propositum nostrum cõfirmãt, quo docuimus loqui hic dominum de propheria Danielis duodecimo, nõ nono capite. ita enim ipse ait q̃que, Veniet tempus q̃le non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt usq; ad tẽpus illud. Vos itaq; iam dilectissimi, aperto pectore cogitate, atq; ad animum reuocate omes tribulationes, de quibus audistis unquã. Magna fuit ista tribulatio, q̃ perijt Iudaismus. quãdo enim auditum ẽ antea, undecies centena millia hominum in unica ciuitate, gladio, fame & peste perijsse, nisi Hierosolymis? deinde occupata urbe illa, tot homines occisos, tot esse uẽditos?

Daniel. 12 Joseph.

Maiora adhuc longe futura sunt pericula Christianorũ sub Antichristo, & nihil conferenda ad istam persecutionem Iudæorum. siquidem tribulatio tũc futura maxima est, qualis nec fuit antea, neq; postea est secutura, de qua Iohannes etiam sic ait: In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Fiet tunc plane sicut prædixit Ieremias, Eligent magis mortem quàm uitam omnes qui residui fuerint. & hoc est quod dominus dixit, quum educeretur ad crucem: Tunc dicent mõtibus, Cadite super nos: & collibus, cooperite nos. Quid tum angustiæ, mœroris & tribulationis fururum est in mundo? neq; tamen id mirum, quoniã blasphemiæ tantæ, & hæreses, omniaq; quæ nũc in mundo sunt peccata, huiusmodi merebũtur supplicia: & ideo Iohannes Antichristum describit ex specie bestiæ, quæ similis sit pardali, cuius q; pedes ursi fuerint, & os leonis: qua figura uarietas nobis designata est persecutionis Antichristi, quę triplex futura tũc erat, nunc ex parte abijt. una tyrannorum in ipso adhuc principio, altera hæreticorum seducendo bonos, tertia malorum fratrum per proditionem. Persequutiones illæ tres, durauerunt in ecclesia continuis successibus. trecentis enim & aliquot annis persequutionem gladij sustinuit ecclesia sub tyrãnis, quæ & ecclesia martyrum dicta est. Pacata deinde ecclesia sub Constantino, irruerunt hæretici, Arrius, Macedonius, Eutyches, Nestorius, istorum q; similes alij pene innumeri. Præterea inter Christianos quoq; deinceps fuere complurimi, qui præter nomẽ nihil habuere Christiani: quoniã sicut nõ omnes qui ex circuncisione Israelis sunt, Israelitæ sunt, ita neq; illi omnes qui nomen Christiani habent, Christiani sunt. Imò ita deficiet fides Christianorum etiam bonorum, ut ad ea tempora respiciens dominus, recte dixerit: Quãdo uenıet filius hominis, putas ne quod inueniet fidem super terram? Vsq; adeo pauci erunt uere fideles, ut reputarit dominus se quasi fidem nullam inuenturum super terram.

Apoca. 9

Jeremi. 8

Luce. 23

Apoca. 13.

Antichristi figura.

Roma. 9

Luce. 18

¶ Atq; has tres persequutiones sunt qui uelint intelligi per bestias istas tres apud Danielem, quæ surgebant ex mari. erat enim ibi leæna, qua significantur tyranni: erat

Daniel. 7

ursus, quo hæretici figurantur: erat & pardalis, quæ falsos & iniquos fratres repræsentat. Et eas ipsas persecutiones tres Iohannes tempore Antichristi futuras, ñsdem tri-
Apoca. 13. um animalium figuris in unum coeuntibus, designauit. habebat enim caput pardalis, ob fucatum prætextum pietatis: pedes ursi, quoniam sicut ille mel amat & omnia dulcia, ita hæretici falsitatem suam fuco suauitatis uelant & obtegunt. An non nostrates etiam neochristiani egregium commẽti sunt impietatis suæ prætextum, dum euangelium clamant & uerbum dei quod & in ore circunferunt, & in manicis gestant depictum, utut interim diabolum foueant in pectore, iuxta illud Pauli, Per dulces
Roma. 16. sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.

¶ Postremo autem ubi potestatem omnem sibi arrogârint, leonino ore laniant omnia. & id quidem plane animal quartum est Danielis, admirabile & horrendum, den-
Daniel. 7. tes & ungues eius ferrei, quibus comminuebat & comedebat. hoc deinceps Daniel exponit de rege potenti. qui sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi cõteret: putabitq; q; possit mutare tempora & leges (Antichristus enim sumet sibi leges statuere Mosaicis meliores, meliores q̃q; q̃ Chri nostri & impij sui Mahumeti, sicuti nunc quoq; neochristiani alias ex alijs ordinationes texunt, atq; retexunt ut telam Penelopes.) & tradentur in manu eius usq; ad tempus & tempora & dimidiũ temporis. Ecce bestia prævalescens Antichristus Christianis superior dominabitur, & tamen imperium eius diuturnũ non erit, sicut homilia sequenti dicemus. Nunc interim dominum deprecemur, ut gratiam nobis suam cõcedat, qua in numero conseruemur electorum, ita ut post huius uitæ exilium cum omnibus angelis & sanctis, ipsum laudemus in secula, Amen.

HOMILIA TERTIA DOMInicæ eiusdem XXVI.

AVdistis dilectissimi in Christo, quomodo abominatio Antichristi sedebit in ecclesias Christi desertas iam iam & desolatas, in quibus cultus dei nullus sit, nullæ uigiliæ, uesperæ aut matutinæ canten, missa nulla legatur, & cuiusmodi tunc futura sit Christia-

norum fuga, quanta q; tribulatio, ita ut huiusmodi pericula neq; antea fuerint in mundo, nec aliquando sint futura, adeo potenter prævalebit Antichristus per tyrannos & sequaces suos Christianos malos atq; peruersos. In iis omnibus malis consolationem adhuc piis hominibus proponit dominus, dicens: Nisi breuiati fuissent dies illi, non Matth. 24
fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. unde misericordia fit manifesta dei, qui seruorū suorum non obliuiscitur in iis periculis tantis. Et quamuis Antichristus ut subitam & repētinam, ita ualidissimā habiturus est potestatem, tam ē repente rursus interibit. ideo enim propere festinabit diabolus, quoniam sciet potestatem illam & tyrannidem diu sibi dominum nō permissurum. id adeo Iohannes quoq; testatur, inquiens: Væ Apoca. 12
terræ & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens irā magnam, sciens q; modicū temporis habeat. Ecce diabolus sciens diu sibi non licere posse ut sæuiat in populum dei, eo magis accelerabit, plus q; furiosus erit.

¶ Quæres, quàm diu tandem duratura sit Antichristi tyrannis, quæ si mala futura est, cur non desinat statim? Respondeo, quoniam manifestauit hoc dominꝰ ex annis, mensibus atq; diebus. Ex annis quidem, quamuis minus Daniel. 7.
aperte, cum dicit Daniel: Tradentur in manu eius usque ad tempus & tempora & dimidium temporis. quibus uer Daniel. 12
bis deinceps quoque utitur ille, & ait iurasse istum per uiuentem in æternum, quia in tempus & tempora & dimidium temporis. Ita Iohannes etiam inquit: Datæ sunt Apoca. 12.
mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis. Ibi autem per tempus annus, per tempora biennium designatur, dimidio temporis annus dimidius significatur, quæ summa est annorum trium & dimidij. tanto enim tempore & Antichristꝰ desæuiet in Christianos, & Christus dominus prædixit. Atque id ita esse ex mensibus & diebus satis constat, sigdem & Daniel illud quum non satis intellexisset, audiuit Daniel. 12
ex angelo: A tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Si hæc porro diuidamus

hebdomodatim, inueniemus hebdomadas centum octoginta quatuor, dies duos, q̃d remporis ſpatium conficiet annos 3. hebdomadas 27. dies 6. ſi 305. dies pro anno computentur. Neq; tacuit hoc etiam Iohannes, ut non celauit
Apoca. 12. eum ſpiritus dei. dixit enim mulierem (hoc eſt, eccleſiam) in deſerto paſcendam diebus 1260. Vbi non eſt quod mireris Iohannem 30. dies minus numerare quàm ſupputauit Daniel, ſiquidem hic de principio tyrannidis Antichriſti, ille autem de fuga loquutus eſt eccleſiæ, quæ poſtea demum fugitura erit. Non deſunt qui opinẽtur principẽ aliquem catholicum, abſconditurum tunc eſſe Papã, Cardinales, Epiſcopos, presbyteros & monachos in fide cõſtanter perſeueraturos, tantiſper dũ Antichriſtus à Chriſto occidatur, & de ea re loqui hic Iohannem. Similiter
Apoca. 11. etiam quo ad menſes ſolares, tempus hoc commemoratẽ in ſacris literis, quando ſpiritus ſanctus per Iohannẽ dicit: Data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos,
Apoca. 13. Menſes autem duodecim, annum faciunt: menſes triginta ſex, triennium totum, unde ſuperſunt adhuc menſes ſex annus dimidius, quæ omnia bene conueniunt cum an
Danie. 12. nis tribus & dimidio Danielis. Quod q̃ eo tempore perſecutio iſta finem ſit habitura, ſatis manifeſte teſtatur Daniel cum ait: Beatus qui expectat & peruenit uſq; ad dies mille trecentos triginta quinq;, totidem em̃ conficiunt annos tres, ſeptimanas triginta duas, & dies tres, quãdo & uniuerſa Antichriſti & membrorum ſuorũ omnium tyrannis deſinet. Et hoc eſt quod dominus adeo nobis certo promiſit ſe abbreuiaturũ dies illos propter electos. Quoniam quamuis nunc miſere pleraq; ſuccedant, & neochriſtiani undiq; errorum ſuorum ſeminaria diſpergãt, multoq; maiores iis calamitates futurę ſint tempore Antichriſti, ſemper tamen conſeruabuntur à deo aliquot integri & ſynceri Chriſtiani, ſicut olim quoq; factum eſt tempore
3. Reg. 19 Eliæ, cum diceret iſte: Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meã, ut auferant eam, inter cætera reſpondit dominus Eliæ: Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia uirorum, quo-

rum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os q̃d non adorauit eum. Quod si tam misericors iam olim fuit dominus, ut gratia sua sancta retinuerit aliquot, q̃ non contaminarentur idolis: quanto magis in ecclesia catholica reseruabit sibi, qui nõ sequantur Antichristum, quorum etiam gratia regnum ipsius abbreuiabitur?

2. ¶ Porro iam diligenter præmonet nos dominus, ut caueamus à falsis prophetis, quæ uerba eo diligentius attendenda uobis erunt, q̃ qui præcepit serio etiam id à nobis exigit: si q̃ illa paulo intentius obseruauerimus, melius quoq; istos neochristianos cognoscemus. sic enim ait ille, Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic est CHRISTVS, aut illic, nolite credere. Quæ uerba absit, ut quisquam ut accipiat uel accipi uelit de sacramento corporis Christi, de quo nihil hic agit Christus. Vt interim impie abutantur illis neochristiani, dum coactissime detorquent cõtra uenerabile sacramentum eucharistiæ, sed per Christũ intelligi debet in fide. præmonet enim hic dominus ecclesiã suam ab incursibus nouissimorum temporum, quando in numeræ consurgent hæreses & sectæ, quæ singulæ dicturæ sint secum esse Christum, sicut nunc Lutherus & Zuinglius contendunt, contra quos facit illud Christi dictum, Nolite credere. Diffuso nanq; Christo per uniuersam ecclesiam, quid aliud obijcia mus hæreticis ad se pertrahere uolentibus illum, nisi hoc Paulinum, Nunquid diuisus est Christus? Quod autem hic per Christum regnum illius accipiatur, satis arguũt uerba sequentia, quibus ostendit exurrecturos pseudoprophetas, de quibus etiam Paulus loquens, ait: Nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erũt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, habentes speciem quidẽ pietatis, uirtutẽ autẽ eius abnegantes, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, qui resistũt ueritati, quemadmodũ Iannes & Mambres restiterunt Moysi. mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem alios mittentes. Hi nimirum ipsi sunt, de quibus etiam hic dominus loquitur, qui dicunt alij quidẽ hic, alij uero isthic, alij alibi esse Christum, quibus nos dominus iubet nõ credere. Attendite itaq; & uos dilectissimi ab istiusmodi ho-

2Matt.24.

1.Corin.1
2Matt.24.
2Marc.13
2.Tim.3

minibus, nolite credere neq; Luthero, nec Zuinglio, nec cuiquam neochristianorum, qui Christum ab ecclesia catholica distractum sibi cupit & nititur adrogare, detrusum in angulum & conciliabulū hæreticū. Isti sunt magistri pruriētes auribus, falsi prophetæ, de quibus dns dicit:

2. Timo. 4.
2 Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. de ijs & Petrus ait, Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut

2. Petri. 2 & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Euitate & fugite per Christum istos sectarum autores, qui Christum scindere & in partes conāt diuidere, sicut scelerata ista mulier dissecari petebat filiū alterius mulieris coram Salomone. Cauere inquam & pro

3. Reg. 3 spicite uobis, qa uestra hic res agitur. q; si audieritis eos, seducent uos in interitum. ne præbeatis aures dicēribus, hic est Christus. ne credatis illis quicq̄, qa animicidę sunt, pseudoprophetę, seductores hoīm, uenatici canes diaboli.

3. ¶ Surgent, inquit dominus, pseudochristi & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia. id adeo

2. Thess. 2. Paulus quoq; de Antichristo dicit, cum ait: Cuius aduētus est secundum operationem sathanæ, in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Cæcos ille uidere faciet, surdos audire, claudos expedite ingredi, dęmonijs obsessos liberabit, fraudulenter tamen hæc omnia. Et bene dicitur q; secundum operationem sathanæ ueniet Antichristus, quia sicut Christus de spiritu sancto natus est, iuxta illud angeli ad Mariam, Spiritus sanctus superueniet in te. & istud q̄q̄, Quod ex ea natum est, de spū sancto est: ita uicissim ueniet Antichristus à sathana secundum operationem ipsius. nam & ipse reget eum, & hic obtemperabit illi in omnibus, sicut permittit dns, dicente Iohanne: Soluetur sathanas de carcere suo, & exibit seducens gentes. quæ etiam ratio multum facit ad augendam hominum malitiam, quoniam & diabolo permittetur homines adeo seducere in omni nequitia. Quā porro necessarium foret, q̄ operæ preciū assiduo clamare eos ad dīm, Ne nos inducas in tentationē?

Apoca. 20.
2 Matth. 6

2. ¶ Ait Paulus aduentum Antichristi fore in omni uirtute, scilicet seculari & mundana. Sicut. n. dominus in

humilitate aduenit & paupertate, mansuetus(ut ait prophera) atq; sedens super asinam, suamq; adeo paupertatē Christus ipse testatus est, inquiens: Vulpes foueas habent & uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ita contra Antichristus ueniet in maximo apparatu, fastu & pompa seculi huius, satis habiturus pecuniæ, & bonorum omnium affluentia luxuriaturus, qua lasciuie multos sibi adiunget homines. id Daniel quoq; præuidit, cum dixit: Dominabitur thesauro auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. Zach.9 Matth.8 Daniel.11

3. ¶ Addit Paulus q in prodigijs & signis uenturus sit mendacibus, quod etiam dominus non tacuit, cum dixit pseudo prophetas istos signa & prodigia facturos: nec celauit nos idipsum Iohānes, de bestia magna sic loquēs: Fecit signa magna, ita ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. & seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere. En hic causas uobis duas, quæ facient ut multi adeo accedant ad Antichristum homines, suisq; coniungantur erroribus. Videmus enim nunc plerosq; errorib⁹ peruersis accedere tantum ob libertatem carnis, ne ieiunent, ne cōfiteant, neue quid orent, & alia pietatis munera exequantur: quanto maior futurus est adcursus omnium tunc, cū pecuniæ dispergentur, cum miracula fient? sane tūc principes, nationes, rotaq; adeo regna ab ecclesiæ sanctæ obedientia auertentur ad Antichristum. Matth.24

4. ¶ Et bene quidem Apostolus signa uocat mendacia, huiusmodi enim uarijs possunt fieri modis. fallacia signa sunt, cum sensibus hominum imponitur, ita ut quis puter sentire se quod non sentit, & tangere quod non tāgit, sicut & Simon magus hominem iam decollatum paulo post exhibebat uiuum. fraus enim illa erat & dolus. Sic humanos sensus decepit Apollonius Tianæus, cum faciebat pstigijs suis, ut arbores ire, columnæ loqui uiderent. Sic magi etiamnum faciunt, dum simulant se nescio quid non uorare. usqueadeo sensum hominis potest immutare diabolus. Hieron.

2. ¶ Deinde mendacia quoq; sunt signa, quæ naturalibus quidē, sed tñ occultis fiūt rōnib⁹: unde rudes & impti

homines sæpenumero putant ultra supraq; naturam esse, quod naturaliter fit, quomodo simplices plerunq; admirantur ipsos pstigiatores. Cumq; diabolus nôrit singulas naturalium proprietates, sciatq; singula singulis, actiua etiam coniungere passiuis, magna in ijs rebus exhibet suæ potestatis argumenta. sic ille pluuias, fulgura, tonitrua, igniumq; apparitiões efficere potest in aere.

3. ¶Præterea signa censeri possunt mendacia, quæ in finem malum tendunt, nimirum ad impostruram & fraudem hominum, cuiusmodi futura sunt omnia Antichristi signa, uirtute diabolica facta. Et ex ijs fere tribꝰ rationibꝰ Paulus superiore illo loco signa Antichristi secundum operationem satanæ, signa & prodigia uocauit mendacij. Quanta porro specie boni, signa sua fit ille facturus, deinceps ostendit dominus, & ait: Dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, quod si electis adeo male succeder, quid futurum ē de misera plebecula? cumq; in uniuersum sensus & cogitationes hominis tendant in malũ, quantus futurus est uulgi concursus ad Antichristum? sicut & Paulus ait, Mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio qui non crediderunt ueritati, sed consenserũt iniquitati. Qui nunc non credunt concilijs ecclesiæ sanctæ, non patribꝰ, neq; bullis papalibus fidem aliquam præbent, Cæsareæq; que & catholicæ maiestatis edictis nihil aut certe parum tribuunt. & tamen interim hæreticis, animicidis, peruersisq; prædicatoribus omnia credunt, quid mirũ si seducantur, nisiq; pœnitentiam agant, perpetuo condemnentur? Mitto hic quomodo etiam mali possint facere miracula uere, iuxta illud quod dicent multi in die illo: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus?

2.Thes.2

Matt.24.

Matth.7.

¶ Nam quòd mali fuerint, ex eo patet quod sequitur: Recedite à me operarij iniquitatis. Fecerunt itaq; mali quidem miracula, sed nunquam infideles & qui errores docuerint, eo quòd uirtute diuina fiunt miracula: deus autem falsitatis testis non est. sicq; & Antichristus & membra illius omnia nullum facient miraculum uerum. Hic autem

ſpecialem conſpicimus dei miſericordiam in eo, quòd electi non inducentur in errorem. quoniam impoſſibile id eſt, non aliunde utiq; niſi ex gratia dei cuſtodientis illos, quiin ipſius manu ſunt omnes, teſte Moyſe. Hinc & Gregorius, electi, inquit, in corde tentabuntur. nutant enim, ſed non cadunt. Hoc autem nō eſt, q̄ cogites tantum futurum tempore Antichriſti in ſanctis, ſed omni tempore, ſi non eſſet electio & gratia dei, etiam iuſti in peccata maxima caderent, à quo lapſu ſola eos præſeruat gratia diuina. Poſſem ad longum materiam hanc de gratia dei extēdere, cui tantum adſcribere quis debet omnia. illa enim ſi non foret neq; ipſum præſeruaret, deum immortalem, in quanta ſcelera rueret præceps? eius autem argumenta ut fortiſſima, ita penè innumera peti poſſēt ex epiſtolis Pauli ad Romanos, Corinthios & Galatas, ſed uolēs hæc omnia pertranſeo. Quilibet homo ex corde & animo inuocet & imploret deum rogetq;, ne ſanctos ſuos deſerat in iſs quoq; duriſſimis Antichriſti præludiis, inter tot ſectas, hæreſes & ſciſſiones fidei. Quilibet inquam Chriſtianus ex tota mente Chriſtum deprecetur, ut piis magnęq; ſpei hominibus gratiam ſuam concedat: iis uero maxime qui ſub tyrannis & Chriſtianæ fidei perſecutoribus, ut tātæ tyrannidi reſiſtere, & tam magnis inſultibus ſufficere ualeant, utq; in fide ſtabiles, in opere efficaces, inuenti gratiam dei non amittant, & in futurum uita non excidant æterna, Amen.

Gregorius homilt. 9 ſup Iezec.

Augu. in om. con. pelagia.

HOMILIA QVARTA ET VLtima dominicæ huius, & totius partis illius de tempore

MVlta hactenus audiſtis dilectiſſimi in Chriſto de ſæuiſſima Antichriſti tyrannide, quam ſi quis penitius introſpiciat paulòq; altius animo cōcipiat, quid mirum ſi huiuſmodi quid ſecum cogiret? Ita ne futurę? ita eccleſiam tuam deſtitues domine deus? ita ne ſanctos & electos tuos ſub tam graui iugo deſeres miſere? Ita ne futurus erit nemo, qui libere fidem confitens

consolet eos? Imò hoc sciat certus & credat quilibet Christianus, deum nunquam derelicturum suos, non minus q̃ pater filios suos deserat, iuxta illud Salomonis: Habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populũ meum Israel. Quoniam & Iudæi in tanta tribulatione constituti, ut & amisso templo, & ciuitate sancta uastata, & tota terra promissionis profligati, reliquum nil haberent, 3. Reg. 6.

sperauerunt adhuc in deum, qui non desereret eos, dicente Esdra: Quamuis serui sumus, tamẽ in seruitute nostra non derelinquit nos deus noster. Ita nos cõsolatur etiam Dauid, dicẽs: Dominus iudicium diligit, & sanctos suos nõ derelinquet, in æternum conseruabuntur. Quapropter prælatis & prædicatoribus partim ab Antichristo occisis, partim profligatis, excitabit adhuc dominus prædicatores duos, iuxta communem doctorum sentẽtiam, Enoch & Eliam, qui ut in hoc seruarentur officium, uiui rapti sunt in paradisum, expectantes ibidem tempus Antichristi. De Enoch nanq; sic nobis scriptum reliquit Moyses: Esdrę. 9

Facti sunt omnes dies Enoch, trecẽti sexaginta quinq; anni. ambulauitq; cum deo, & non apparuit, quia tulit eum deus. De Elia autem sic habet historia Regum: Quum pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserũt utrunq;, & ascẽdit Elias per turbinem in cælũ. Et quòd huiusmodi testes tunc futuri sint duo, satis manifeste Iohannes arguit, dicens: Dabo duob⁹ testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. De Elia uero apertissime loquitur Malachias propheta cum ait: Ecce ego mitto uobis Eliã prophetam, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis. Quis porro est qui nesciat diem domini horribilem illum esse nouissimũ? adhuc igitur uẽturus est Elias ante eum (& qa Hieron y. fluctuat propt̃ uerba Christi de Iohãne, & si uultis, ipse est Elias qui uenturus est, & iterum, Elias quidem uenturus est, & restituet omnia, dico autem uobis, quia Elias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt) tamẽ quia angelus clare indicat qualis sit Elias Iohãnes, in uirtute nimirum Eliæ præcedens, & Iohannes expresse negauit se Eliam, ideo credendum communi sententiæ, nondum uenisse Eli- Enoch & Elias. Genes. 5 4. Reg. 2 Apoca. 11. Malac. 4. Matth. 11 Matth. 17 Luc. 1.

am in persona, sed uenturum, licet Iohannes uenerit in spiritu & uirtute Elię. ideo ad hæc subiungamus, Mens et sententia Augustini est lib. 9. super Gene. Enoch & Eli- Iohan. 8 Cap. 6
am nondum quidem esse defunctos, sed in alium locum translatos, & adhuc morituros. Alibi quoque de mirabilibus sacræ scripturæ sic ait de Elia: Hactenus ipse sicut & Enoch, in testimonium nouissimi temporis adhuc sine morte seruatur, ut scilicet horum in ore duorum testium nouissimi testimonij sermo consistat, quando in extremo tempore paulo ante quàm damnetur sathanas, qui humanum genus aperto bello deprimat. Quis autem aperto adeo Marte adgressurus est fidem Christianam & impugnaturus ut Antichristus? Sed penè exciderat properanti mihi locus ille Sapientis, qui hic primum commemorandus erat. sic enim ait ipse de Enoch, quia placuit ille deo, & translatus est in paradisum, ut det gentibus sapientiam. Ecce in paradisum, inquit Sapiens, ut det sapientiam. at quando faciet hoc Enoch, nisi ubi Antichristo uenerit? Li. 2. ca. 22 Eccl. 44.

2. ¶ Audite insuper aliud adhuc Augustini de Elia testimonium, dicentis: Per hunc Eliam magnũ mirabilẽq; prophetam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium Iudæos in Christum uerum, id est, in Christum nostrum, esse credituros, celeberrimum est in sermonib⁹ cordibusq; fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris non immerito speratur esse uẽturus, qui etiã nũc uiuere non immerito creditur. Idem alibi de peccatorũ meritis quoque commemorat multis, qui fiat quòd illi duo tanto tempore in paradiso conseruentur, nec moriantur. id autem hic breuitati studens pertranseo, uerum illud prætermittere non possum, quod in quæstionibus habet Augustinus (ut omnis tollatur dubitatio Hieronymiana) futurum, inquit ille, credimus secundo aduentu domini, quo in claritate uenturus est, cuius aduentus præcursor speratur Elias, sicut huius Iohannes fuit: & ideo dicitur à domino, Elias iam uenit, quia in eodem spiritu & in eadem uirtute, & tanquam præcedentis præconis officio, & hic (Iohannes) iam uenit, & ille (Elias) uenturus est. De ciuit. dei. li. 20 cap. 29. Lib. 1. ca. 3 quęst. 85

¶ Cum itaq; duo isti uenturi sunt ante tempora Antichristi, prædicabunt iuxta Augustini sententiam: & Iudæis quidem adnunciabunt Messiam uerũ iam uenisse, Christianis autẽ meras esse impostoras & fraudes, quicquid tũc molietur Antichristus. unde & plurimum populi adhærebit eis, ita ut non mediocrem inde dolorem concepturus sit Antichristus, occisurus insuper illos, iuxta hanc Iohãnis prophetiam: Cum finierit testimonium suum, bestia Apoca.11. quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellũ, & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebũt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est. Et uidebunt de tribubus & populis & linguis & gẽtibus corpora eorum per tres dies & dimidium. Et corpora eorũ non sinent poni in monumentis, quamuis reuiuiscentes hinc ascendent in cælum. Et hoc est quod Augustinus ait: Li.1.de mir.sup. cap.3. Enoch licet longo tempore seruatus adhuc uiuat, mortis tamen debitum quod omnes in Adam sumpsimus, uitare Methodi. non poterit. Idem & martyr S. Methodius docet, & extat inter opera Augustini libellus integer de Antichristo.

3. ¶ His itaq; consummatis omnibus, Enoch quoq; & Elia ab Antichristo occisis (& secundum quosdam etiam Iohanne euangelista) tunc se omnium maxime concitabit insolentia Antichristi: qui tum demum uideri se cupiet à sequacibus suis Iudæis, Christianis & gentibus. Sicut enim ex Apocaly. Iohannis satis liquet, cũ Enoch & Elias occisi fuerint, resuscitabit eos dominus post dies tres & Apoca.11. dimidium, dicentq; illis angeli, Ascendite. & tunc uidentibus etiam aduersarijs suis, in nube eleuati ascendent in cælum. Qui tum clamor tum adplausus sanctorum, Antichristum quoq; concitabit ex immensa superbia sua, ut ipse quoq; in cælum conabitur ascendere sequendo Christum, quamuis contraria specie. Siquidem sicut Daniel uidit filium hominis uenientem in nubibus cæli, deumq; patrem illi dantem potestatem & gloriam, regnum quo Apoc.13 que tantũ, ut seruiant ei populi, tribus & linguæ: ita plane diabolus Antichristo daturus est potestatem sui similem, iuxta illud Iohãnis: Dedit ei draco uirtutem & potestatem magnam, qua adrogabit ille sibi etiam ascensio-

nem in cælum, concurrentq; sequaces eius omnes ad uidendum eum ascendentem in cælum. Tunc consurget ille in montem oliueti, atq; ibi iuxta consuetudinem huius seculi tentoria figet, eleuatus quoq; à diabolo in aera magna suorum admiratione, implebitur istud Pauli uaticinium: Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. 2. Thes. 2

¶ Cæterum sanctus Ambrosius in ea sententia est, ut putet Christum Antichristo apparituru, ipsumq; uocis suæ uirtute deiecturum in terram, quando in potestate & imperio uerbi sui diaboli finent eum per præceps cadere in terram. Sunt qui arbitrantur Michaelem, qui cum draCone pugnauit, ipsum deiecturum, & diabolos à quibus ferebatur, ab eo profligatutum, ut sic turpiter decidat. & tũc sane Iudæi, hæretici & gentiles omnes uidebũt se ab ipso misere deceptos, sicq; conuertentur ad Christum & ecclesiæ sanctæ unitatem. Tum quoq; implebitur illud Isaiæ. quod & Paulus confirmauit, quoniam reliquiæ Iudæorũ saluæ fient: quodq; iuxta Psalmistam ad uesperam conuertentur ut canes, fietq; secundum uerbum domini pastor unus & unum ouile. Ambrosius. Apoca. 12 Isaiæ. 10 Roma. 9 Psalm. 58. Johan. 10

4. ¶ Cum iam multa hic Christus de Antichristi aduẽtu prædixisset, de desolatione, tribulatione & seductione porro ut uerba ea omnia nunc maneant infixa præcordijs hominum, subdit: Ecce prædixi uobis, sicut & ad discipulos dixit: Hoc nunc dixi nobis priusquam fiat, ut cũ factum fuerit credatis. Deinceps subiũgit, pseudoprophetis istis non esse credendum, si quando dicent, Ecce hic est regnum Christi, ecce in deserto est. nolite, inquit ille, exire. quomodo noctu & in syluis conciliabula sua habuerunt Catabaptistę. Addidit insuper, Si dixerint uobis, Ecce in penetralibus est. nolite credere. neq; enim in latibulis hæreticorum inuenitur Christus cum regno fidei suę. Nemo igitur se segreget ab ecclesia sancta, nemo Christũ uel penes Zuinglium, uel apud Lutherum quærat, sed in ipsa sancta ecclesia catholica. cui promisit ille mansurum se apud eam usq; ad consummationem seculi. nemo fugiat in desertum, sicut flagellantes Lolhardi & Catabaptistæ fecerunt. Quisq; uniuersalem & perpetuam illam ca- Johan. 14 Matt. vlt.

tholicæ ecclesiæ consideret fidē, ea nimirū uera erit: nec aliquis septennem istā fidem quæ ex deo non est, decipere se sinat, qm̄ ea à furiosis monachis & sacerdotib⁹ apostatis ac fidefragis recens excogitata est: quoꝝ quilibet secum contendit esse Christum, nō uidens ipsissimum, ut sic loquar, diabolum cohabitare sibi: quod ex fructibus eorum satis constat, unde dignoscere ipsos edocti sumus à

Matth.7 Christo. Aut nōne fructus, s. pulchri deoꝝ & euangelio digni sunt, tot seditiones, sectæ, factiones & dissensiones in uniuerso Romano imperio, quarum tamen adhuc finis nullus apparet?

Centum millia occisa. ¶ Nonne fructus pulchelli sunt tot hoīm neces miserādæ, tot rapinæ, tot latrocinia, tot incēdia tot direptiōes, tot oīs gn̄is locoꝝ uastatiōes? Et hoc nimiꝝ est, q̄d ex nouo prouenit euāgelio, q̄d isti ex pulueribus protraxerūt. Vos aūt istos fugite animicidas, qui ex antiquissimis hæresibus nouā conant fidē effingere. Aut nōne tacentibus etiam nobis satis p̄moniti estis à Christo iā olim, ut prospiciatis uobis à pseudo propheris istiusmodi, q Christū in deserto, penetralibus & alīs locis ostentāt, nihil interim aliud monstrāres q̄ Antichristū & p̄cursores eius? Neq; uero hinc tm̄ nos cōsolatur in hac re dn̄s, q̄p dies Antichristi diu nō durabunt, sed & ex eo, qa tā repente & subito irruēt, ut fulgur exiens ab oriente, p̄tingit ad occidentem

Matth.24 usq;. Vsq;adeo subitus erit Christi aduētus in die nouissimo, & ideo omnes tū angeli tū electi dei cōgregabuntur cū Christo, sicut ad cadauer aquilæ, sicut hic Hieronymus

Hieron. pulcherrime docet, & nos partim explicauim⁹ parte prima. Deus & dn̄s noster, q̄ est pietate & misericordia, clemēter dignetur gratiā nobis cōferre suā sanctā, q̄ freti perseueremus in fide uera cōstantes. illam q̄q; cū dilectiōe dei & proximi operibus bonis declaremus, q̄tenus post calamitosum miserādæ huius uitæ decursum, uitā illā cōsequi mereamur æternā, quam oīmbus nobis largiri dignetur Christus Iesus in secula benedictus. AMEN.

SOLI DEO GLORIA.

Sub sedis apostolicæ ac omnium bonorum correctione.

HOMILIAE SVPER EV-
angelijs de tempore, aduersus Lutheranos
& alios aberrãtes, feliciter finem accepere,
iuxta ueterum patrum, sanctorum conci-
liorum, & Romanæ ac apostolicæ eccle-
siæ explanationem, Iohanne Eckio autore,
& Iohanne Mentzingero eius discipu
lo, interprete.

Clemente Papa VII. Carolo V. Impe. &
Ferdinando rege orbi Christiano præsi-
dentibus, Anno M. D. XXXIII.

Audi Lector.
Expectaparumper & tertium tomũ
de sanctis, & quartũ de sacramentis,
deo uolente, accipies.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Plato

Pulcherrimum victoriae genus
seipsum vincere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Posuisti su per ca pud eius

co ro nam de la pi de precio

Bea tus vir qui tectus. so.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN